





Curationes
Empyricæ.










24 leaves
408 pp.
6 leaves

8 leaves
119 pp.

Coll. FD



THESAURUS RULANDINUS.

Hoc est,

MARTINI RVLANDI P. MEDICI

OLIM LAVGINGANI CELEberrimi & felicissimi,

CVRATIONES EMPIRICAE;

QUAE ANTEA IN DECEM Centurias dissectæ prodierunt, nunc verò, in compendiosum ordinem secundùm Partium corporis seriem redactæ, lucem aspiciunt.

ACCESSERVNT HISCE, EIVSdem alii Tractatus tres:

I. De Phlebotomia.
II. De Scarificatione & Ventosatione.
III. Oratio de Ortu Animæ.

Omnia Studio & Operâ

JOH. SCRETÆ Pragâ Boh. & GEORGI SPÖRLINI Basiliensis, Medicinæ Doctorum.

Cum gratia & privilegio Cæsareo.

BASILEAE,

Typis HENRICPETRINIS.

M. DC. XXIIX.

PATRONIS MAGNIS,
DOMINIS CLEMENTIBUS,
Ideò
Rulandina hæcce, quantacunque, qualiacunque sunt,
Dant,
Dicant,
Consecrant,
Animo quàm humillimo,
Johannes Screta Pragâ Boh.
&
Georgius Sporlinus Basiliensis
Medicinæ Doctores.

Hic liber est Orbis; Phœbi illi lumina sitis;
Sic in eo tenebris non locus ullus erit.

LECTORI BENEVOLO S.



Onstitueramus, Amice Lector, Curationes hasce Martini Rulandi P. sic ut vides à Nobis adornatas, inter privatos parietes continere, ac proprio tantùm reservare usui: Verùm quum fama esset, Henricpetrinos novam Curationum illarum editionem moliri, Amici, qui ex hocce nostro conatu, aliquam ad publicam utilitatem accessionem fieri posse existimarunt, nos continuò urserunt, ut illis, quidnam in Opere illo præstiterimus, candidè aperiremus. Satisfecimus itaq; voluntati Amicorum, & Henricpetrinis, totius operis nostri rationem exposuimus: qui, non solùm studium nostrum probârunt, verùm etiam nos, ut id publici juris, & quidem typis suis, faceremus, ultrò invitarunt; id quod illis, ut de Republicâ literariâ semper optimè meritis, denegare nec potuimus, nec debuimus. In superiori editione, Curationes illæ, prout sese obtulit æger, in chartam cõjectæ, lucem aspexerunt; hîc singulas (quãtum quidem affectuum συμπλοκὴ pati potuit) ad suam classem revocatas habes. Nec

)(3 temo-

te moveat; quòd quædam expunxerimus: fecimus id tum Compendij gratiâ, tum etiam Martini Rulandi Filij exemplo, qui Centurias Patris posthumas sic prodire voluit. Numeri Curationibus singulis adjecti sunt eā ob causam, ut illi, qui Exemplaria superioris editionis habent, meliùs hæc cum suis conferre poßint: & majoris quidem characteris numerus Centuriam; minoris verò, Curationem illis aperiet. Reliqua quæ præstitimus, collatio Antiqui & hujus nostri Exemplaris te docebit. Interea, Lector benevole, his fruere, & plura à nobis proximè, Appendicem nimirùm ad Curationes hasce Rulandinas, ubi non solùm Medicamenta Rulandina, (quantùm quidem tenebræ tantæ permittent) explicabuntur, verùm etiam plurimæ aliæ Remediorum formulæ describentur, exspecta. Vale, & huic nostro quali quali conatui fave.

IN

CURATIONES EMPIRICAS CLARISS. ET PRAESTANTISS. VIri, D. MARTINI RULANDI, Medicinæ Doctoris excellentiss. & Physici Laugingani ordinarij, celeberrimi.

QUanta fuit Medicis ars & sapientia priscis,
Tempore quo Cous claruit Hippocrates
Philyriusq́ senex, Podalyrius atq; Machaon
Cum patre, quem sævi sustulit ira Iovis:
Tanta profectò hodie est, vel (dicto ignoscite) major;
Pleraq; quum cedant prisca reperta novis.
Obsita pulveribus pridem Medicina jacebat,
Clarior Eoo quæ modò sole nitet.
Forsitan à proavis data neglexêre nepotes,
Nostra vel antiquis nota fuêre minùs:
Aut Mundi extremæ medicamina plura senectæ
Suppeditat patriâ pro bonitate Deus.
Quæ nunc non uno conscripta volumine tandem
In lucem faustis edidit oscinibus,
Intima naturæ dum scrutans viscera noster
RULANDUS *medicas ornat & auget opes.*
Ergo viri nomen præsens venerabitur ætas,
Scriptaq́ posteritas ingeniosa leget.

CHRISTOPHORUS
Homagius, Decanus
Suabacensis, P. Laur.
doctiss. F.

DE

MARTINO RULANDO,
Medico præstantiss.

GRassantûm ut quondam sævissima monstra ferarum
Herculis eximij succubuêre manu:
Sic jam RULANDUS *pestis genera omnia vincit,*
Quæ medicâ vinci non potuêre manu.
RULANDO *præclari igitur debentur honores,*
Omne salutiferâ qui fugat arte malum.

JOHAN. Posthius Med. Doct.
Cl. & doctiss. Physicus Heydelbergensis aulicus, F.

ANAGRAMMATISMI
Nobiliss. & Cl. viri, D. Doct.
NICOLAI REUSNERI Jurisc. &
Consiliarij Saxonici.

MARTINUS RUOLANDUS.
Arti num ludor sanus?

Per se firma valent: Medicinam postulat æger:
ARTI NUM LUDOR SANUS, *& usque beor?*

Aliter.

MARTINUS RUOLANDUS.
Mundíne laurus ars?

Cara Deo, Musis ars cara. quid? ARS NE *putetur*
MUNDI LAURUS, *honos crescit & unde decus?*

IN CURATIONES RULANDINAS.

QUi medicas animos quondā cōvertit ad artes,
Et tulit afflictis ingeniosus opem;

Invénit

Invénit cæloq; locum, terraq; probatum,
Tanti morborum vim pepulisse fuit.
At rude principium minus arte valebat: & ultro
Vulnera primævi vix sapuêre viri.
Inventa est prisco medicina potentior ævo;
Et, modò fata sinant, pluribus apta malis.
Rulando curante fugit de corpore tabes,
Quartanæ frigent; membra soluta valent.
Subsidunt tumidi ventres, saliuntq; podagrâ
Tardi, seu veteri sive recente malo.
Quæ tormenta diu priscam elusere medelam,
Arte nova cedunt, diffugiuntq; brevi.
Nempe renascentis certant sibi secula mundi;
Nec minor ad laudem pòst quoq; materia est.
Virtutis tantum mersum est incondita divæ,
Nulla ut scrutando tempora sufficiant.
Naturæ invigilate viri. Quæ tardat inertes
Vos mora? Quàm prostat dives ubiq; penu?
Terræ summa sequi parvi est. In viscera terræ
Tendite. Miraclis non vacat ille locus.
Infelix, si quis medicâ exigit arte mineras,
Tantumq; ad luxus pulchra metalla petit.
Non alto crescit virtus præsentior agro;
Sæpè venit magnæ hinc tuta medela lui.
Tu RULANDE fidem fecisti, industrie, dicto:
Tercentum res hæc testibus acta tibi est.
Ducentos addis. Tibi quàm data magna potestas?
Spectas eventus, nec rationis eges.
Tu rerum vires nosti, morbosq; viasq;,
Prudenter Stygiam quîs remorare ratem.
Miramur magnos curto medicamine morbos,
Et facili corpus deseruisse modo.

Vive diu felix: vivantq; volumina, si quæ,
Ut releves populos, hac super arte paras.

Andreas Libavius P.L. Medic. Doctor.

Epigramma

M. Georg. Calamini Silesii.

Quis sit Rulandus, virtus docet enthea libris,
Morbis divinâ qui medicantur ope.
Qui legis hos, artem divam dic esse medentis:
Cùm vires curet corporis ac animi.
Summa viri virtus hominum curare salutem:
Sed ratio curet: sit medicina Deus.

Aliud Epigramma.

Nomina sæpe suis veniunt conformia rebus.
Depingunt mores nomina sæpe viri.
Sic, Rulande, tuum nomen bene convenit illi
Officio, celebri laude quod ipse geris.
Nam requiem præstat vigilans industria multis,
Quam tibi divinus donat & auget amor.
Macte vir & patriæ solers perquire salutem,
Et quacunque potes parte juvare, juva.
Nullis cede malis, contrà fidentior ito,
Certus, te placidum semper habere Deum.
Multos vive dies, & mente & corpore sanus,
Diva tui curam gratia semper agat.
Et quamvis veniant casus & tristia fata:
Hæc tamen in stabili speq; fideq; feras.
Deserit haud unquam fidentem Christus Iesus:
Hunc bene qui novit, cuncta beatus habet.

Hon. E.D. Isaacus Amerbachius
F. in tertiam Centuriam Cl.
D. Mart. Rul. Med. Doct.

ALIUD

ALIUD PHALAECIUM IN HONOREM DIVINAE MEDICINAE S. ad Autorem.

Quis doctos Medicos honore dignos I.
Excelso dubitat pioq; amore?
Illorum DEUS *est supremus autor:*
Qui primos Medicos suo creavit
Doctos consilio, probos, peritos,
Consultosq; viros, profectò celso.
Morum nam decus est DEUS *perenne*
Et praeclarus honor: salubris ipse
Et frugi Medicus suae exulantis
Facturae, horribili dolore mersae.

Quis doctos Medicos honore dignos II.
Excelso dubitat pioq; amore?
An nescis Medicum fuisse CHRISTUM
Praesentem omnibus ex professo amicum,
Blandum, munificum, benignum & aequum,
Quos dirus Satanas strophis nefandis
Passim presserat, & suis necârat
Telis mortiferis? fugavit Unus
Multas myriadas modo stupendo
Morborum. Medici per hunc triumphent.

Quis doctos Medicos honore dignos III.
Excelso dubitat pioq; amore?
Qui CHRISTUM *Coryphaeum habent, ducemq;*
Autoremq; DEUM, *putas prophanis*

Istos

Istos ludere rebus ociosos?
Næ, non est opis hoc (quod imperiti,
Ignariq; putant, sed absq; mente)
Humanæ physicas videre causas
Morborum, & vigili fugare easdem
Curâ ut restituatur æger usq;?
IV. Quis doctos Medicos honore dignos
Excelso dubitat pioq; amore?
Artis qui comites suæ prophetas
Et patres veteres habent sacratæ:
Artis quæ supero favore crevit?
Nónne hos tergeminus DEUS celebres
Almæ reddidit hac scientiâ omnes?
I, dic tu Medicos honore doctos
Indignos, quibus hîc patres vetusti
Aßistent comites pij & Prophetæ?
V. Quis doctos Medicos honore dignos
Excelso dubitat pioq; amore?
Quorum discipuli per orbis alta
Mißi climata claruêre donis
CHRISTI? Discipulos honore quis nam
Dedignabitur oro tam fideles
Et sanctos supero? facessat ergò
Carpendi studium. Fidem inter omnes
Hoc dono asseruit DEUS benignus
Gentes barbaria & furore diras.
VI. Quis doctos Medicos honore dignos
Excelso dubitat pioq; amore?
È cœlo sapientia & facultas
Tam sublimis adest: medela certè
E celso datur omnis. Haud paratur

Illa

Illa industria & arte nostra inepta.
Nam quæ pharmaca docta in officinis
Sunt doctis hodiè, pater supremus
Præbet singula, cuncta, simpla, dupla:
Agnoscas Medicos Deum creasse?

Quis doctos Medicos honore dignos VII.
Excelso dubitat pioq; amore?
Hos præsens DEUS *ipse curat, ornat,*
Auget, nobilitat, suisq; mirè
Donis adjuvat. Ecquis oro præbet
Illorum usibus & necessitati
Herbas tam varias & elegantes,
Flores tam varios, bonos & usu:
Radices varias, suavè olentes
Et mirum vegetas? quis hæc lutoso
Terræ sub gremio fovet? fatere.

Quis doctos Medicos honore dignos VIII.
Excelso dubitat pioq; amore?
Vobis hæc animæ caduca sedes
Commissa est iterum sui decori
Summo restituenda & excolenda
Olim: vos Medicos probate graves
Et fidos. Dominus fidem requirit:
Qui vestri precium laboris ingens
Unus semper erit. Domum misellam
Fulcite & vigili ligate curâ.

Quis doctos Medicos honore dignos IX.
Excelso dubitat pioq; amore?
En tellus Medicis ministrat omnis
Doctis, & favet his Olympus ipse.
Nam quæcunque suo sinu recondit

Tellus

Tellus, sunt Medicis dicata doctis.
Et quæcunque suo sinu recondit
Cœlum, sunt Medicis sacrata gnaris.
Estote ô Medici DEO *libenter*
Grati munifico, patriq; blando.

X. *Quis doctos Medicos honore dignos*
Excelso dubitat pioq; amore?
En hos concomitantur undiquaque
Cœlestes Medici, medelâ sacrâ
Insignes: animas suâ parati
Curâ, mœstitiâ & dolore pressas
Solari, & reliquas resuscitare
Funesto Satanæ dolo peremptas.
Fœlices Medicos, fatigat hic quos
Tam sanctus labor & beata cura.

XI. *Quis doctos Medicos honore dignos*
Excelso dubitat pioq; amore?
Quorum perpetuò refulget ingens
Et vivit decus: his dies & ætas
Nomen non abolet, licet vetusta.
Quæso, quot bene tu viros perenni
De multis meritos honore dignos
Nunc sparsim invenies? an hos negabis
Illustres Medico fuisse dono?
Næ tu censor eris quater scelestus.

XII. *Quis doctos Medicos honore dignos*
Excelso dubitat pioq; amore?
Quantus Phœbus erat, Deos Deorum
Inter maximus, ethnicos prophanos
Inter? quantus erat parente natus
Phœbo filius? & nepos Machaon?

Præclaram

Præclaram Hippocratis quid aut Galeni
Famam magnificam polos ad ipsos
Evectam impediet? decus sophiæ
Atq; artis medicæ subinde floret.
Quis doctos Medicos honore dignos XIII.
Excelso dubitat pioq; amore?
Naturam interimas oportet ipsam
Formidans subitam sui ruinam,
Si doctos Medicos honore fraudes
Iusto. Quàm varijs laborat illa
Morbis? assiduas quot illa mortes
Sentit? terrificis quot illa monstris
Torquet? at Medicus quis hîc, quis aptè
Succurret, nisi det DEUS probatum?
Quis doctos Medicos honore dignos XIV.
Excelso dubitat pioq; amore?
Nos propter Deus hoc creavit ipsos,
Qui perquàm fragiles sumus, malisq;
Sexcentis alijs subjecti. An ipsam
Indignam propriam tuam salutem
Arbitraris honore? nempe mente
Et sensu careas pio necesse est,
Persuasum tibi si sit hoc. DEO tu
Ingratus nimiùm & fores amicis:
Idcirco mihi prorsus hi videntur XV.
Præclarè sapere, & sibi imperasse
Pulchrè, qui Medicis vacare rebus
Et doctis studijs solent. An istos
Afflatu dubitas sacro moveri?
Tu RULANDE tuis celebriores
Clarescis Medicos celebris inter

Scriptis

Scriptis doctiloquis, quibus propagas
Illorum studia, & juvas potenter.
Dic doctos Medicos honore dignos
Aeterno & superâ beatitate.





AD ILLVSTRISSIMVM ET GENEROSISSIMUM PRINcipem, FRIDERICUM, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, Comitem Veldentianum, &c. Maximi & Pientissimi Ducis VVOLFGANGI Filium,

MARTINI RULANDI P. Medici Præfatio.



RINCIPIA Medicinæ, omniumq; aliarum artium constituendarum, duo certissima sunt, (Illustrissime Domine PRINCEPS) videlicet Experientia atque Ratio. *Principia Medicinæ, artiũque omnium?*

Primùm enim Medicinam Experientia invenit, ac constituit. Unde nonnulli, olim, Medicinæ principium, solam Experientiam esse, opinati sunt: quum hæc, arti Medicæ constituendæ, sit necessaria. Sed quoniam Experientia sine Ratione, & hæc sine illâ, utilis & salutaris esse non potest, (quandoquidem suos, mutuis officijs, effectus præstant) Ratio postmodùm, ceu alterum principium, æquè necessarium, accessit

quæ illam confirmavit, ac in certam artem redegit.

Hanc ſententiam & opinionem, approbavit Galenus, dicens: Experientia & Ratio, duo ſunt inventionis inſtrumenta, omniumque, quæ in Medicinâ diſquiruntur, judices. Quicunque igitur prudentiâ excellunt & ſapientiâ, veréque colunt veritatis ſtudium, illi hæc duo judicandi inſtrumenta, nobis à naturâ, ad cognitionem earum, quæ in vitâ geruntur, rerum, data obſervant; quæ equidem, in quibusdam rebus, parem afferunt utilitatem, ad pertractandam artem: in quibusdam, altera uſu plus præſtat, quàm altera: ſemper tamen, ad perfectionem rei, altera alterius opem requirit. Si quis ergo quærat, cur Febricitanti frigida aqua potui detur? duæ in promptu ſunt Reſponſiones, quas duo illa initia ſuppeditant. Rationis reſponſio docet, quæ febris ſit origo, quæ natura, quæ tempora: eodem quoque modo exponit, quæ ſit Frigidæ natura: & ſic quidem diſſerit ac confirmat Ratio, in tali morbo, ſeu febri, ejusq; tempore, aquæ frigidæ potum eſſe remedium conveniens, aptum & utile.

Inventionis quæ inſtrumenta.

Iudices rerum medicarũ qui.

Altera reſpõſio, ab experientiâ petita, nihil horum conſiderat, ſed ad uſum experientiamque confugit, ac inquit: perſæpè viſum eſſe, in eiusmodi morbo calido, & tempore, aquæ frigidæ potionem exhibi-

tam

tam profuisse. Atque ex his paucis manifestum fit, quomodo hæc duo principia, Experientia scilicet & Ratio, in Medicinâ mutuas tradant operas, & ut unaquæque, citra alterius opem, & mutuum auxilium, manca sit ac debilis.

Crura Medicinæ.

Galenus hæc duo, ceu crura, quibus incedat, Medicinæ data esse, sensit. Et secundùm hæc, in arte Medicâ, quatuor sectæ sunt exortæ, λογικὴ, ἐμπειρικὴ, μεθοδικὴ, μέση.

Sectæ medicinæ.

Rationalis.

Rationalis est, quæ circa rerum naturalium cognitionem versatur.

Empirica.

Empirica, quæ soli experienriæ innititur; non rationi, non causis, non naturalibus actionibus.

Methodica.

Methodica, ostendit artis methodum, seu viam compendiariam, brevem, facilem & perspicuam.

Media.

Media secta est, quæ experientiam conjungit cū ratione, & tradit causarum, morborum, remediorumque communium & propriorum, cognitionem, junctam cum experientiâ. Hæc hæresis optima est & certissima: quoniam experientia docet ea, quæ prosunt, quæque nocent; ratio verò expendit omnia atque confirmat: adeoque mutuis officiis, omnia semper agere, utráque debent. Sola experientia in Medicinâ, difficilis est & periculosa, propter materiam, quæ corpus humanum est: in quo non est tutum aliquid experiri, quod lon-

Secta optima & certissima quæ.

Ab exemplis probatur media secta.

go usû non sit comprobatum. Unde facetè, Stratonicus Philosophus, Medicum quendam Empiricum ludit, ad quem dixisse fertur: Laudo tuam Experientiam, quia non sinis infirmos computrescere, sed statim eos à vitâ liberas. Aristoteles aliquando morbo correptus, ad Medicum inquit: Ne me cures, vel ut bubulcum, vel ut fossorem, sed priùs causam edissere: sic enim, facili persuasione, me morigerum reddideris. Nolebat Philosophus aliquid tentare aut experiri in corpore, sine ratione & causâ cognitâ.

Augustinus scribit, Medicum quendam ægrotanti dedisse pharmacum, eoq; sumpto, convaluisse ægrotum. Evenit autem, ut aliquanto pòst, idem morbus recurreret: ægrotus, cùm ad idem pharmacum, quo priùs convaluerat, confugeret, nec sentiret remediũ accersiit Medicum, admirans, quî factũ esset, ut eadẽ medicina, q̃ priùs depulisset morbũ, postea magis aggravaret? Hujus rei causam sciscitanti, Medicus facetè respondit: Fateor idem fuisse pharmacum, sed ideò non profuit, quia ego non dedi. Reprehenditur ægrotus hic, quòd per Empiricorum sectam deceptus, errorem commiserit: & admonetur, de mediâ sectâ, quæ docet, Medici officium esse, dare pharmaca, ut qui horum exhibendorum noverit tempus, modum, ætatem, rationem & experien-

perientiam. Cùm itaque, inter Medicorum sectas, præstantissima ea sit, quæ nominatur Media: sum hanc amplexus ego, ac ex institutione ejus CURATIONES meas contexo. Nam cùm ab annis jam multis, in faciendâ medicinâ, & curandis ægris, domi forisque verser, annoto in quotidianâ Praxi, notabiliores ac certiores curationes: quas & ipsemet præsens, in visendis ægrotis observo, & ægroti ipsimet, sanitati restituti, verbis suis extollunt, & divinis laudibus ornant, atque, ut veluti optimè comperta, & in ipsis, salubriter probata remedia, memoriæ literisque mandem, & notem hortantur. Id quod etiam Galenus noster monet, cùm dicit: Experiri priùs in sese ipsos præstat, quæ proferimus, deniq; ea consulere aliis, ac literis posteritati prodere. *3. de Medic. simpl. facul. class. 5.* Quamobrem, quæ ex usu diutino in alijs experta, & contra varias ægritudines, tàm externas, quàm internas, probata medicamenta habeo, ea in lucem profero, & posteris legenda, securéque utenda relinquo. Quòd autem ad Opusculi ἐπιγραφὴν attinet, feci talem Inscriptionem: CURATIONUM EMPIRICARUM, &c. CENTURIA. *Inscriptio opusculi & ratio.* Empiricas appello Curationes istas, non quòd constent experimentis solùm, ut profitetur Empirica secta: sed quæ simul rationalem disciplinam, cum Empiriâ conjunctam habeant, & methodicè tractentur. *Empiricæ Curationes cur dicantur.*

Nam in singulis ferè curationibus, morborum causas, signa, sexus, ætates, loca, vitæ studia, cibos, potus, &c. inquiro, ac perdisco; insuper, quale medicamentum causæ cognitæ adhiberi, tutò ac certò posit, ratiocinor & expendo, ac per viam compendiariam, facilemq; usu longo, & diutinâ experientiâ, vera & comperta auxilia, recenseo.

Id ut Lectori apertiùs & dilucidiùs reddam, unico exemplo, quod sentio, exponam. In primâ Curatione, respiciente tonsillarum tumorem, uvulæq; casum, non nuda proponuntur experimenta, sed indicatur morbus, & symptomata, morbi causæ (humiditates capitis, &c.) ponderantur, signa (difficilis respiratio, deglutitio, tumor, &c.) recitãtur, ægroti genus additur, vitæ genus exp. locus ostẽditur, &c. ex quib. omnib. ægroti quoq; temperamẽtum, utpote phlegmaticum, investigatur: curationis deinceps indicatio, sumitur ab affectibus, causis, partibus corporis, ac cæteris, modò enumeratis: cui postremò, brevi & perspicuâ ratione, ac methodo, subjunguntur congrua, certa, probataque adversus illa mala, præsidia. Atque hæc mea opinio, summaq; in istis Curationibus semper fuit, licèt ubique verbis non plenè explicetur. Quod autem nunc superest, Illustriss. Princeps, cogitavi sæpè mecum animo, sub cujus nomine in lucem, has Medicinales Curationes, edam: tandem

tandem veritus ſum, ne in gravem fortaſſe reprehenſionem incurrerem, ſi alij, quàm Celſ. T. dedicarem, & conſecrarem; maximè, cùm VVOLFGANGO Patri tuo, ſanctæ memoriæ, & nunc PHILIPPO LUDOVICO, fratrum tuorũ natu maximo, Principibus pientiſsimis, multis annis inſerviverim: ac conſtet, te honeſtarum artium, ac Philoſophiæ diſciplinis, benè inſtructum eſſe, multarumq; linguarum peritum, Medicinæ etiam ſtudio & amore affici; non dicam de ſingulari pietate, continentiâ, humanitate, prudentiâ, vitæ integritate, quibus Illuſtris factus es, & pro quibus divinis donis omnibus, inprimis Deo Opt. Max. deinceps clariſsimo & doctiſs. viro, D. Petro Agricolæ, & Martino Keplero, optimo homini, gratiã meritam debes. Patiaris igitur, Generoſiſs. Princeps, ut Opuſculum hoc meum, in cõmunem ægrotorum uſum conſcriptum, tuâ autoritate, gratiâ, & nominis ſplendore, in publicum exeat: atque id benigniſsimâ ac exporrectâ fronte excipias. ξενίων δέ τι θυμὸς ἄρεστος. Benè & diutiſsimè vale, Clementiſſime Princeps, tuoq; Patrocinio, & Gratiâ, nos fovere perge. Laugingę ad Danubium, anno Redemptionis noſtræ 1578. menſe Januario.

MARTINI RULANDI
PRAEFATIO, AD
ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM, AC DOMINUM,
Dominum JOANNEM, *Comitem Palatinum ad Rhenum, Ducem Bojariæ, Domitem Veldentianum & Sponheimium, &c. Dominum ſuum Clementiſsimum.*

REctè monet, Princeps Illuſtriſsime, antiquus Medicus Damaſcenus, cùm ait: Medicamina pauca tibi tenenda ſunt, & quorum operationes, viresque, jam multoties es expertus. Nam ſi noſtram artem Medicam ſpectemus, longiſsima eſt, & incomprehenſibilis, maximè ſi unius hominis vitâ eam metiamur. Continet enim naturalium rerum, elementorum, humorum, partium, potentiarum, functionum & ſpirituum notitiam. Tradit humani corporis ſectionem, omniumque partium φύσεις. Exponit rationes ciborum, potuum, motûs, quietis, ſomni, vigiliæ, τῆς τε πλησμονῆς, καὶ τῶν παθέων. Enumerat genera varia, differentias, cauſas, ſigna morborum, cum urinarum pulſuumq; judicijs. Proponit Evacuationum modos, & ſpecies quàmplurimas, per venarum ſectiones, per pharmaca, per vomitus, per balnea, per ſcarificationes, per ſudationes, per ſputa, per Diuretica, per abſtinentiam, perq;

Ratio 1. Medicina longa.

Argumentũ totius Medicinæ.

in quo experiri & tẽtare, quæ non sunt longo usu, & multâ experientiâ antea cõprobata, non est tutum, & citra periculũ: quia malũ experimẽtum ad totius animalis interitũ terminatur. Propter artis itaq; longitudinẽ, propter occasionis præcipitantiã, propter vitæ brevitatem, proter judicij difficultatem, propter experimentorum denique pericula pauca nobis retinenda sunt medicamenta, eaq; certâ ac lõgâ experientiâ probata. Et expedit, ut sæpè Galenus monet, propter has causas, posteris relinquere commentationes maximè compendiosas & aphoristicas, ac quæ sumus experti, alijs consulere, atq; literis posteritati prodere.

His rationibus, Illustrissime Domine Princeps, inductus sum, ut jam annis multis, non solùm in Theoriâ, res Medicas, succinctè & perspicuè, complexus sim; sed in Practicâ etiam, contra morbos, tàm internos, quàm externos, paucissima, optima, exoptata & experta remedia, conscripserim. Cœpi autem ex quotidianâ praxi, eorum inprimis curationes diligenter annotare, quorum, per me recuperata sanitas mihi denunciata est, vel ab ipsis ægrotis, vel ab horum amicis, & necessariis, vel ab alijs familiaribus & fide dignis hominibus: & sic aliquot Chiliadas Curationum probatarum & expertarum, longo tempore consignavi, atque congessi, quas, DEO O-

PTIMO

PTIMO MAXIMO vitam longiorem, ac ab alijs permultis laboribus tranquillius otium, dante, cũ alijs operib. in lucem ꝓferã, & hominum immortalitati tradam. Edo verò & evulgo hanc secundam Centuriam, Princeps Illustrissime cum C. T. generosiss. nomine, propter animi singulares & excellentissimas dotes, quæ in ipsâ elucere solent: quales sunt, peritia incredibilis & incomparabilis omnium penè artium, disciplinarum & linguarum, admiranda clementia, magna pietas, bonitas, modestia, fortitudo, constantia, erudita sapientia, acuta prudentia, gravitas, temperantia, moderatio, atque virtutes aliæ: quæ profectò, in Principe homine, maxima & regalia ornamenta sunt; eaq; post Deum, ex VVOLFGANGO patre dulcissimo, Duce fortissimo, Principe Christianiss. nata & profecta: propterquæ, immortalem merentur laudem, non tàm apud homines, quàm apud Deum, quicunq; insigniuntur istis gloriosissimis, memorabilibus atque divinis virtutibus.

Accipito igitur clementissime Domine Princeps, Fautor & Patrone, cùm omnium artium, tùm Medicinæ præcipuè (cujus τὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν μεγίστην δύναμιν expertus es in gravissimis morbis persæpè, apud me, & alios Medicos fideles, cum corporis salute, ac vitæ conservatione) munusculum hoc,

quod offero & dedico, medicum, benignâ fronte, vultuque placido: atque me, pro tuâ innatâ clementiâ, commendatum habeto. Deus Opt. Max. C. T. per Spiritum Sanctum regat, protegat, in annos quàm plurimos sospitem & incolumem servet: Anni hujus auspicium, medium & finem, faustum, salutarem lætumque concedat; ac semper felicissimam gubernationẽ largiatur. Laugingæ ad Danubium, Anno, supra millesimum quingentesimum, octogesimo, Kal. Ianuarij: cùm Filius Dei, Christus, ut legem impleret, circumcisus est, utq; Mundi solus Salvator foret, vocatus ab Angelo IESUS fuit.



ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ
ἈΠΟΛΟΓΗΤΙΚῸΣ,

Calumnijs, de Centuriis patrijs, hactenus àmalevolis nefariè disseminatis, αὐτοσχεδιαστὶ *à Filio oppositus.*

NOn ignoras, benevole Lector, in quanto præjudicij periculo, famæq; discrimine versentur, qui se publicæ censuræ, hac depravatâ mundi ætate, promulgãdis scriptis, exponunt. Etenim, si quis vel methodum mutando, vel amplificando, vel quovis laudabili modo eam renovando, ab alijs priùs dictũ retexit, eandem dicitur recantare cantilenam. Qui commentatur, & autoris mentẽ non assequitur, deridetur: assecutus, ab eo tamen, pro veritate, dissentit, malè audit, atq; conatus etiam mirè utilis, perperàm narrando ac interpretando, extenuatur. Qui nova, & à veterum dogmatis, vulgoq; receptis placitis, discrepantia, meditantur, & suo Marte quædam excogitant, ut in eâ contentione, quod veterum industriæ opponere possint, assequantur, apud nõnullos, solis majoribus nostris tanquam Dijs adhærescentes, in extremũ existimationis discrimen veniunt. Atque hujusmodi periculorum genera pauci, quicunque suas cogitationes in lucem depromunt, pauci inquam, non adeunt.

Ea-

Eadem illa Patri meo ſeni, atque de Rep. tùm literariâ, tùm civili, bene merito, offerri jam comperio. Nam cùm nuperrimè, Centurias practicas, Principibus viris, & pleriſq; verè doctis probatas, (reliqua ſcripta, à dente Theonino non planè immunia, oblivione jam & taciturnitate tegam) in uſũ & emolumentũ Reip. divulgãdas curaſſet: haud obtrectatores literarũ: & literatorũ oſores defuerũt, q Parenti, ingenij laudẽ invidentes, & ejus exiſtimationẽ, virtute & labore partã, fruſtrà violare cupientes, Patrem Empiricum, empiricas curationes, & à ratione, & præceptis Galenicis, atq; Hippocratic. alienas, in vulgus dare, magno cũ conatu clamitarent. Quæ iniqua hominum cenſura, tantùm famæ Parentis, apud laudatos viros (à quibus ſolis vera proficiſcitur laus) florenti, detrahentium, admiratione eſt digna. Quid enim Patris Empirici, empiricas curationes, ſatyricè objicitis? Pater empiricus eſt, fateor: empiricæ centuriæ; quid tum? an propterea reprehendendus? Ars medica, nónne experientiâ & obſervatione nata? Medicus, nónne is ſolus, ſecundo fortunæ flatu, Medicinam factitat, qui experientiâ, longoque rerum uſu, eſt excellens? Experientiam, αὐτὸν προϋπαρχούσης τῆς γνώσεως, nulli vero Medico probandam, approbo.

Apo-

Apodicticā volo experientiā, ſine quâ, nullum, Medici titulo cohoneſtandum, cenſeo. Sit ergo adhuc pater Empiricus; quia Medicus, verâ experientiâ excultus. Sint Centuriẹ empiricẹ; quia veris experimētis, rationibus demonſtrandis, repertæ. Quid opus eſt, theorica admiſcere practicis? Partes artis, ſummo ſtudio nónne diſtinguendæ? φυσιολογικὰ dirimenda à pathologicis: hæc à therapeuticis: omnia ſemel, ne ταυτολογεῖν videamur. Si deſideratis theorica, theoricos evolvite libros, ſi non devoraſtis devorāda. Velim ego vobis prẹcini dictum vetus: Loripedem rectus irrideat, Æthiopem albus. Mirè enim vobis placentes, & omnia, vobis tātùm tribuentes, nihil aliud, niſi falſam empiriam ſapitis. Si vobiſcum diſſeritur, vix puerilis ratiūcula à vobis extorquetur: hac refutatâ, ad Galenū, medicinẹ noſtrẹ autorē, ad cœlos uſq; nobis meritò extollēdū, tanquā ad extremū κρησφύγετον, cōfugitis. Veſtræ curationis, ſi deſiderantur cauſẹ, nihil item aliud, niſi ſolā experientiā, & occultā proprietatē, inferre ſoletis. Imò, nulla vobis ſunt, tam ſimplicia, quàm compoſita medicamenta, quorū, rationes reddere firmas, poteſtis, quā ob rem huic potiùs, quàm illi, medeantur affectioni. Solâ & unicâ experientiâ, hæc habetis perſpecta. Ampliùs, cauſas morborum penè omnium, rariſsimè rationibus apodicticis,

vel φαινομένοις ullis, demonstratis; vestrâ duntaxat empiriâ, eas munire conamini. En vos Empiricos? Curationes patrias à ratione alienas, & præceptis Hipp. & Gal. adversantes, nugari pergitis. Effrænatam maledicendi vestram licentiam, & contumeliosas voces video: argumenta nulla. Calumnias audio, sed causas calumniarum nullas. Proin, quàm facilè hoc à vobis asseritur, tàm facilè à me diluitur. Palmam vobis dabo, Sycophantæ, si veris argumentis probaveritis, Patrem παρὰ λόγον curasse. Curet Parens quandoque contra monumenta Hip. & Gal. (quod tamen adhuc vobis incumbit probandum) quid tum postea? an Gal. αὐτὸς ἔφα, nec unquã est hallucinatus? Ne ambigatis, si artis est, autoritatibus disceptare, & molem testimoniorum Gal. & Hip. coacervare; me Parentem, vobis alicubi, contra Gal. errantem, citra rationes, etiam autoritate veterũ inprimis Galeni, defensurum esse. Sed lividi estis, & vester livor, patria invisò carpere dente solet. Alij cachinno potiùs explodẽdi, & ferulis castigandi, quàm sanis Philosophorum rationibus redarguendi. Nam medicamenta paterna, quorum pàsim facit, facietque mentionem, Nova, veteribus inusitata, ideoq; venenata, & cũ extremo vitæ ægrotantium discrimine conjuncta, ἀναποδείκτως effutiunt. In quem hoc anni-

tuntur

tuntur finem? Vt patria Patremque in summam adducant invidiam: eum fama celebri, & fortunis qualibuscunque spolient; atq; se, suosq; (quandoquidē in bonis artibus per infinitos annos nō tantū profecerunt, ut justo titulo Spartam honestam cōsequi possent) dolo malo, surrogent. Conatus & finis laude dignus, & cruci suffigendus. Fatentur malevoli, & fateantur necesse est, patria sibi medicamenta incognita esse: nihilo tamen minùs, venenata ea indigitare, atque proclamare, non erubescunt. O' ora impudētissima! O' sycophantas, flagris dignissimos! Qua fronte, quæso, de medicamentis, quorum ne hilum cognitum habetis, sententiam vestram fertis? Nihilne legum humanarum atque divinarum, quæ omnes calumnias, omniaque mendacia prohibent? Nihil DEI Opt. Max. nihil peritiorum & bonorum virorum, qui vestram fallaciam, & iniquissimam proficiēdi viam, & audiunt, & vident, autoritas? Quousque tandem abutemini silentio nostro? Quamdiu DEUM unum & trinum? quamdiu viros bonos, convitia ista eludent vestra? Quem ad finem se jactabit, & quid quæret animus vester audacissimus? Probate, dum vigetis, si boni viri, iiq; eruditi haberi vultis, ita esse, quemadmodū diabolicâ perhibetis linguâ. Mittite clandestina convitia, & in publicum prodi-

te certamen. Hoc enim dignius est obtrectatoribus, qui Christiani, & Medici volũt haberi. Artis enim non est, aliorum reprehendere dicta, sed ratio insuper reprehensionis reddenda. Prætereo alias, quorundã Medicorum, contumeliosas voces, quas in Patrem, patriaque congerunt pharmaca. Illud tantùm mirari satis non possum, quo ore Thrasones isti nugacissimi, Aquam antipodagricam Patris spernere, & minimi facere audeant? Interrogati ab ægris, num tutò ea adhiberi possit? respondent suo more, stolidè: adhibitam non modò non prodesse, sed paralysin, hunc & illum affectum, mortemque ipsam inferre, mentiuntur. Tam inepta, de Aqua antipodagrica, ut & de reliquis, pronunciant: cùm tamen optimè nôrint, ne gry quidem eorum, ipsis esse perspectum. Penes te jam sit, opt. Lector, judicare, an hoc sit boni viri. Iam tectè & παρέργως: si apertè & fusiùs cum malevolis egero, dabo operam, ut, quàm boni viri ij sint, quamque pacis & veritatis studiosi, omnibus bonis æquisq; hominibus innotescat. Gratiùs autem nihil unquam, neque jucundiùs quicquam obtigisset: si, quoniam adeò proni sunt ad reprehendendum quidvis, & ad insidias nobis struendũ propensi, in publicum prodirent, & putidas, atque jejunas calumnias demonstrarent. Quid virium & efficacitatis aqua antipoda-

tipodagrica habeat, Centuriæ Medicæ teſtantur: exempla quotidiana perhibent: atque ij, qui ejus ἐνέργειαν experti ſunt, teſtes ſunt locupletes, adeò, ut hos lividos ſycophantas, & mendacij, & impudentiæ, convincant ſatis. Omnes ſanare, impoſsibile eſt: & ſtultiſsimũ, errorem curæ, in medicinam transferre; cùm culpa, vel in τὰ ἔξωθεν, vel in τὰ ἔνδοθεν conferenda. Quare, meliùs iſti Thraſones ſibi, ſuoque nomini conſulerent, ſi, boni viri officio ſatisfacientes, cenſuram iſtam ineptam continerent, ut malevolentiæ teſtem, ſic ſtultitiæ ſuæ indicem, ac levitatis. Alij, in Patrem paulò juſtiores, præclarâ quidem eruditione ornatum, & in arte medendi inprimis verſatum, quodammodo commendarunt; quòd viderent, artis opera cũ ſcriptis conſentire, & ea quotidiè, felici rerum ſucceſſu, confirmari, & indies magis, illorum veritatem, elucere; ut conſcientiâ victi, nec poſsint, nec audeant, vel calumnijs, vel ullis ineptiis, ea convellere. At illud Patri vitio verti putant, quòd ſua peculiaria medicamenta, afflatu divino excogitata, & apud infinitos, dextro Apolline, ritè comprobata, ſibi, quaſi theſauros, recondat, nec publico mortalium commodo cognita invulgataque faciat. His reſponſum volo; Patrem, nil à veterum Medicorũ conſuetudine alienũ, moliri. Conſtat etenim,

viros olim medicinæ celeberrimos, præcipuam curam, summumque studium in eo posuisse, ut ad difficiles quosque affectus, peculiaria sibi remedia machinarentur: ut felici operum evẽtu, nominis sui dignitatem & gloriam augerent. Atque illa unusquisque, domi conficienda curavit, & tanquam arcana, sibi reservavit: nec eadẽ, nisi longo annorum intervallo, aut morte, aut precibus, aut precio, aut alio legitimo, vel illegitimo modo, manifestata sunt. Proin, Patrem hos imitari, cur dedeceat, si veteribus idem ignominiosum non fuit? Quid dicam, de nostræ memoriæ Medicis, qui adeò infideles, ut etiam evidentia Studiosos celẽt: preciosa, nec precio, nec precibus, eisdẽ patefaciant: imò, nõnullos reperire licet qui adeò sunt invidentes felicitati hominum, ut ejusmodi pharmaca secum morte perire malint, quàm ut, communi Reipub. emolumento, detegant. Tanta invidia parens non ardet: sed hactenus sua pharmaca bonis viris, iisque literatis, vel gratis, vel pretio justo, communicavit, communicaturus etiam pari conditione deinceps. Sua verò medicamẽta, in publico, ob certas causas hactenus occultata tectaque voluit: maximè, quò eadem, plurium ægrotãtium testimonio ac salute confirmaret, atq; aliorum exploraret judicia. Et quamvis omninò patria arcana

apud

apud publicum conticeſcerent. tamen, quamobrem probrum Patri, labem Centurijs, infamiam Secretis inferant, non video. Sic enim, alijs ingenij acumine excellentibus, doctrinaque excultis viris, ad intima naturæ penetranda, ad ſecretiora naturæ perveſtiganda, anſam præberi: ſic ignavos, qui furtivis remediorum formulis inſoleſcunt ſolis, excitari: ſic, inertibus & clinicis mulierculis, occaſionem τοῦ περὶ τοὺς καμόντας ἁμαρτάνειν præripi: ſic artem noſtram, paſsim ab impoſtoribus, & ἀλόγοις βαναύσοις conſpurcatam, & in contemptum ac deſpicientiam fermè adductam, magis admirandam & ſuſpiciendam reddi puto. Non dubium autem eſt, quin Parens, brevi annorum curriculo, expeditis expediendis, abſconditos ſuorum medicaminum fontes, certò aperire velit. Neceſsitas poſceret, eis etiam reſpondere potiſsimùm, qui methodum medendi patriam, veterum planè contrariam, ſtatuunt: quòd videlicet protinus ab initio evacuationem moliatur, nullâ naturæ concoctione expectatâ; nullâ etiam, tùm humorum, tùm viarum præparatione, præmiſsâ. Verùm cùm de præparationibus humorum, deque digeſtivis, & purgatione in principio morbi inſtituendâ, in Sectione noſtrâ, quæſtionum medicarum-phyſicarum controverſarum primâ agatur: ne in immenſum ex-

crescat epistolium, jam isto labore supersedebimus. Intereà hoc sciant malevoli, se carnifices potiùs agere, quàm Medicos, dum, tot syruporum præparantium administratione, ægrum παρὰ λόγον excruciant: facultates ventriculi oppidò labefactant: ἀκμαιρίαν medendi, satis aliâs lubricam, elabi sinunt: & humores, antè excretioni habiles, ad expeditam evacuationem adornant. Taceo Gal. & Hip. in plurimis locis ab ijs dissentientes, ut nesciam sanè, à nostrísne an ab ipsorum potiùs stẽt partibus. Non hominis, nedũ Medici nomine digni, qui Patris ἀπόρρητα, vulgo nota quędam, despicatui ducunt. Nónne, unicâ sæpissimè, & simplici medicinâ, meliùs citiusq; morbis occurritur, quàm ex multis & diversis cõpositâ. Scelus est Arnoldo, compositis uti medicamentis, cùm simplicia parabilia juvare queunt. Sanè non injuriâ. Tanta enim simplicium congeries, omnibus pijs Medicis, ut pestis immanis, detestanda, nõ modò sanitati recuperandæ, verùm & potissimùm fortunæ ægrotantium, summoperè nocet. Etenim, si diversarum virium simplicia conglutinentur, eorum copulatione, & artificiosâ mistione, aliter fieri non potest, quin aut nullus, aut novus planè, aut morbo vel fovendo, vel leviter profligando accommodatus, aut omnium omninò hebetior prodeat effectus. Accedit Phar-

macopo-

macopolarum negligétia, & verſuta nocédi ratio; qui in iſto remediorum cumulo, vel datâ operâ, vel multitudine ſimplicium hallucinantes, aut ἀντιβαλλόμενα non cuivis obvia, aut alia, morbo incrementum concedétia, ſubſtituunt: aut eadem, in receptis contenta, ſed rancida, depromunt. Taceo eorum aſtutiam, ſæpiùs quàm par eſt, in ſimplicium coacervandorum quantitate, deprehenſam: Ubi ſæpè tenuia, & exigui precij medicamenta, quantitate ſuperant precioſa & nobilia, in maximâ definita doſi. Taceo ſumptus effuſos, quibus Pharmacopœos duntaxat locupletant: miſeros interim ęgrotantes, non ſolùm pecuniâ emũgentes, ſed etiam peſsimè, de ſalute reſtauranda, ipſis conſulentes. Unde non mirum, ejuſmodi Medicos, qui in Pharmacopolis, quorum beneficio quandoque percrebreſcunt, ditandis, omne ſtudium conſumunt ſuum, tandem jacere, atque contemni. Taceo denique, ſi contrariarum virtutum ſimplicia colligantur, & in unum compoſitum conijciantur. Tametſi enim, ea ſeorſum comperta ſint, ſimiles edere effectus: plerunque tamen, tacitis etiam quibuſdam juribus, omninò diſſentiunt; ut idcircò, ſi in unum compoſitum concurrant, non ſe juvent, atque corroborent, ſed contrà perimant atque pervertant. Ita ut, ubique tot ſimplicibus congeſtis in unum, mihi planè

persuadere nequeam, speratum effectum, eumque felicem sequi: multò minùs illa omnia, integras salvasque vires, in composito retinere, easque, adhibita, exercere; maximè, si unum alteri, quantitate majore antecellat. Sed de his alibi uberiús. Sufficit, malevolis nostris, πάρεργως respondisse: vel potiùs, ad placidam dissertationem, cùm Rulandis invideant, odioque eos prosequantur, & patria ὡς ἀπροσδέκτως taxent, evocasse. Tu, optime Lector, hæc in præsentia æqui bonique consules: nec malevolorum illorum mores æmulari studebis, qui intestino velut flagrantes odio, aliena duntaxat opera vellicare atque insectari, Diaboli more, norunt. Vale plurimùm, & utrinque ampliora expecta.





D. MARTINO RVLANDO PATRI, VIRO MAGNIFICO, perdocto, peritiss. Medico excellenti, Physico Palatino & Lauingano, S. P. D. Andreas Libavius, Med. D.



Vamquam ego te, Rulande Clariss. amice, (ita enim te in posterum appellabo, quandoquidem amicitiæ inter nos nostræ, jacta puto fundamenta non pœnitenda) ut primis meis ad te literis indicavi, & ex filij ingenio præclaro cognovi, & libris, qui res tibi gestas feliciter & egregiè continent, perspexi: eminere tamen apud me indies magis magisq́; & elucescere incipis, cùm video, quod summæ cujusq; Philosophi ac Medici virtuti se opposuit, id tibi non deesse. Agnoscis quid designem. Invidia & Malevolentia, monstro nomen. Hoc, quò quid divinius, eò magis id arrodere solitum est: adeò consuetè, ut si desit alicui is morsus, judicio certo constet, nondum ad summum synceræ virtutis apicem, imò neutiquam ultra vulgus, ascendisse illum ipsum. Fatale hoc illi vicissim malum est; suo nempe ictu maloq́; efficere, ut, quod demensum projectumq́; cupias, emergat magis, & luce meridianâ clarius innotescat. Admirari itaq; incipio virtutem, & excellentiam tuam, postquam sentio, dentibus malevolorum te subjectum esse. Ajunt illi, tanti non esse medicinam tuam, quãti perhibetur, seu tuo, seu alieno testi-

testimonio. Ajunt momotheologastri, rabulæ, medicastri tales omnes, ut nunquam ex vulgo exerere caput contenderint neq; potuerint: quamquam de theologastris, & rabulis, de aliena crepida stolidè judicantibus, non laborandum est. Medici, si qui sunt, ab hoc crimine debebant esse alieni; quamquā & illos proverbialis quædam ignominia notavit, qua dicitur, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ ἰητρὸς ἰητρῷ. Tu verò, Rulande, neglectis his muscis, perge ingenio tuo, & factis rem medicam illustrare, cōtentus paucis, iisq; peritis judicibus. Multitudo quem commēdat, ei hoc ipsum κακοτεχνίας infallibile argumentū est: ut inquit Athenæus, Vulgus vagatur opinando. Facilè laudat, facilè vituperat rursum. Vnde judicium ejus, viris præstantibus, adeò invisum est, ut ignominiæ loco reputent, si quem populus commendat. Nosti illius Philosophi à multitudine celebrati dictum: τί κακὸν πεποίηκα; ἐπιστήμῃ γὰρ δεῖ κρίνεσθαι, οὐ πλήθει, τὸ καλῶς κριθησόμενον. Ego sanè non commoveor ejusmodi blateronibus, & sycophantis. Rem ipsam intueor, & divinam potentiam, nondum in omni medicina satis exploratam. Curas hydropas Extracto Esulæ. Quis Medicorū ignorat, bono usu, vim ejus medicinæ hanc esse? Oleo Heraclii dolores dentium, Epilepsias, difficiles partus, &c. feliciter tollis. Si, quod puto, materia ejus aliqua est, vitriolum: nemo peritus mirabitur. Vis ejus perspecta & comprobata. Tibi benè præparanti, & feliciter utenti, post DEUM OPT. MAX. gratia. Aquâ antipodagricâ te non omnes curasse, inquiunt. Inquam vicissim, sat præclarè munitam esse illam

aquam, felicitatis tuæ exemplis, ni fallor, decem descriptis, prima & tertia Centurijs.

Omne individuũ servare aut restituere, medicinæ nostræ concessum non est. Sunt alij, qui sponte convalituros, & jam sine opera nostra, in scriptis nostris notari, ajunt, omissis perditis. Stultorũ hic sermo est, quorũ judicia ferulis, nõ Philosophorum rationibus sunt coercenda. Sed tu ipse satis nosti, ejusmodi malè feriatis occurrere. Ego indicare tibi paucis volui, quo pacto soleã confligere, cũ virtutũ magnarum osoribus: quodq; de te non judicârim ex fortuito eventu, sed rerum veritate, quæ spectatur in ipsis. Porrò, si quid valeo judicio, censeo publico committendas esse descriptiones medicamentorum tuorum, ut judicare doctis apertè liceat, & te defendere. Debes hoc medicinæ nostræ, ut tuo quoq; ingenio crescat. Debes saluti communi, cui potissimũ post DEUM OPT. MAX. *natus es. Hæc vetat occulta habere, quæ* DEUS *ipse manifesta voluit. Nec tam lucrũ, quàm publicum emolumentum esse respiciendum, nosti; quamquam te puto, ab animo lucrandi multùm abhorrere. &c. Sed præter hæc, etiam alia cõfabulari tecũ lubet. Extractum Esulæ placet mirificè. Curavi id fieri secundùm descriptionem Quercetani. Tua quæ sit, aveo scire. Aquam mercurialem docet conficere Hieronymus Rubeus, & Dornæus. Sed & hanc ex te discere mallem. Aqua ophthalmica, etiã subjecta est malevolis. Ajunt enim, quendam penitus visu orbatum ejus usu esse. Ineptorum hominum, ineptum judicium est. Sed ego, si scirem quídnam esset, objcerem, tum naturam rei, tum experien-*

perien-

perientiam magnorum virorum, unà cum mea: atque ita ostenderem, malè accusari medicinam, ubi erratum peregrinum, usum rerum labefactat. Quidam boni viri putant, ideò non admittenda esse medicamenta tua, quia recentia sunt, & vix pridiè cognita. Ego illorum simplicitatem ridere soleo: si myrepsii pharmacopœam cognovissent, aliter sentirent. Sed mi Rulande, ne te occupatum detineam, vale, & hanc meam pro te Apologiam boni consule. Faciam, ut amicum decet: modò is sim, qui inter tuos tibi placeat. Iterum vale, & me ama. Roteburgi ad Tubarim, 26. Maij, Anno 1592.





IN CENTVRIAS MEDICAS D. MARTINI RVLANDI ACHILLES P. Gasserus L. Medicus celeberrimus & doctissimus.

PER varios usus artem experientia fecit,
Cur ita quæ fierent docuit ratio.
Certior hęc dux est, quia recto tramite pgit.
Sæpè tamen dubitat non bene fisa sibi.
Evertit ratio rationem, cæcaq; sæpè
Mens velut in salebris hæsitat atq; jacet.
Omnia non igitur possunt ratione parari:
Est opus accedant usus & apta manus.
Sæpè tamẽ Medicos vana experiẽtia fallit:
Diversis eadem nec benè conveniunt.
Ergo nec ars satis est; & itẽ experiẽtia fallit:
Usus & ars in idẽ quàm benè conveniunt?
Sed quã difficile est hæc sic cõponere, ne qs
Error in obscuris decipiat latebris.
Fata regũt vitã, mortẽ quoq; fata gubernãt:
Queîs vitam tribuunt, hos medicina juvat.
Quos verò morti jam destinat Atropos, ullâ
Non queat Hippocrates arte juvare suâ.
Inprimis igitur quod sit sanabile vulnus
Aspice, naturę bella movere cave.
Et certò statuas, nisi numina dextra secundent,
Ars, usus, studium, quòd sine fruge jacent.

Neq

Nec mirum, cùm tanta ſiet petulantia vitæ,
Curati paucos funera multa ſequi. (gulam
Vulgus iners Medicos culpat, ſed ſtringere
Negligit, & Veneris caſtra nefanda petit.
Ergo ſuo pereunt fato, qui vivere nolunt:
Vivere qui cupiunt, hos juvat iſte liber.

NICOLAI REVSNERI
juriſconſulti.

Ἰητρὸς μὲν ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
εἰ συνετὸς, καὶ ἑοῖς ἐν φρεσίν ἐστι σοφός.
οὐ τέχνη μόνον, ἀλλ᾽ ἐμπειρία, εὐτυχία τε,
ἰητρὸν ποιεῖ ἄξιον, ἠδὲ σοφόν.
τοῖος ἐὼν, ΡΟΥΛΑΝΔΕ, τόσσος τε, βίβλοισιν ἰητροὺς
ἐλλογίμους ποιεῖς πλέονας, ἠδὲ σοφούς.





MARTINI RVLANDI, EMPIRICARVM ET HISTOricarum Curationum,

In ordinem, juxta corporis humani partium seriem, redactarum,

LIBER PRIMVS,

Continens

CAPITIS AFFECTVVM CVRATIONES.

Capillorum Defluvium.

STudiosus quidam fœdabatur Capillorum decidentiâ, qui singulis diebus, manè & vesperi, loca depilata inungens *Oleo Sulphur.* brevissimo tempore, à tantâ capitis fœditate liberatus est. *Cent. IIX. Curat. 49.* *Oleũ Sulph.*

Canities.

1. Viro præstanti, non multi ævi, ad canitiem barbæ præmaturam tollendam, cõsului, ut *Oleo Heracleino* eam tingeret: quo facto, acquisivit flavam & subruffam. *X. 83.* *Ol. Heracl.*

X. 84. 2. Nobilem viduam, canities deformem reddiderat, quam removit citissimè, inunctione repetitâ, ex *Oleo Heracleino*. Ol. Heracl.

PHTHEIRIASIS.

VIII. 79. 1. Miles præsidiarius querebatur de Pediculis, quod malum Græci φθειρίασιν, Latini, Morbum pedicularem nominant. Cui suasi, ut ter in die, manè scilicet, meridiè & vesperi, *Oleo Heracleino* universum corpus perfricaret: quo facto, intra paucos dies, omnes pediculi enecti sunt. Ol. Heracl.

PORRIGO.

VII. 52. 1. Quidam Præfectus, per quinque annos, capitis Porrigine (quàm Græci πιτυρίασιν vocant) cum molestâ prurigine, infestatus, intra sex septimanas restitutus est, caput priùs tonsum, quotidie, manè & vesperi, *lixivii & decoctionis pisorum part. æq. misturâ*, lavando, & à lotione, calentibus linteolis molliter detersum, *Oleo Sulphuris* calefacto illinendo: & altero manè, eburneo pectine, olei & lixivii beneficio, emollitam porriginis partem auferendo: sicque deinceps procedendo, donec omnino malum sublatum fuit. Lotio capitis. Ol. Sulph.

ACHORES.

I. 54. 1. Adolescens 15. circiter annorũ, capitis Ulceribus, quæ ἀχῶρες Græcis, Germanis der Grindt/obnoxius, sequenti lixivio,

brevi

brevi sanitatem, per me, recuperavit. R. *Absinth. flor. Chamom. Serpil. Matricar. an. M.ß. bacc. Lauri, radic. Ireos, an. ℥j. rad. Asari ℥j. ß. Incidantur, & sacculo condita, coquantur in lixivio, ex ligni Iuniperini cinere facto.* Hoc, Lunâ decrescente, caput lavetur quotidie. *Lixivium.*

2. Quędam, circa ætatis annum 30, passa est Achores; tumores nempe in capitis cute, tenuibus foraminibus exulceratos, & saniem effundentes viscosam, cum pruritu, ac capillorum defluvio. *Aquæ Terræ Sanctæ nostræ* ℥vj. manè, & per duas horas ante cœnam, ac sequenti die iterum manè epotis, ab humore acri, seroso, mordaci, & pituitâ nitrosâ ac salsâ, quæ sub cute putrescebat, evacuata est optimè. Deinde, *Venæ Medianæ sectione præmissâ,* Caput omni manè & vesperâ lavit, *Aquâ decoctionis pisor. & fol. quercus.* Post lotionem vespertinam, *Ol. Sulph. nostrũ* illevit partibus depilatis. Præter hæc, usa est *Scarificatione scapularum, brachiorum & tibiarum,* bis singulis mensibus, decrescente Lunâ; atque sic, brevi temporis spatio, sanitatem pristinam recuperavit. *III. 7.* *Aqua Terræ Sanctæ.* *Ven. Sect.* *Lotio.* *Ol. Sulph.* *Scarificat.*

3. Monacho, 18. annos nato, qui diu caput Achoribus infestum habuit, consului, ut per balneatorẽ, *Oleo ovorum,* manè & vesperi, Achores perungi curet, & deinceps caput lavari *lixivio forti, parte æq. juris pisorum diluto,* & crustas in lotione deponi pectine: depositis his, capillos infestos, achoribus *V. 7.* *Ol. ovorum.* *Lixivium.*

subnatos, evelli, ac tandem affectas partes
Ol.Sulphur. *Oleo Sulphur.* illini: quo facto, intra paucos dies sanus factus est, & olei Sulph. virtute recentes capilli renati sunt.

VII.3. 4. Vir 36.annorum, ex Capitis destillatione salsâ & nitrosâ, ad externas partes, per venarum ora effusâ, caput turgidum, & multis tuberculis atque nodositatibus obsitum, habebat: quin etiam Achores, Cephalalgia, Prurigo & Scabies, per totum
Purgans infusum. corpus, eum infestabant. R. *pulv. Sennæ laxat.* ℥ß. *Infund. in jur. pisor. q. s. pro 4. vicibus, manè & vesperi ebibendis.* His potionibus probè operantibus, evidenter levabatur. Caput,
Lixivium. manè & vesperi, lavit seq. lotione. R. *Lixivii fortis, Aq. font. an.* ℔ iiij. *fol. Senæ* ℥ ij ß. *Agar.* ℥ j. *Pisor. M.* iiij. *Decoqu. lento igne ad* ℔ j. *consumptionem, vel ad mollitiem pisorum coctorum.* Post
Ol. Sulph. lotionem, caput *Oleo Sulphuris* inunxit. Balneo etiam, corpore purgato, usus est tali.
Balneum. R. *Alumin. crudi* ℔ j. *Sulph. vivi* ℥ j. *M. f. pulvis: cujus quantitas sit cochl. j. sed satis capax ad unum ἐγκάθισμα, cum Pisor. M. j.* Quibus omnibus feliciter ad finem perductis, pristinam sanitatem consequutus est.

FACIEI TUMORES.

I.67. 1. Quidam, annum 38 agens, Tumore faciei, totiusque capitis, Spirandi difficultate, Tussi, Siti & Anorexiâ implicitus, assumpto hoc potu, evacuatus & restitutus est.

eſt. R. *Decocti pectoralis* ℥ j ß. *Syr.roſ.ſolut.* *Purgatio.*
Mont. ℥ ß. *Diaturbith cum Rhabarb.* ʒ ij. *Extr.* *Eſulæ* ʒ ß. *M.*

2\. Cereviſiarius, permultis puſtulis, *I. 91.* magnâ feritate extuberantibus, univerſam faciem fœdatam habuit: quas, meo monitu, manè & veſperi, cubitum iturus, ad fornacem, vel in loco alio calido, *Oleo Sulphur.* *Ol. Sulph.* perunxit: & intra 7. dies, abſque aliorum medicamentorum uſu, omnes evanuêre, nec unquam pòſt repullulavêre.

3\. Honeſtiſsimæ Matronæ, multa Tu- *II. 4.* bercula in Capite, maximè verò in facie, à puerperio, oborta ſunt: quæ Varos Latini, Græci ἴονθȣς ϗ ἄκνας, Noſtri Pfinnen appellant. Verùm, intra paucos dies, planè ab his liberata fuit, *ſolo Oleo noſtro Sulphuris*, quo juxta *Ol. Sulph.* ignẽ, manè & veſperi, loca affecta inunxit.

4\. Pro Moniali 36 annos natâ, Tumori *VI. 68.* phlegmonoſo totius faciei, inprimis naſi, cum rubore & ingenti dolore obnoxiâ, R. *Pilul. Aur.* ℈ ij. *Trochiſc. de Agar.* ℈ j. *Diagrid.* *Pillulæ.* *gr.* vij. *Cum aq. Cinam. fiant pil. 7. deaurandæ: ſumat à cœna.* Adverſus dolorem, ruborem & tumorem, manè & veſperi faciem affectam inungat ſequenti Unguento: R. *Axung. porc.* *Vngu. ad faciem.* *Sulph. an.* ℥ ß. *aquar. Portul. Semperv. an. q. ſ. Croci* ʒ j. *M. ad lentum ignem, & fiat ſ. a. Ungu.* Ad capitis dolorem demulcendum, ſomnum cõciliandum, & cauſam morbificam derivandam atque avertendam, R. *Naſturt. aquat.* *Lotio pedum.*

*Nymph.cap.Papaver.albi,an.M.*iij.*Decoqu.in s.q. aquæ,per semihoram, manè & vesperi pedum lotioni destinatæ.* Hisce factis, à prædictis affectibus, virgo sacrata, continuò immunis, σὺν θεῷ, evasit.

Dolor Capitis.

I.73. *Aq.Bened.* 1. Agricola, anno ætatis 31, cruciabatur sævissimo Capitis dolore. R.*Aq.Bened.Aq.font.an.* ℥ j. Commixtas ebibit, recteque ore atque alvo purgatus fuit, ac in dies convaluit. 2. Sequenti die post corporis purgationẽ, *Cephalicam venam secuit, juxta dextræ manus pollicem.* Nam ex illa parte dolor affligebat graviùs. 3. R.*Cancr.vivor.Numero* xx. *Aceti ros.* ℥ v. *Contundantur in mortario, ut fiat epithema:* quod tepidè admovebatur sæpè affecto capiti, statim ab initio curationis, ac ad relevãdum cruciatum plurimùm proficiebat.

Ven.Sect.

Epithema ex Cancris.

II.40. *Extr.Esulæ.* 2. Dolore capitis & Asthmate, quidam, 49 annos agens, affligebatur. R.*Extr.Esulæ* ℈ ij.*seri lactis calentis* ℥ v. Commixta, colata expressaq; jejunus calidè ebibit, multumq; evacuatus fuit, atq; moxinde sanus factus est. *Victus ratio erat calida, sicca: cibi lenes, sorbitiones, item carnes gallinarum elixæ, vel assæ, ova recentia, &c. Pro potu concedebam vinum salviatum, & interdum aquam mulsam, in qua decoquebatur Hyssopi parum.*

Victus.

II.75. 3. Quædam in Cœnobio Præposita, 72 an-

72 annorum, incidit in Capitis dolorem, Vertiginem, Aurium sonitum, spirandi difficultatem, sinistri lateris gravitatem & dolorem, ab humiditate capitis, lienisque obstructione. ℞. *fol. Sennæ mund.* ʒ *vj. Epithym.* ℥ *j. Myrob. chebul.* ℥ ß. *Card. benedict. M.* ß. *Passul.* ℥ *j* ß. *Sacch. candi* ℥ ß. *Zingib.* ʒ. *j. Mixta hæc infundebantur per tres horas in vini albi* ℔ *ij* ß. *postea decoquebatur lento igne ad consumptionem* ℔ ß. Decocti hujus capiebat manè ℥ vj. calidè: quo universum corpus sine omni molestiâ multùm purgatum fuit, & illa meliùs se habere testata est. Contra Vertiginem & Tinnitum aurium seqq. ordinabam. ℞. *Majoran. M j* ß. *Puleg. M j. Radic. Asari* ℥ *ij. Pisor. M j. sacculo condita coquantur in lixivii q. s.* Hoc manè caput lavabat, mox siccabat, contegebatque. Post capitis ablutionem, naribus admovit *Sternutatorium nostrum*; quo caput ab humoribus redundantibus optimè evacuatum est, atque à prædictis malis liberatum. Utebatur indies pedum lavacro, ante somnum, maximâ cum commoditate. ℞. *Beton. Puleg. an. M iij. sacculo inclusa coquantur in aquæ q. s.* Caput interea, cor, ventriculus, corroborabantur Confectione, ℞. *Spec. Diambræ, Diamarg. cal. an.* ʒ ß. *pulv. flor. Bugloss.* ℈ *j. Zing.* ℈ ß. *Sacch. in aq. Bugloss. solut. q. s. Fiant tabellæ, pondere* ℈ *ij.* Harum j. manè & vesperi post cœnam assumebat. Atque his omnibus, deplorata monialis, optimè ac citò cu-

Decoctum purgans.

Lixivium siccans.

Sternutat.

Lotio pedum.

Confectio roborans.

rata fuit, & multos annos sana vixit & integra.

III. 23. 4. Quædam annos nata 32, Capitis dolore & Vertigine correpta, à me mox sanata est, ad hunc modũ. R. *fol. Sennæ mund.* ℥ ß. *Troch. de Agar.* ʒ ij. *Arthemis.* ℥ j. *Zingib.* ʒ j ß. *M. bulliant unicâ ebullitione in seri lactis caprini* ℔ *ij. postea macerentur per noctem.* Ex hoc bibebat calidè ad ℥ v. manè ac horâ unâ ante cœnam; probeque evacuata fuit. Expurgato corpore, ordinabam ipsi *balneum Aq. dulcis, in qua decoquebantur Puleg. Origan. Iuniper. grana. Cibus fuit calefaciens & humectans. Potus vinum, cui imposuit Salviam.*

Decoctum purgans.

Balneum.

Victus.

V. 77. 5. Mulier 66 annorũ, correpta fuit Dolore Capitis & Ventriculi, cum Asthmate, Tussi, & Pedum tumore. R. *Extr. Esulæ* ℈ *ij. Lactis recent.* ℥ *iij. M. pro haustu:* quo ore alvoq; vitiosissima multa rejecit, & intra biduum sanata fuit.

Extr. Esulæ.

V. 79. 6. Viro 42 annorum, Capitis dolore pungitivo, Asthmate, Tussi & Anorexiâ laboranti, his paucis remediis subventũ est. R. *Aq. Bened.* ℥ *j. Aq. Hyssop.* ℥ ß. *Syr. de Hyssop.* ʒ *iij. Misce pro potu*; quo tam ore, quàm alvo, rectè purgatus fuit. *Cibus erat coctu facilis. Vino, quod bibebat, imponebat Card. benedictum.*

Aq. Bened.

Diæta.

V. 80. 7. Vir 30 annorum à Cephalalgiá, Asthmate, Tussi & Anorexiâ, curatus est intra paucos dies sic. R. *Decoct. Sennæ* ℥ *iiij. Diaphœn.* ʒ *v. Syr. ros. sol. Mont.* ℥ ß. *Trochis. de Agar.* ʒ. *ij.* Redigan-

Potio purgans.

digantur in haustum: quo & per ōs & per alvum copiosè evacuatus fuit. Per sequentes dies 4. sudavit in lecto, capiendo unâ vice Decocti calentis ℥ vj. ℞. *Card. benedict. M j ß. lign. Guajac. rasur. ℥ ij. Decoquantur in s.q. aquæ ad medium. Interim cibus dabatur humectans, faciliúq; concoctu: Vinum verò saccharatum.* *Sudoriferū.* *Victus.*

8. Cuidam 48 annorum, Cephalalgiâ & Pedum dolore laboranti, hæc præscripsi. ℞. *radic. Asari ℥ ij. Centaur. min. M ij. Decoquantur igne lento in aq. mens. ij. ad tertias.* Hujus sudoriferi decocti, quotidiè, manè in lecto, arctè cōtectus capiebat ℥ vij. & per aliquot dies sudabat. Post sudoris emanationem expletam, capiti *Violas & Pulegium in aquâ coctâ* imponebat. Ubi dies multos sudasset, *venam communem aperuit*, & postmodum sanitatem rectam rursus est consequutus. *VI. 65.* *Sudoriferū.* *Episthema.* *Ven. Sect.*

9. Pro muliere 49 annorum, Cephalalgiâ, à causâ calidâ, afflictâ, ℞. *aquar. Ros. rubr. Semperv. Bursæ past. Solatr. an. ℥ iij. Croci ʒ ß. M. fiat Frontale.* quo sæpiùs iterato, omnis mitigatus fuit dolor. *VII. 80.* *Frontale.*

10. Nobilis quidā strenuus, ex strenuâ potatione, κεφαλαλγίᾳ multùm affligebatur. ℞. *Vini boni* ℔ *j ß. Absinth. nostrat. P ß. pulver. Sennæ laxat. VVier. ℥ ß. M. fiat Infusio per noctem, pro duabus aut tribus vicibus, colandis & frigidè bibendis, jejuno stomacho. Cibi dabantur pauci & εὔπεπτοι: Potus, Vinum salviatum optimum.* Horū omnium usu meliùs habuit. *X. 9.* *Vinum absinth. purgans.* *Victus.*

X. 77. 11. Ecclesiastes 86 annorum cruciabatur ingenti Capitis dolore: Urina erat spumosa, aliâs satis bona. Hic, ubi multa alia
Vinum subl. pantonosag. non proficerent, à sumptione *Vini sublimati* παντονοσαγώγȣ ℥ j. post horam, vomitu projecit multa phlegmatica, & statim dolor, per Dei gratiam, sedatus est.

X. 78. 12. Textor, annos supra 40 natus, dolebat multùm ex Capite, delirabat, in metu & terrore magno erat: Urina oblata apparebat spumosa, de cæteris utcunque bona.
Vin. sublim. pantonosag. Hic inopinàter & citissimè sanus redditus est, *assumptâ ℥ j. Vini sublimati pantonosagogi.*

CEPHALAEA.

II. 2. 1. Vir quidam celebris & doctus, 22 annorum, periculosè affligebatur Dolore capitis, Auriumque sonitu, à phlegmate &
Catharticum. flatibus. ℞. *Pulv. Sennæ laxat.* ℈ *iiij. Iuris pisor. calentis* ℥ *v.* Commixta ebibit manè jejunus, ac multa egessit & rectè purgatus fuit. Post hanc corporis purgationem Decoct. para-
Hydroticum. batur tale. ℞. *lign. Guajac. pisti* ℥ *iiij. Infundantur in Aq. font.* ℔ *viij. per noctem, manè addantur Majoran. Stœch. Puleg. Origan. an. P. ß. Hyssop. P. j. Sennæ mund.* ℥ *vj. flor. Beton. P. j. Pass. Corinth.* ℥ *ij. Bulliant omnia s. a. ad medias, colenturq́;.* Ex decocto hoc jejunè accipiebat ℥ viij. calidè, & stragulis benè opertus, multùm diuque sudavit ad 14 dies. Completo sudationis
V. S. tempore, ex *Cephalicâ venâ sectâ* multum san-

sanguinem misit. *Cibus porrigebatur calidus, siccus, paucus, rarusq;. Potus verò vinum.* Atq; sic, per Dei misericordiam, pristinæ incolumitati citò restitutus fuit. Ne autem ægritudines istæ in posterum recurrerent, quotannis usus fuit, circa vernum tempus, his Catapotiis, quorum virtute, Deique voluntate maximè, multos jam annos firmo & incolumi fuit corpore. R. *Pilul. sine quib. Cochiar. an.* ʒ ß. *Agar. trochisc.* ℈ j. *Cum Syrup. rosl. solut. Mont. fingantur pilulæ 9, involvanturq; Cinamomo.* *Victus.* *Catapotia.*

2. Virum 28 annorum, Capitis dolore gravissimo & pertinaci afflictum, Dei nutu, sanavi his paucis. R. *Mass. pilul. sine quib.* ʒ j. *Trochisc. de Agar.* ℈ j. *Cum aq. Cinam. fingantur pill. 9. & deaurentur:* quas sumpsit horâ primâ nocturnâ, & multùm purgatus fuit. Sequenti die *emisit sanguinem è venâ Medianâ dextri cubiti.* Interea *Lintea, in Lact. mulieb. & albumin. ovor. an.* ℥ iij. *permixtis imbuta, crebrò applicabantur fronti atq; temporibus.* *II. 37.* *Catharticũ.* *Ven Sect.* *Epithema.*

3. Bubulcum annorum 42, Cephalæâ & Anorexiâ affectum, σὺν θεῷ, sanavi *Decocto Centaur. min.* cujus ℥ vj. quotidie calidè ebibit, & in lecto, arctè contectus, affatim sudavit, ad remissionem dictorum affectuum. *VI. 48.* *Decoct. Cent. min.*

Phrenitis: Insania.

1. Vir quadragenarius in Insaniam, cum Vigiliis conjunctam, incidit. Supra frontem *I. 22.* *Frontale ex cancris.*

tem admovi *succum è cancris vivis contusis linteo exceptum*, & quoties siccescebat mutavi.
Somniferum. Temporibus & naribus adhibui hoc frontale: ℞. *aq. Rosar.* ℥ *x. Opii* ʒ *j. Croci momentum. Misce benè.* Ex quibus & dormire cœpit, & sanæ menti restitutus est.

I. 27. 2. Fœminam 31 annum agentem, Insaniâ, seu Phrenitide, Siti, Inappetentiâ, Vigiliis affectam, sanitati pristinæ reddidi, Deo
Aq. Bened. adjuvante, his: ℞. *Aq. Bened. aq. fontis, an.* ℥ *j. M. fiat haustulus:* quo vomitu & secessu multùm evacuata fuit. Post hanc purgationem tale
Hypnoticum Epithema. applicabatur Epithema: ℞. *aq. Rosar. alb.* ℥ *vij. Opii* ʒ *j. Croci* ℈ ß. *Fiat mixtura, optimè resoluto Opio*, quâ linteola imbuta frequenter admovebam tepidè temporibus & naribus: quo somnus inducebatur, & mens pristina redibat. *Pro potu, cum refrigerante & humectante cibo, concedebam Decoctum hordei, radicum Bugl. Passularumq;.*

I. 98. 3. Restio & caupo, vir 39 annorum, Phrenitide, horroris periculiq; plenâ, cor-
Epithema. reptus fuit. ℞. *aquar. Ros.* ℥ *vj. Violar.* ℥ *iij. Opii* ℈ *ij. Dissoluto Opio commisc.* Ex hoc guttas aliquot naribus imposui, & temporibus linteum triplex imbutum admovi aliquoties tepidè: unde mox quiescens, totâ nocte dormivit, & manè compos mentis sanusq;
Diæta. factus est, absque aliis adminiculis. *Victus ratio interea instituebatur refrigerans, humectans, tenuis, in sumendis, admovendis, educendis, faciendisq;.*

4. An-

4. Annos quidam 18 natus, in sævam incidit Insaniam, cum diuturnis Vigiliis, atque aliis Symptomatis, quæ hoc vitium consequi solent. R.*pulver.Sennæ laxat.*ʒ j ß. *Zingib.momentum, Iuris pisor.*℥ iiij.*Misce: bibat.* Postea *secetur Cephalica utraq;.* Inde convaluit 4 dierum numero integrè. *VII. 5.* *Purgatio.* *Ven.Sect.*

5. Adolescens 20-annorũ, Insaniâ correptus fuit, simulque paulò pôst Febre ac Asthmate. Urina erat spumosa & rubra. Hic sanus, à nobis, citò sic factus est. R.*Maß. pilul.Sine quib.*℈ ij. *Coch.*℈ j. *Trochisc.de Agar.*℈j. *Cum Syr.ros.sol.Mont.formentur pill.8.* quæ rectè multumque evacuarunt. Sanguis porrò emittebatur è *vena Cordis*, copiosè ac saluberiter. *Pro potu ordinabam vinum, multâ aquâ dilutum.* *X. 52.* *Pilulæ.* *Ven.Sect.* *Potus.*

MANIA.

1. Studiosus quidam Maniâ laborabat, & multos dies noctesque Pervigilio vexabatur, circa ætatis annum 22. R.*aquar.Rosar.* ℥ x. *Opii* ʒ ß. *Croci* ℈ ß. *M. benè, & fiat Epithema:* quod sæpè applicabatur fronti, temporibus ac naribus. Ex quo continuò dormire cœpit, & ad sanitatem rediit. *I. 17.* *Epithema hypnotic.*

2. Tympanista quidam, cùm ex Aula, ad suam domum, veniret, Insaniâ corripi cœpit: furoribus, instar ferarum, inflammabatur; erat iracundus, temerarius, clamosus, minax, inquietus; à febre quidem immunis, sed Pervigilio diu afflictus. R. *aqu.* *III. 64.* *Purgatio.*

Bugloß.

Buglos. ℥ *v. pulv. Sennæ laxat.* ʒ *ij.M. pro Haustu:* quo biliosa plurima reddidit alvo, ac mox meliùs sensit. Pervigilium removi sic.

Unguent. somnif. R. *Unguent. de Alabastro* ℥ ß. *Opii gr.ix.M.* hoc, manè & vesperi, tempora inungebantur, & Decocto seq. calente, manus, brachia, pedesq; crebro lavabantur; lintea etiam triplicata intincta, ad frontem ac tempora, applicabantur.

Decoct. somnif. R. *fol. Vitis, Violar. Lact. an. M. ij. fol. Salicis, flor. Violar. Buglos. Nenuphar. an. M. j. capit. Papav. albi Numero v. Coquantur omnia in Aquæ* ℔ *xij. ad tertias.* Atque per ista topica statim dormire cœpit, & quiescere. Altero die

Balneum. post Purgationem, rectiùs cùm habuisset, *ex Aqua dulci*, ante meridiem, balneare jussi.

Ven. Sect. A' meridie, *Cephalicas venas* secui, & copiosè sanguinem extraxi. Quæ omnia ita profuere, ut intra quatriduum, mens sana, in corpore sano rursus extiterit. Pro quo Deo immortales agat gratias, & non ampliùs peccet, ne deterius ipsi accidat.

V I. 100. 3. Pileo quadragenarius, Epilepsiâ & Maniâ per sexennium correptus, singulis annis, paroxysmo epileptico, bis ita affligebatur, ut instar mortui humi prostratus jaceret. Viribus refocillatis, ac principibus facultatibus à causâ morbificâ aliquantulum levatis, ratione tamen adhuc interceptâ, in silvas & loca campestria aliaque amens aufugit, ultrò citroque discurrens, quoad ratione in integrum restitutâ, domũ

se

se contulisset. Causa procatarctica & evidens, hujus Epilepsiæ & Maniæ, fuit Venefica cujusdam loci, in Nosocomio, cum aliis vetulis vitam agens: hæc licet cum Pileonis uxore cognatione esset conjuncta, odio tamen tam Vatiniano eam prosequebatur, ut animo toto, de omnibus detrimentorũ generibus ipsi adferendis, cogitaret. Laterem autem lavabat semper, nec unquam Uxori dictæ nocere poterat. Quodam tempore, ex Cacodæmone & proco quæsivit suo, quo pacto demum nocere huic Pileonis Uxori posset? qui respondit, si venenũ præsens (porrexerat autem illud Spiritus immundus) Pileoni propinaret: cujus, in cibis occultati & assumti efficaciâ, Pellionem futurum singulis annis bis, videlicet circa festum Bartolom. & Paschatis, cùm Epilepticum tùm Maniacum. Saga igitur à Sponso dæmone venenum accepit, illudq; in jure, Pileoni improvido, comedendum porrexit. Cùm autem per unam atque alteram septimanam, illud virus inefficax, Pileone sano & incolumi persistére, animadverteret: aliud φάρμακον, à Diabolo subministratum, cum olere exhibuit. Exinde misellus Pileo, Epilepticus atque Maniacus, per sexennium, perseveravit. Biennio abhinc, & ampliùs, Venefica hæc in vincula conjicitur, & tormentis subjecta, ista omnia sic evenisse confitetur. Antè autem, quàm

ſupplicio afficeretur, à magiſtratu ſummo mandatum eſt, dicto Pileoni illata ut propulſaret mala. Verùm diabolica mulier, penes ſe non eſſe mederi, nec (quámvis valeret) ob temporis longitudinem, veneno jam per totius corporis particulas diffuſo, morbis etiam radices jam agentibus, illud præſtare poſſe pronunciat. Humano ergo alio auxilio deſtitutus, ad me venit, manus auxiliares implorãs: exaudio preces, & pro virili, malum hoc ἀνίατον, depellendum atque

Ven. Sect. expugnandum aggredior. Primò juſsi *venam Cephalicam utramq; aperiri: dextram manè, ſiniſtram à meridie horâ ſecundâ.* Dein, ſin-

Sternutator. gulis ſeptimanis ter uſus eſt *Sternutatorio noſtro*, in nomine JESU. 3. Catharticum

Crocus metall. hoc accepit. ℞. *Croci metallorum magnitud. piſi: infundatur per noctem in Vini ℥ vj.* Manè colatum ebibit hauſtum: qui ore & alvo, diutiſsimè retenta venenata mala, exturbavit. Atque his, σὺν Θεῷ, præter aliorum ſententiam, brevi, priſtinam recuperavit ſanitatem. L. D.

VII. 46. 4. Nobilis Studioſus, 17 annis completis, Inſaniâ melancholicâ, dolore capitis gravi, occipitium maximè occupante, ac aliis ſymptomatis, quæ Maniæ communia eſſe conſueverunt, affligebatur. In hoc primùm conſulo corpori evacuando. ℞. *Decocti Sennæ, Mannæ el. an. ℥ ij. aq. Cinamom. ʒ iij. M.* Hoc hauſtu, novies dejecit, & Symptomata remiſ-

remissiora sensit. Tertio die, evacuationem repeto, præscribens seq. potionem. R. *Decoct. Sennæ ℥ j. Syr. ros. solut. Mont. ℥ ij ß. M. f. potio.* 2. hęc exhausta manè, jejuno stomacho, blandè alvum ciebat, cum evidentiori mali relaxatione. Ad furorem humorum compescendum, capitis intemperiem immutandam, robur cerebri atque spirituum refocillandum, somnum denique conciliandum, decerno primum hoc. R. *aq. Rosar.* *Frontale.* *Acetos. Endiv. Borrag. Bugloss. an. ℥ iij. Vini Malvatici ℥ j. Spec. de Gemmis frig. ʒ ij. Diarrhod. ʒ j. Margarit. præp. ℈ ij ß. Fragm. lapidum pretios. ʒ ß. Spec. Cordial. simpl. ℈ j. Opii ʒ ij. M. fiat Epithema*; quo caput & tempora, per lintea triplicata, irrigentur, manè, meridie & vesperi. Antè autem, quàm Epithema hoc administretur, tempora inungantur Vnguento hoc: R. *Vnguent. de Alabastr. ℥ ß. Opii gr. ix. Misce.* *Vngu. hypnoticum.* Hisce medicamentis dulcis obrepebat somnus; & Maniæ senescentis, symptomatumque ejus facta est remissio. Sed & lotionem sequentem, ad somnum introducẽdum, non intermisit. R. *fol. Vitis, Violar. Lactuc. an. M. j. fol. Salicis, flor. Viol. Bugl. Nenuph. an. M ß. cap. Papav. alb. Num. iij. Coquantur in aq. s. q. pro manuum pedumq; lotione.* *Lotio somnifera.* Inde intra biduum miraculosè ad se rediit. Quoniam verò siti inexplebili adhuc premebatur, porrigendum suadeo delicatum hunc haustum. R. *aq. Bugloss. ℥ vj. Syr. ros. solut. ℥ ij. M.* *Purgatoriũ ad sitim.* Bibit frigidè

hanc potionem, à qua penitus ſiti libera-
tus, convaluit pancraticè.

MELANCHOLIA.

I. 4. 1. Quidam 19 annorum, literis operam
multam aſsiduamq; navens, incidit in Me-
lancholiam, quam variç tentationes comi-
Catharticum tatæ ſunt. ℞. *pilul. è Fumo terr. ʒ j. Helleb. præp.*
1. *gr. vij. Cum aq. Bugl. F. pill. vij. involuantur pulvere*
Cinamomi: quas capiebat, 3. à cœna horis. Et
Ven. Sect. ex his rectè purgatus fuit. Poſtridie *Cephali-*
cam aperuit, ex quâ copioſus ater ſanguis
Catharticum effluxit. Septimo die Catapotia priora ac-
2. cepit, & planè ab hoc malo liberatus fuit.
Interea *victum præbui humectantē & temperatè*
Victus. *calefacientem. Potus in prandio & cœna fuit Vi-*
num decoctionis flor. & radic. Buglossæ.

I. 5. 2. Juvenem annos natũ 24, Melancholiâ
verò quinque annos correptum, ad mentis
Melanchola- integritatē, hac ſequenti viâ reduxi. ℞. *Syr.*
gogum. *de Senna ℥ j. Syr. de Helleb. ℥ j ß. decoct. Sennæ ex*
ſero lact. caprini ℥ j ß. M. f. potus: quem manè cir-
ca horam tertiam calidè ebibit, rectèq; pur-
Sternutat. gatus fuit. Sequenti die uſus eſt *Sternutato-*
rio noſtro, manè de illo ad piſi quantitatem
naribus inſpirādo. Tertio die recepit prio-
rem potum Melancholagogi. Quarto &
quinto die rurſus evocavit Sternutamenta.
Catapot. Sexto die à cœna ſumpſit hæc Catapotia.
℞. *maſ. pilul. de Fumar. Aurear. an. ʒ ß. Cort. Helleb.*
nigri ℈ ß. Cum aq. Bugloſs. fiant pil. 7. deaurandæ:
qua-

quarum operatio bona fuit. Octava, *venam* *Ven. Sect.*
Nigram sinistri cubiti aperuit, ac fermè librã sanguinis misit. Nono pòst die, *Cephalicam* secuit dextræ manus, è qua sanguinis ℔ ß. effluxit. Victus præterea rationem talem *Victus medi-*
præscribebam, quotidiè in diluculo (exce- *camentosus.*
ptis diebus evacuationis) dabam *tria ova recentia potui, donec assumpsisset 51. ovum.* Unicuique autẽ ovo aspergebam de isto pulvere. ℞. *Epithym. Thymi an.* ℨ *ij. Sacch. albiss.* ℥ *j. Croci gr. iij. Cinam. el.* ℨ *j. Redigantur omnia in subtilissimum pulverẽ.* Cibi reliqui erant *humectantes, & temperati potius quàm calidi*: quales sunt, *capi, gallinæ, hœdi, verveces elixi, non assi, neq; frixi, &c.* Potus erat *vinum tenue, album, nõ vetus, in quo fl. ac radic. Bugloss. ebulliebant.* atque hoc Vinum continuè bibit, per duos menses. Et sic DEI asſistente gratiâ juvenis hic ad sanam mentem rediit. 14. die, ac posteà, per multos annos, mentis compos & integer permansit.

3. Piscator 34 annorũ, Mentis patiebatur *II. 47.*
alienationẽ, absq; febre: affligebatur longo tempore Vigiliâ, ridebat, cibos recusabat, cãtabat, cõcionabatur, disputabat cũ astantibus, verba nescio quæ Latina Germanicis permiscebat, omniũ sese doctissimũ esse jactitabat, ac multã desipiẽtiã exercebat. Ego advocatus evenire malũ omne deprehẽdo, à sanguine copioso melãcholico. Pertundo itaq; *utramq; Cephalicã, juxta pollices manuum,* *Ven. Sect.*

Epithem. ex gallina. & abundè sanguinem extraho. Sectis venis statim *gallinam nigram, collo pedibusq; amputatis, per ventrem disseco, ac mox fronti & syncipiti alligo:* quam alligatam retinebat per aliquot horas. Post applicationem gallinæ, somniferum hoc parabam. *Hypnoticum.* R. *Lact. mulieb. (si non in promptu sit, caprini)* ℔ ß. *Opii* ʒ j. *Dissolvantur, diluanturq; benè.* In hoc calido, lintea duplicia imbuta, expressaque fronti atque temporibus crebrò applicabam, naribus quoq; guttas aliquot sæpè imponebam. Ex quibus administratis, mox obticuit, altùm dormire cœpit, ac tandem experrectus, mentis compos factus est.

1171. 4. Vir annorum 52. Melancholico morbo, & mentis alienatione laborabat: huic *Extr. Esulæ.* ante omnia purgabam corpus. R. *Extr. Esulæ* ℈ ij ß. *Seri lact.* ℥ vj. Mixta, colataque bibit, & benè evacuatus fuit. Posteà, aliquoties manè usus est *pulv. nostro Sternutatorio*, qui *Sternutat.* permultùm profecit in evacuatione capitis. *Ven. Sect.* Expurgato toto corpore & capite, *venam cōmunem, Medianam dictam*, aperuit, & sanguinis circiter libram emisit. *Epithem. ex cancris.* *Cancros etiam vivos contusos, linteo exceptos, fronti applicabat, quoties arescebant, non sine magnâ fruge.* *Victus.* Victu interea regebatur temperatè calefaciente, & humectante. Potus erat Decoctum hoc. R. *Bugloß. M j. Lupul. Intyb. Cichor. an. M* ß. *Uvarum passar. ab acinis repurgat. & contus.* ℥ iij. *Sacchari* ℥ j. *Incoquantur s.q. aquæ ad tertias, colenturq;.* His

His adhibitis, citò ad mentem & ſanitatem rediit.

5. Prædicti filius, anno ætatis 29, pari Inſaniâ jactabatur, cui loco purgationis exhibita *Aq. Bened.* ℥ *j. cum Aq. fontis tantundem:* hanc potionem frigidam bibit, & multùm ex eâ vomuit, ac excrevit; atque ſuprascriptis medicamentis etiam adminiſtratis, curatus fuit. *II.* 72. *Aq. Bened.*

6. Sexagenaria mulier olim inceſtum commiſit, cum ſuo conſanguineo, ex quo concepit, & formoſum filium peperit. Verùm cùm nuptias cum cognato contrahere, aut rem deinceps cum eodem habere non liceret, ſeſe Diabolo, corpore, non animâ, proſtituit. Ab eo tempore malignus ſpiritus illam variis modis exagitavit, vexavit, & ut ſibi ipſi violentam manum inferret, ſuggeſsit: in templo orare non potuit, Dæmone verba intercipiente. Ad me adducta, talia mihi confeſſa eſt, implorans ſimul auxilium. Urina ejus livida, turbida, craſſa maleque olens, Melancholiam morbum cum hoc malo concurrere, indicabat, quæ Balneum eſſe Diaboli dicitur. His conſideratis, ante omnia DEUM, omnipotentem Medicum, publicè & privatim ardentiſsimis invocavimus precibus, & dum ſpiritualis medicina adhibebatur, etiam corporales obtuli ſequentes. ℞. *Aq. Terræ Sanctæ* ℥ *viij.* Hanc manè, jejuna, in lecto benè co- *III.* 100. *Aq. Terr. Sanct.*

operta, exhausit calidè, & admodũ sudavit, ac Melancholica, phlegmaticaq; multa, vomitu & secessu, egessit. Eundem haustum, per sequentes duos dies repetivit, & easdem habuit evacuationes. Exinde meliùs habuit, & Urina sanorum similis facta est, atq; mox tentator Dæmon, prępotenti manu JESU CHRISTI salvatoris nostri, prostratus est. *Ven. Sect.* Post corporis purgationem, Sanguinem *ex utriusq; manus Cephalicâ* copiosum detraxi, multo cum fructu. A' Venæ sectione, *Sternutat.* usa est *Sternutatorio nostro* per tres dies, magno cum fructu. Elapsis octo diebus *Spir. Vit. aur.* à Venæ sectione bibendum dedi *Spirit. Vitæ aureum ad ℥ j ß.* Qui ore & alvo, residuos vitiosos humores expulit, & curationi finem exoptatum imposuit. LAUS SOLI DEO.

IV. 42. 7. Civis cujusdam uxor, annorum 34, Melancholica varia multaque effutiebat, & dies noctesq; ducebat insomnes. Sed paucis præsidiis seq. brevi, sanitati pristinæ restituta est. *Aq. Terr. Sanct.* ℞. *Aquæ Terræ Sanct.* ℥ *vj.* Exhausit hanc frigidam, pro aqua fontana, & ore ac alvo multùm recteque perpurgata fuit. *Decoctum somnifer.* Lavit manus & pedes ter in die *Decocto somnifero*, suprà in Maniâ descripto, quo etiam caput abluit, & lintea triplicata eodem imbuta fronti atque temporibus applicavit, donec somnus irrepsit. Cibus,

juscu-

juscula fuêre, & quæ arrisêre alia: Potus, *Vinum dilutissimum.* *Victus.*

8. Ecclesiastes quidam, post 30 ætatis annum Melancholiâ morbo laborabat: cui occurri similiter. R. *Terræ Sanctæ magnitud. hordei, Vini ℥ vj. Macerentur per noctem:* manè colatum frigidè bibit, & optimè evacuatus est. Purgato corpore, copiosè sanguinem *ex utraque Cephalica, unâ manè, alterâ sub vesperam sectâ,* extraxi. *Decocto hypnotico* postea caput, manus & pedes lavit, quoad somno placido sopitus est. *IV. 53.* *Terra Sanct.* *Ven. Sect.* *Decoct. hypnotic.*

9. Civis, anno ætatis 54, Melancholiâ & gravi capitis dolore correptus fuit. R. *fol. Sennæ mund. ℥ j ß. fl. Bugloss. P. j. Cinamom. el. ʒ j. Sacchar. candi ℥ j. Bulliant simul in aq. ℔ iiij. ad consumpt. ℔ ß.* Decocti percolati ℥ iiij. bibit manè, & tantundem horâ unâ ante cœnam. Atque hoc alvus optimè dejecit, & indies rectiùs habuit. Potus erat *decoct. flor. & radic. Bugloss. Saccharatum.* *IV. 68.* *Decoctum purgans.* *Victus.*

10. Ancilla 30 annorum Melancholica, oculos torvos habebat, modò ridebat, modò lacrymabatur, feles in cubiculo esse noctu imaginabatur, varia & inepta loquebatur, & mortẽ sibi consciscere volebat: templum ferre non poterat, & quando in id introducebatur, præ timore & anxietate desudabat. R. *Aq. nostræ Bened. ℥ iij. Vini ℥ ij. M.* Hoc haustu ore & alvo biliosa multa excrevit. Pòst *ex utraq; vena Cephalica,* sanguis detractꝰ *IV. 70.* *Aq. Bened.* *Ven. Sect.*

copiosè est. His factis indies meliùs habuit, sanæque menti restituta est.

IV. 91. 11. Mulier 37. annorum, maritata, Melancholica facta, garriebat varia & absurda, vigiliisq; urgebatur: imaginabatur in Diaboli se esse potestate, & in DEUM credere non se debere, quodque non posſit salvari. Hæc adhibitis devotiſs. precibus ad DEUM, citò sanata fuit ita: R. *Aq. Terr. Sanct.* ℥ *vj*. Hãc frigidam potandam dedi, pro aqua font. per eamque optimè, tàm ore, quàm alvo, purgata est, & statim placidæ ac sanæ mentis compos facta est. Evacuato corpore, caput lavit *Decocto Papav. albi*: quo somnus inductus est. Cibus, *juscula* erant: Potus, *aqua decoctionis Salviæ*.

Aq. Terr. Sanct.

Lotio hypnotica.

V. 17. 12. Melancholiâ & Epilepsiâ graviter afflictus quidam 42. annorum, statim ab his malis liber & sanus evasit, omnibus stupentibus, per sequentia medica auxilia. *Sternutatorio nostro, ad pisi magnitudinem* naribus imposito, quotidiè bis sternutatio concitata, & caput benè evacuatum. Præterea, mitescente paroxysmo exhibui. R. *Decoct. Sennæ, Syr. ros. sol. Mont. an.* ℥ j ß. *M. pro haustu*: quo copiosè & rectè alvo purgatus est.

Sternutat.

Purgator.

V. 28. 13. Alius 34. annorũ, à Melancholiâ & Dyspnœâ per me integrè liberatus est haustu hoc. R. *Decoct. Sennæ, Syr. ros. sol. Mont. an.* ℥ *ij*. quo rectè evacuatus fuit: tertio die quoque eundem assumsit haustũ per quem sanitati integræ restitutus est.

Purgator.

14. Fœ-

14. Fœmina 30. annorum, Melancholiâ, cum Capitis dolore, affecta, sequenti solo potu, sana facta est. R. *Diaturb. cum Rhab.* ʒ vj ß. *Seri lact. capr.* ℥ v. M. *pro haustu.* Cibus, *juscula:* Potus *vinum erat dilutissimum.* *V.* 33. *Purgatio.* *Victus.*

15. Quædam 28. annorũ, passa est Melancholiam cum Asthmate, & Obstructione mensium. R. *Aq. Bened.* ℥ j. Hac sumptâ, ore & alvo varia dejecit, & meliùs habere cœpit statim. Manè altero aperuit *Cephalicam dextram,* & à meridie *sinistram.* Potui dabatur *aq. decoctionis Borrag. Bugloss. cum Passulis.* Horum omnium beneficio liberata est. *V.* 38. *Aq. Bened.* *Ven. S.* *Potus.*

16. Quinquagenarius ex Melancholiâ, Asthmate, Anorexiâ, & Apepsiâ, ad sanitatem rediit per sequentia. 1. R. *Massæ pilul. sine quibus* ʒ ß. *Aromatic.* ℈ ß. *Troch. de Agar.* ℈ j. *Helleb. nigri præpar. gr. iij. Cum Syr. de Helleb. fiant pilul. 9. deaurandæ.* Has sumpsit vesperi, post cibum; quæ permulta biliosa, atra, pituitosa, tenacia & fœtida eduxerunt, ac caput, pectus, & universum corpus rectè expurgarunt. 2. Tertio pòst die *venam Cephalicam* secuit. *V.* 51. *Pilulæ.* *Ven. Sect.*

17. Quidam, ætatis suæ anno 32. Melancholicus factus, à me his remediis sanatus est. 1. *Aq. nostræ Bened.* ℥ j. hausit, quæ, supra & infra, rectè operata est. 2. Purgato corpore, *vena Cephalica,* cum magna fruge, incisa fuit. 3. Manus, brachia & pedes, sæpius lavabat, *aquâ decoctionis capit. Papav. albi,* lin- *V.* 68. *Aq. Bened.* *V. S.* *Lotio hypnotica.*

teaq; intincta temporibus applicabat, quibus somnus inducebatur. Potus, *Aqua passularum*.

Victus.

V. 70. 18. Uxor cujusdam, 25 annos nata, Melancholiâ cum Asthmate, Tussi, Inappetentiâ conjunctâ laborans, statim sanata est, seq. purgantis operatione. R. *Extr. Esulæ* ℈ ij. *Vini* ℥ ij. *M. Fiat potio*; quam manè sumpsit. Postridie, *Cephalicâ sectâ*, sanitas confirmata fuit.

Extr. Esulæ. *Ven. Sect.*

VI 38. 19. Studiosus 22 annorum, Melancholiâ & ἀγρυπνίᾳ oppressus fuit. R. *Syr. de Helleb.* ℥ j. *de Senna* ℥ ß. *Decoct. Sennæ ex sero lactis* ℥ jß. *Zingib.* ℈ j. *M. f. haustus*, quo exactè evacuatum fuit corpus. Somnum conciliavi sequenti mixturâ. R. *Opii* ℈ ß. *aquæ Rosar.* ℥ iij. *Croci* ʒ ß. *M.* Mixturâ imbuantur linteola, fronti, temporibus & naribus accomodanda. Ex cujus crebrâ applicatione somnum capere cœpit, ac integrè ad sanitatem redire. L. D.

Purgans haustus. *Somniferum.*

VI. 53. 20. Ancilla cujusdam Abbatis, 26 annos nata, Melancholica facta, his paucis, brevi curata est. R. *Syrup. rosar. solut. Mont. de Hellebor. nigro, an.* ℥ ß. *Decoct. Sennæ* ℥ j. *Diacathol.* ʒ v. *Trochisc. de Agar.* ʒ ij. *Redigantur in haustum*: quem capiebat manè calidè. Potus in mensa fuit: R. *Bugloß. cum radice, decoqu. in s. q. aquæ & vini, & in colatura dissolve Conserv. Bugloß. q. s. ut fiat in modum Apozematis.*

Purgatoriū. *Potus.*

21. Fi-

21. Filia civis cujusdam, 27 annorum, Melancholiâ cum Inappetentia & Capitis dolore correpta, ſolitariam ſequebatur vitam, μισάνθρωπος erat, terrore & mœſtitiâ perculſa, omnem laborem & preces reſpuebat. Exhibui 1. *Aquam Bened.* cujus hauſtu finitis paucis horis, ad ſaniorem mentem rediit. 2. *Dedi Spirit. Vitæ aurei* ℥ *j.* quæ per inferiora & ſuperiora ἐνέργειαν ſuam exercuit. 3. Denuò *Aquæ Benedict.* ℥ *v.* cum felici ſucceſſu propinavi. Ultimò, *Sternutatorio noſtro* uſa eſt. Atque his, naturalis morbus mox, adjuvante DEO, præter aliorum ſententiam, expugnatus eſt: precibus verò, ſpiritualis tentator proſcriptus. DEO gloria. *VI. 99.* *Aq. Bened.* *Spir. Vit. aur.* *Sternutat.*

22. Profeſſoris cujusdam uxor pia, poſt trigeſimum ætatis annum, ex inordinato menſium fluxu, in Melancholiam delapſa eſt. Urina turbida & melancholica erat. Accerſitus ad eam, corpus ab impuritate atrabilaria purgandum cenſeo. ℞. *pulveris Sennæ ſimplic.* ℥ *j. Cinamom. acerrimi* ʒ *j* ß. *Zingiber.* ʒ ß. *Sacchar. cand.* ℥ ß. *Bulliant in* ℔ *iij. aquæ, per horæ quadrantem.* Manè bibit ℥ vj. colatas calidè, tantundem duabus horis ante cœnam. Sed, licet duæ hæ potiones catharticæ, probè munus ſuum obierint, nihil tamen inde ægra levata eſt. Quare altero die *hujus decoct.* ℥ *vj. admiſcui* *VII. 23.* *Decoctum purgans.*

Extr. Colocynth. *Extr. Colocynth. magnitudinem nucis avellanæ magnæ, & post factam ebullitionem levem, colaturam purè expressam exhibui:* paucis inde horis elapsis, ægra vomitu plurima phlegmatica & tenacia, alvo verò livida & melancholica, ejecit, cum manifesto morbi atque symptomatum levamine: urina insuper, ad naturalem mox inclinabat. Post biduum, ad vitia ista melancholica radicitus evellenda,
Decoctum purgans. propinavi seq. R. *Decocti Sennæ super. ℥ iij. Extr. Colocynth. magnitud. dimidiæ castaneæ. M. ad ignẽ sine ebullitione.* Colaturam bibit, & non minora melancholicorum humorum alvo exclusit, senescente mox ex toto melancholiâ, cum Symptomatibus. Sed etiam Topica
Decoct. hypnotic. interea non negligebantur. *Decocto hypnotico* in Maniâ descripto manus, pedes, tempora brachiaque lavabantur, sine abstersione. Carpus & vola utriusque manus, pedũ plantæ & tempora, illinebantur seq. Vngu.
Vnguent. somnif. R. *Ol. Viol. Mandrag. Nenuphar. an. ℥ j. Nucis mosc. ℈ ß. Croci gr. v. Opii gr. iij. Ceræ q. s. fiat Vngu.* Utebatur etiam, in curatione, manè & vesperi
Sternutator. *Sternutator.* Ad cerebrum roborandum, malique melancholici reliquias discutiendas, tum etiam ad ὑποστροφὴν prȩcavendam, talis
Cucupha. composita illi fuit Cucupha, *ex Cortic. citri sicci ℥ ß. Cyper. Caryoph. an. ʒ ij. Cocci infect. ℈ iiij. Coriand. præp. ʒ ij ß. Sampsuch. sicci, Beton. sic. an. ʒ ß. Stœch. Arab. Rosar. rubr. an. ℈ ij. Mistis & crassiusculè contritis fiat pulvis, pileolo striato insuendus,*

dus,quem ægrotus dies noctesque geſtavit. Per hæc topica,mirè ſe levari patiens dicebat,ut ego ſentiebam.

23. Puer 10 annorum,tentatus fuit Me- *VII 30.*
lancholiâ & Capitis dolore. R.*pulv.Sennæ* *Purgatoriũ.*
laxat.ʒ ß. Iuris piſor. ℥ iij.M. bibat. Ad conci-
liandum ſomnum:R.*cap.Papav.albi Numer.v.* *Lotio ſomnif.*
Coquantur in menſura aq.ad dimidias. Hoc decocto manus,brachia & pedes irrigentur,& ſponte ſicceſcãt: temporibus verò & fronti lintea imbuta, triplicata adhibeantur. Sicque probè purgatus,& ſomno accerſito, in priſtinum valetudinis ſtatum reſtitutus eſt.

24. Adoleſcentem 19 annorum,afflixit *VII. 56.*
Melancholia, cum Inappetentiâ, Vigiliis, Difficultate ſpirandi,aliiſque ſymptomatis
Melancholiæ communibus. R.*Decocti Sen-* *Purgatio.*
næ ℥ iiij. Elect.de ſucc.roſar.Diaphœn.an.ʒ iij ß.M. f.potio: quâ multa atrabilaria ejecta ſunt, cum morbi & ſymptomatum remiſsione.
Altero à purgatione die, jubeo *utramq; Ce-* *Ven.Sect.*
phalicam tundi. Pro potu, bibit *Aquam Sac-* *Victus.*
charatam cum Meliſſa. Hisq; ſolis æger, σὺν θεῷ, reſtitutus eſt.

25. Eccleſiaſtæ filia 9 annorum,ſuſtine- *VIII. 78.*
bat graviſsimas tentationes,quas ei Diabolus,cujus Balneum Melancholia eſſe dicitur, excitaverat: nam præter quàm quòd meticuloſa, mœſta, territa, & nonnihil viſu terribilis erat; ſæpenumerò preces intermit-

mittere cogebatur, horrore, tremore, sudore & anxietate, inter orandum, illam invadente: Ego monui, ut, quoties ei Diabolus mala suggereret, illa *sanctissimum nomen* JESU *sæpè repeteret.* Corpus autem Melancholicum ita purgavi. R. *Syr. rosar. solut. Mont.* ℥ ij. *aquæ Bugloss.* ℥ j. *M. pro 4. vicibus, per dies quatuor continuos manè sumendis*: quibus multa biliosa & atra excernebat. Potus erat, *aqua Bugloss. saccharata.* Et sic intra paucos dies, JESUS fortissimus, liberam & sanam parentibus suis filiam reddidit.

Antidiabolicum. *Purgatoriū.* *Victus.*

IX. 74. 26. Mulier quadragenaria passa est desipientiam Melancholicam, & crebras vigilias. R. *fol. Sennæ mund.* ℥ j. *flor. Bugloss. P. j. Zingiber.* ʒ ß. *Seri lactis caprini* ℔ iij. *Bulliant simul ad lentum ignem, usque ad* ℥ iiij. *consumpt.* Colati ℥ iiij. propinabantur manè & ante cœnam. Laxatâ sic alvo, exhibui post cœnam sequentes pilulas. R. *pilul. sine quibus* ℈ ij. *Cochiar.* ℈ j. *Cortic. Hellebor. nigri* ℈ ß. *Cum Syrup. rosar. solut. Mont. formentur pilul. 7.* Harum operatio bona & salutaris fuit. Inde *Cephalicam in utraque manu incidi jussi.* Somnum induxi sequenti Ungu. R. *Unguent. de Alabastr.* ℥ ß. *Opii gran. vij. M.* inungantur tempora. Diæta fuit *calefaciens & humectans*: Potus *Decoct. serum lact. capr.* Quibus omnibus rectè administratis convaluit.

Lenitivum. *Pilulæ.* *Unguent. somnifer.* *Diæta.*

27. Vir-

27. Virgo annorum viginti ex Melancholiâ desipiebat, suas miserias deplorabat, nec consolationes ex Verbo DEI admittebat, de remissione peccatorum dubitabat, & damnatam se esse dicebat, adeoque mortem sibi consciscere conabatur. Hanc, invocato nomine JESU, sic curavi. ℞. *Syrup. rosar. solut. Mont.* ℥ *v. aq. Bugloss.* ℥ *iij. M. pro 2. vicibus*: quas manè bibit per duos dies. Tertio die, *pilulis suprà descriptis* corpus purgatum fuit. Tandem sanguis, è *Cephalicâ sinistræ manus manè, & vesperi è dextri pedis Saphenâ*, detractus est. Cibi erant *boni succi*: Potus, *decoct. flor. & radic. Bugloss.* IX. 77. *Purgatio. Pilul. Ven. Sect. Victus.*

28. Generosus quidam, annos natus quadraginta, ventriculi doloribus gravibus, Hypochondriorum rugitibus, Sonitu aurium, & nonnunquam Vertigine, afflictus fuit. Hic in curatione *Victu utebatur humectante: carnibus gallinarum, caponum, vitulorum*, horumque jusculis; potu, *vino borraginato, absynthite, hyssopite*. Usus tandem est potione sequenti. ℞. *Decocti aperit. maj. cum Rhabarb.* ℥ *j* ß. *Mannæ masticin.* ℥ *iij. M. pro haustu*: quem tertio die repetivit, & variâ materiâ, etiam flatibus exclusis, indies postmodum rectiùs valere cœpit. X. 13. *Hypochondriaca Melancholia. Victus. Purgator.*

PHILTRUM.

III. 91. 1. Studiosus 20 annos natus, accepit à maleficâ placentas, quas comedit, & mox delirare, insanire & maniacus esse cœpit. *Aq. Bened.* Huic dedi *Aq. Bened.* ℥ *vj.* Quâ in nomine JESU haustâ, rejecit philtrum placentasque venenatas vomitu: hæ, cum astantium admiratione, in terram projectæ effervescebant & ebulliebant, non aliter ac cibus ad ignem. Intra biduum ergo, post ejectum venenum, insanire desiit, & menti, ex integro, restitutus est, Deo omnipotēte an- *Victus.* nuente. Pro potu bibit *Vinum absynth.* per aliquot dies: Cibum *facilem & parcè* sumebat.

VII. 48. 2. Nobilis cujusdam servum, 22 annorum, philtrum accepisse suspicio erat: Capite dolebat, Dyspnœâ, Dyspepsiâ & Tre- *Potio bezoardica.* more totius corporis afficiebatur. R. *Vini malvat.* ℥ *vj. rad. Asari pulveris.* ʒ ß. *M.* Hanc bibit calidè, & in lecto sudavit, vomuit, indeq; convaluit.

AGRYPNIA.

V. 22. 1. Pervigilium, in quodam, propulsavi *Somniferum.* somnifero, quod R. *aq. Rosar.* ℥ *viij. Opii* ʒ *j. Croci* ℈ *j. M. benè dissolvendo.* Hoc lintea imbuta subcalidè temporibus applicabam, & nares lavabam.

VI. 56. 2. Item alius agrypniâ laborans, ex eodem remedio, protinus dormire cœpit.

VI. 4. 3. Militum duci, assiduis Vigiliis affecto, somnum reddidi Decocto, quod R. *Bismalv.*

℞. *Bismalv. Chamom. an. M iij. Decoqu. in s. q. aquæ.* *Lotio hypn.*
Cubitũ iturus per horæ quadrantem, crura in hac decoctione lavabat.

MEMORIA AMISSA.

Vir 30 annorum, Archigrammateus, à cerebri humiditate, memoriã perdidit. Huic ordinavi sequent. Vino quod bibit, imponat *Carduum bened.* Alimentis utatur *facilis digestionis; & cum cibis Card. bened. coquatur.* Utatur interea tali Pulvere; qui ℞. *Calam. arom. Gentia. Cym. Siler. mont. Anisi, Carui, Ameos, sem. Petrosel. Spic. nardi an.* ℥ ß. *Cubeb. Macis, an.* ʒ ij. *Corall. rubr. Perlar. non perf. an.* ℥ ß. *Zingib. albi, Chamæpyth. fol. Sennæ, Tartari adusti an.* ʒ v. *Caryophyl.* ʒ vij. *Ex his fiat pulvis subtilissimus:* de quo assumat per mensem, ʒ j. singulis diebus, manè & serò, cum brodio: altero mense, tantùm semel in die, & manè: tertio mense, ter in hebdomadâ: quarto autem mense, & deinceps, bis singulis septimanis, ad ʒ j. prædicti pulv. capiat. Præterea, quarto quoque die, utatur *Sternut. nostro.* Decrescente Lunâ, caput lavetur lixivio hocce. ℞. *Chamom. Salv. Origan. Majoran. fol. Sennæ, an. M j. supponantur cineribus, & s. a. lixivium fiat.* Dum utitur lixivio, Lunâ nempe decrescente, *in Balneo scarificetur prope cervicem, cute semel incisâ.* Ante lecti introitum, per horæ quadrantem, *in calidâ pedes detineat.* Quotannis, *verno tempore, Medianam dextri cubiti, in*

V. 100. *Diæta.* *Pulvis.* *Sternutat.* *Lixivium.* *Scarific.* *Lotio pedum.* *Ven. Sect.*

Autumno sinistri, aperiat. Atque his, DEI voluntate, honestissimo Viro, memoria restituta, corroborata & conservata est. Soli DEO L. & Gl.

VERTIGO.

I. 26. 1. Theologiæ D. annorum 44, inveteratâ Scotomiâ, Capitis dolore, Ictero, & Anorexiâ diu conflictatus, ex redundantiâ bilis, fuit. R. *Conserv. Esulæ* ℈ ij. *Vini albi tenuis* ℥ iiij. M. Bibit colatam hanc potionem: & multa biliosa, ore & alvo, excrevit cum levamine. Aliquot diebus sequentibus, manè, *Sternutatorio nostro* usus est. Et quia venæ turgebāt, ex *internâ venâ incisâ*, multum sanguinis emisit; unde corpore rectè purgato, benè valuit.

Conf. Esulæ. Cholagog.

Sternutat.

Ven. Sect.

II. 26. 2. Telonarius quidam, vir honestissimus, ætatis annum 36 agens, conquestus est de Vertigine, morbo gravi & periculoso, ac in Comitialem facilè transeunte. R. *Pilul. sine quibus* ℈ ij ß. *Aromatic.* ℈ ß. *Cortic. Hellebor. nigri gr. iij. Cum aq. Buglos. fiant pilul. 7. deaurandæ*: capiat à cœnâ horas duas. Septies egessit, & rectiùs habuit. Pòst, *ex vena Communi* multum sanguinem misit, ac sanitatem L. D. citissimè obtinuit.

Catapot.

Ven. Sect.

II. 66. 3. Jesuita, vir κατὰ κρᾶσιν phlegmaticus, annorum 38, de gravi & inveteratâ Vertigine querebatur, quam comitabantur Capitis dolor & gravitas, Hebetudo visus & Auriū soni-

ſonitus, ac ſimilia, quæ capitis affectum primigenium arguūt. R. *pulv. Sennæ laxat. Rhab. elect.* ʒ j ß. *Infundatur in loco calido in aq. Lavend.* ℥ v. *per 10 horas: postea colentur cum forti expreßione. Colaturæ miſceatur Syr. roſ. ſol. Mont.* ℥ j. *F. Hauſtus*: quem per continuos tres dies ſumpſit, multumque purgatus & allevatus fuit. Purgato corpore, ſingulis ſeptimanis, ſemel, *de Sternutatorio noſtro ad piſi magnitudinem*, manè naribus attraxit: quo craſsi lentique muci cum flatu expulſi ſunt. Pro potu bibit Vinum, *flor. Tiliæ & Lavend. maceratorum.* Sicque citò & integrè ſanatus eſt. *Infuſum purgans.* *Sternutat.* *Potus.*

4. Monacha, anno ætatis ſuæ 27, patiebatur Vertiginem per conſenſum ventriculi: nam præter Capitis dolorem, Appetitus erat proſtratus, cum Nauſeâ, Dyſpepſiâ, Anxietate ſtomachicâ, corporis gravitate & laſsitudine, &c. R. *maß. pilul. ſine quibus, Aurear. an.* ʒ ß. *Diagryd. gran. ij. Cum Syrup. roſar. ſolut. Mont: fingantur pilul. 9. deaurentur*: quæ in aurorâ aſſumptæ, alvum multùm duxerunt. Inde *ex Cephalicâ ſanguinis ad* ℥ x. *miſit.* In menſâ bibit *Vinum Salviatum.* His convaluit. *II. 67.* *Pilulæ.* *Ven. Sect.*

5. Studioſus, annos ætatis 18 egreſſus, à Vertigine, Dolore capitis pungitivo, Inappetentiâ, liberatus eſt per ſeq. R. *Syr. roſar. ſolut. Mont.* ℥ ß. *Decocti Sennæ ex ſero lactis* ℥ j ß. *Diaphœnic.* ʒ j. *Conſ. Benedict.* ℈ ß. *Miſc. F. Potio*: *VI. 58.* *Potio purgans.*

quæ egregiè operata eſt. In menſâ bibit a-
Potus. quam, *Conſ.Beton.atq; Bugloß.* conditam.
IX. 60. 6. Vir 46 annorum, pauper, Vertigine, morbo gravi & periculoſo laborans, ſanitatem recuperavit hisce. R. *pilul. ſine quibus,* Pilul. *Cochiar.an.℈ij. Cum Syr.roſ.ſol.Mont.fiant pil.13. Cinam.involvendæ* : quarum operatio multa fuit & ſalutaris. Diæta. Cibi erant *paratu & coctu faciles* : potus, *decoctum Hyſſopi.* Semel in ſeptimanâ, per menſem, bibit jejunus *Vini ſublimati* ℥ ß.

INCUBUS.

IX. 67. Nobilis, 30 annorum, querebatur de Incubo, vel Suffocatione nocturnâ, quod malum Græcè ἐφιάλτης & πνιγαλίων, Germanicè Drutt / Nachtmänlein / Schrättlein / nominatur: dicebat enim ſe noctu, etiam vigilantem, mole aliquâ premi, adeò ut vix moveri, reſpirare, & vocem incertam, exilem ac malè diſcretam edere poſsit. Aq. Bened. R. *Aq. Bened.* ℥ ij. Hâc epotâ, evomuit onus quo gravabatur, cruditates nempe bilioſas & phlegmaticas. Ven. Sect. Poſtea ſanguinē *copioſè ex Mediana* detraxi. Diæta. *Ut in latus, nec unquam ſupinus, cubaret, ſuaſi: & cibis uteretur paucis, ἁπλοῖς, & Vino Hyſſopite.* Sicque citiſsimè & optimè curatus eſt.

APOPLEXIA.

II. 5. 1. Senator & Caupo, vir annorum 48, prægreſſo diuturno Capitis dolore, corporisque gravitate & laſsitudine, derepentè

Apo-

Apoplexiâ correptus eſt: nam ſubitò cadebat, attonitus jacebat, ſine voce, ſenſu & motu. Accitus ego, *Sternutator. mei piſi magnitudinem*, ambabus naribus, per calamum, inflabam, & poſt abſolutam ſternutationem, *pennam ſuccini oleo imbutam*, naribus immittebam: quibus manè, meridie & veſperi factis, cerebrum multùm expurgatum & adjutum fuit, adeò, ut unâ die ſenſum motumque receperit: voce tamen adhuc deſtituebatur. Poſt iſta duo remedia, *Ol. lign. Heraclii cochl. ß.* bibendum dabam. His, juvante DEO, ſenſus & motus integros recuperavit, ut cibum & potum admitteret, & facilè ac liberè obambularet. Sed linguæ diſſolutio & laxitas, per biduum ferè, manſit, ut, quæ exprimere æger cupiebat, cretâ annotare cogeretur. Quare, ut linguæ quoque proprium motum reſtituerem, *ex utraq; Cephalicâ abundè* (quia venæ turgebant) ſanguinem extraxi: & ſequenti die, caput ac univerſum corpus purgavi. R. *Extr. Eſulæ* ℥ j. *Aq. font.* ℥ v. Diluta ac colata, frigidè bibit; & alvus optimè citata fuit. Lingua denique tota, ſingulis horis, Oleo ligni Heraclii irrigabatur, magno cum ſucceſſu, adeò ut intra diem & noctem, articulatè & rectè loqui, prêter omnium opinionem, cœperit. Victus erat *attenuans, ſiccus, paucus, rarus.* Potus, *Vinum Hyſſopites, ſalviatum: Hydromel.*

Sternutat.

Errhinum.

Ol. lign. Heracl.

Ven. Sect.

Extr. Eſulæ.

2. Lignarium quinquagenarium, à gravi *VIII 44.*

Sternutat. Apoplexiâ, per Dei gratiam, liberavi, *Sternutator. nostri trium pisor. quantitatem, calamo exceptam*, naribus insufflando, & postquam valdè sternutasset, *Olei Heracl. cochl. ß.* paulatim deglutiendum dando. Nam inde, en Dei miraculum, mox ad se rediit, loqui cœpit, & astantes agnovit. Interrogatus de morbo, quo fuerat correptus, respondit, se nescire quid passus sit, nihilque sensisse: sed recordari, quòd ante istum morbum, Capitis dolorem & pectoris angustiam perpessus sit: Jam autem se, viribus recollectis, quasi sanum sibi videri. L. D.

Ol. Heracl.

PARALYSIS.

I. 3. 1. Nobilis vir, in manuum & pedum Paralysin incurrit, ex nimiâ repletione. Quare primo die exhibeo *Aq. Bened.* ℥ *j.* cum aq. fontanæ tantundem: quæ multa biliosa & pituitosa ore expulit. Tertio die, dabam *Extr. Esulæ* ʒ *j. in Iuris pisor.* ℥ *iiij.* quod colatum & expressum jejunus bibit, & rectè purgatus fuit. Quinto die, incepit uti Decocto. ℞. *Zarsparilliæ contus.* ℥ *j. Infundatur per horas 24 in aqu. & vini an.* ℔ *j ß. Decoquantur ad medium.* Manè in lecto sumebat hujus Decocti ℥ vij. calidè, & stragulis contectus, diu multumque sudabat. Post sudationem sufficientem, & optimè

Aq. Bened.

Extr. Esulæ.

Decoctum sudorifer.

con-

convenientem, *Basilicam* aperui, cum successu. Victus erat, *siccans, & moderatè calefaciens*. Ex his valere rectè & motus integros recuperare cœpit. *Ven. Sect.* *Victus.*

2. Senex 72 annorum, ex dextri brachii resolutione, motum & sensum amisit: præterea, Ventriculi dolore, Fastidio cibi, & Spirandi difficultate molestabatur. Huic caput, pectus, ventriculum, & reliquum corpus purgavi, hunc in modum. R. *Decoct. Sennæ* ℥ *iij. Bened. laxat.* ʒ *j. Extr. Esulæ* ℈ *j. Zing.* ℈ ß. Diluta potui dabam manè jejuno stomacho, & benè, alvo multùm citatâ, profuit. Sequentibus diebus quinque *Sternutatorio nostro* utebatur, quod crassos lentosque mucos, è cerebri ventriculis deturbabat. Victus erat, *modicus, siccus, attenuatorius, diureticus. Vino imponebat Rosmar. pulver. linteo raro involutum.* Manè præterea *Vini adusti, aqua vitæ nominati,* ℥ ß. *bibit, in quo etiam Rosm. maceratus fuerat.* Interea *nervorum origo, cum toto brachio, sæpè calidis linteis fricabatur.* Atq; his, præter omnium exspectationem, sensum & motum brachii, intra septem dies, recuperavit. L. D. *II. 54.* *Purgatio.* *Sternutat.* *Victus.* *Fricatio.*

3. Doctori cuidam 22 annorum, Paralysi & Epilepsiâ, perniciosis valdè affectibus, oppresso, prosperè medebar his. R. *Syrup. rosar. solut. Mont.* ℥ ß. *de Senna simplic,* ℥ ß. *Cranii hominis pulverif.* ℈ ij. *Conserv. Bened.* ℈ j. *Aquæ flor. Tiliæ* ℥ j ß. *Misc. F. haustus:* *VII. 71.* *Purgatio.*

quo epoto vitiosa varia alvo rejecit. Postridiè manè, usus est *Sternutator. nostro, ad pisi quantitatem.*
Sternutator.

IX. 96. 4. Vitam rusticam agens quidam, 42 annorum, alterius lateris resolutionem, cum Capitis chronico dolore, patiebatur. R. *mas. pilul. sine quibus* ℈ ij. *Agar. trochisc.* ʒ ß. *Cum aq. Cinam. fiant pilul.* 9. Sumpsit à cœnâ, & rectè evacuatus fuit. R. *Absinth. Origan. Menth. gran. Iuniper. an. p. æq. Decoqu. s. a. in Lixivii s. q. pro Balneo sudatorio*: quo copiosus, è toto corpore, sudor expressus, & affectum latus restitutum est.
Pilulæ. *Balneum sudator.*

EPILEPSIA.

IV. 80. 1. Certo & infallibili experimẽto multos, inter quos sunt filioli mei Simon & Otho Heinricus, à sævo Epilepsiæ malo, ex DEI benignitate, *per Tragœam nostram antepilepticam, à* ℈ ß. *ad* ℈ j. *infantibus & tenellis in pulte, grandioribus verò in cibis, ad* ʒ j. *exhibitam*, liberavi ac sanos feci.
Tragœa antepilept.

VI. 89. 2. Pro omnibus epilepticis instituẽda, & sæpissimè, cum plurimorum ægrotantiũ salute, instituta cura hæc est. R. *Spirit. Vitæ aur. ab* ℥ ß. *ad* ℥ ij. *Vel Aq. nostra Antepilept. ab* ℥ ß. *ad* ℥ ij. Sumantur manè jejuno stomacho, & post 9. horas capiatur cibus.
Spir. Vitæ aur. *Aq. antepil.*

II. 6. 3. Puella 10 annos nata, singulis diebus circa vesperam, per tres menses, epileptica concidebat, sensu & motu privata: verùm brevi tempore ad se rediens surgebat. Purgato

gato capite, propinabam illi, per quinque dies, manè jejuno ſtomacho, & in ipſa etiã acceſsione, *Ol. ligni Heracl. guttas iij.* Cujus ûſu, cum omnium admiratione, omnino liberata eſt, à chronico & quotidiano malo; quod hactenus non rediit. L.D. *Ol. Heracl.*

4. Infanti ſemeſtri, dies noctesque Epilepſiâ graviſsimè agitato (torvis is erat oculis, terrebatur, tremebat, ſpumabat, &c.) exhibui in paroxyſmo, & mox ante paroxyſmum, *Ol. lign. Heraclii guttas ix.* Ex quo remiſit paroxyſmus, nec unquam pòſt rediit. *III. 61.* *Ol. Heracl.*

5. Tympaniſta quidã, quadragenarius, horribili & mortiferâ Epilepſiâ jactabatur, quâ tricies in die corripiebatur, brevi intervallo, & levi remiſsione, adeò, ut Jeſuitæ, qui mecum erant, omnem ſpem de reſtituendo ipſo abjicerent. Verùm, poſt paroxyſmum, exhibui *de Ol. lign. Heraclii gutt. xv.* deglutiendas. Poſtea admovi *Sternutator.* His de nocte factis, ad ſe rediit, & ſpontè ſurrexit. Manè dedi *Aquæ Terræ Sanctæ* ℥ v. Et totidem per horam ante cœnam: quâ per vomitum & ſeceſſum optimè expurgabatur, & omne malũ ſtatim remiſit, nec deinceps rediit, ſed annis nunc quatuor liber ab hoc manſit. *III. 99.* *Ol. Heracl.* *Sternutat.* *Aq. Terr. Sanct.*

6. Cœmentarii filia, annorum 18, apud aulæ Tubicinem ſervivit: & cùm ſub noctem ſola aliquando domum rediret, vir quidam veſte nigrâ amictus (Diabolus ni- *IV. 15.* *Epilepſia ex faſcino.*

mirũ) à tergo eam adortus eſt, cirros comprehendit, caput retraxit, nareſq; ei obturavit: ubi ſic tractata puella, os exclamando aperuiſſet, in id quippiam ille impreſsit; quod cũ illa rejicere conaretur, per fauces ad œſophagum depreſsit, invitamq; ad deglutiẽdum coëgit. Hoc facto, puella ſubitò obmutuit, & domũ reverſa, per 8 dies muta permanſit: deinceps, ſponte loqui cœpit, & multis diebus, cum maximo cruciatu, res perpetuâ memoriâ dignas, per vomitum rejecit: nempe acus, aciculas, clavorum varia genera, antias, capillos cõplicatos, obolos, fibulas, putamina ovorum integra, fila, cultros, aliaq; multa, quę ab aſtantibus ſunt reſervata, & mihi monſtrata. Tandem incidit in paroxyſmũ horrendum, veluti epilepticũ: quo, miſerabili & penè inaudito modo, dies noctesq; afflicta fuit, haud aliter ac ſi à Dæmonio agitaretur. Hîc Medici, Sacrificuli, aliiq; Magices periti multa machinati ſunt; ſed fruſtrà. Deſperata ab omnibus, ad me ducitur: jubeo pro ejus ſalute, tàm publicas quàm privatas ad DEUM & Chriſtum JESUM, qui Sathanæ regnum deſtruxit, devotiſsimas preces fieri. Ubi paroxyſmus parùm remiſit, exhibeo ei, in nomine, virtute & potentiâ JESU, hauſtum:
Aq. Bened. ℞. *Ol. commun.* ℥ *ij* ß. *Aqu. Bened, noſtræ* ℥ *j* ß *M.*
Hoc feſtinanter aſſumpto, paulò pòſt paroxyſmus rediit: ſed ubi, poſt horæ quadran-

tem, plurima & varia vomitu rejecisset, ex insperato se recollegit, fascino unà cum Epilepsiâ eo die remissiore facto. Tertio die, *matutino tempore, ex Mediana, vespertino* *Ven.S.Ft.*
circa horam secundam è sinistri pedis Saphena, copiosè sanguiné detraxi. Hisq; remediis quarto die libera & planè sana puella evasit: adeò ut surgeret, laboraret, corpore & mente valeret, eaque famulâ uteretur Pharmacopola noster. Sed cùm impia, impura, & indomitę libidini dedita esset, Diabolus, Spiritus immundus, denuò ipsam invasit, non tamen Epilepsiâ, aut alio morbo eam afflixit: Verũ ipsa sana existens, modò clavos per nares, modò per os cultros & clavos, modò etiam per alvum varia ferramenta, maximo cum conatu, sine tamen corporis læsione, rejecit, me præsente & vidente: quibus projectis risit, & adstantibus illusit. Tandem, sacrificuli concubina facta, libera vixit & quieta.

7. Adolescens 16 annorũ Epilepticus, *IV. 22.*
curatus est sic: ℞. *Aq. destill. flor. Tiliæ* ℥ *v. Extr.* *Extr. Esulæ.*
Esulæ ℈ *ij. M.* Colaturam bibit, & 9 horas jejunavit, & rectè purgatus est. Tertio die à Purgatione *vena Cephalica sinistra* secta est. *Ven. Sect.*
Pro potu concedebam *vinum dilutum, cui* *Victus.*
Hyssop. & Salv. imponebat.

8. Mulier quadragenaria, per 8 annos, *IV. 31.*
omni novilunio & plenilunio, paroxysmo comitiali torquebatur, cum oris spuma.

Ex-

Exhibui, per mensem, mox ante noviluniũ, ante quadrantes, & ante plenilunium, *Aquæ Terræ Sanct.* ℥ *v.* manè: quâ multùm vomitu & alvo purgata fuit: & sic, mensis spatio, integram sanitatem obtinuit, ut multis jam annis nunquam hoc malum redierit.

Aqua Terræ Sanct.

IV. 36. 9. Juvenis, 20 annorum, ab Epilepsiâ, & Hydrope anasarcâ, gravissimis ægritudinibus, liberatus est seq. R. *Spir. Vitæ aur.* ℥ *j. aq. flor. Tiliæ* ℥ *iij. M. pro haustu matutino*: quo copiosè & rectè evacuatus fuit. Sequenti die, eundem repetiit, & integræ sanitati restitutus est. Præterea, singulis hebdomadis semel, usus est *Sternutatorio nostro.*

Spirit. Vitæ aur.

Sternutat.

IV. 71. 10. Textor, 50 annorum, sępè epileptico insultu corripiebatur, præcedente capitis gravitate, dolore & vertigine: quando morbus invadebat, circũagebatur, ac subitò dein convulsus concidebat, stertebat, spumabat, tremebat, manus & pedes ad terram allidebat. Curationem, in intermissione, sic adorsus sum. R. *Aq. Terræ Sanct.* ℥ *iij.* Hâc manè in lecto frigidè epotâ, sudavit, & alvo purgatus est. Elapsis duobus diebus, eadem hausta, similes operationes exercuit, unde expeditiùs æger loqui, & dolor capitis, Vertigo, omniaque symptomata remitti cœpêre. Post tres dies, repetitus haustus, multùm & rectè operatus est, & paroxysmum sedavit, ut in posterum nõ redierit. Post has purgationes è *Mediana dextri*

Aq. Terr. Sanct.

Ven. Sect.

dextri cubiti manè, & à meridie è Cephalica sinistra, copiosus sanguis emissus est, magnâ cum fruge. His auxiliis quamvis perfectè sanatus fuerit, nihilominus tamen post, per mensem, usus est *Sternutatorio nostro*, semel in septimanâ. *Sternutat.* *

11. Arcularii filius septennis, torquebatur Epilepsiâ graviter dies noctesque. Cui, per 7. dies, ante & in paroxysmo, *Olei Heraclei gutt. vij.* exhibitæ sunt, & quarum efficaciâ, ab epileptico paroxysmo liber, & incolumis semper mansit. *IV. 86.* *Ol. Heracl.*

12. Sexagenarium, derepentè epilepticum Symptoma invasit : ejus urina erat aquea & confusa. ℞. *Aq. flor. Tiliæ* ℥ *vj. pulv. Sennæ laxat.* ʒ *ij. M.* Hujus assumti efficaciâ rectè purgatus, à sævo isto malo mox liber evasit, urinâ etiam meliore alterâ die apparente. Ne autem malum reverteretur, bibit ℥ *j.* vel paulò plus, manè & ante introitum lecti, de seq. Infuso : ℞. *Hyssop. fl. Tiliæ, an. P. j. infund. in Vini sublimati* ℔. *ij. M.* *V. 5.* *Purgans.* *Præservat. antepilept.*

13. Infanti bimulo, macie confecto, ac dolore gravissimo, cum convulsionibus epilepticis, per intervalla redeunte, afflicto exhibita fuit, *Conserv. Bened. quantit. avellanæ minoris*; cujus operatione confestim, σὺν θεῷ, curatus est. *VI. 29.* *Conf. Bened.*

14. Pro puero 12 annorum, epileptico, ℞. *fol. Sennæ mundat.* ℥ ß. *radic. Ellebor. nigri* ℈ ß. *Trochisc. de Agar.* ʒ *j. Zingib.* ʒ ß. *Conser. Pæon.* ℥ ß. *V. 55.*

Incisis

Incisis incidend.F: Infusio in seri lactis ℔ ʃß. *per noctem in cineribus calidis.* Hujus ℥ iiij. capiebat manè calidè, & vesperi totidem. Inde corpus evacuabatur, & paroxysmus mitigabatur. Accesſione cessante, exhibitus fuit, horâ 9, *Potus noster antepilepticus* : Cujus virtute, divinâ adjuvante clementiâ, confestim liberatus fuit : nec malum hoc recruduit.

Potus antepilepticus noster.

VI. 22. 15. Quidam annos natus 25, unicâ horâ, ter epileptico paroxysmo corripitur, ita ut post horam demùm ad se redierit: Urina erat spumosa, alba, turbida, cum hypostasi crassâ, albâ, furfuraceâ. Hic 1. *Sternutatorio meo* sæpè utebatur. 2. ex hoc ℞: *pulv. rad. Asari* ℈ ij. *Decocti Card. benedict.* ℥ *vj. M.* calidè sumpto, in lecto coopertus sudavit, & vomuit, Epilepsiâ ipsum deserente. 3. aperuit *Medianam*. Potus loco utebatur *Decoct. flor. Tiliæ saccharato.*

Sternutat. *Sudorifer.* *Ven. Sect.*

VI. 96. 16. Otho Heinricus, filius meus natu minimus, semestris infans, tristisſimâ & exitiali Epilepsiâ, per intervalla, afflictus est. 1. adventante paroxysmo, *suffitum, ex succino accenso, ad os & nares ejus fieri curo:* quo paroxysmus interdum prorsus remisit, interdum tantùm mitior ac tolerabilior est factus. 2. In ipsa accessione, *Olei nostri Heraclii gutt. xiij. ori infundi mandavi.* 3. Bibit *aquam fl. Tiliæ, in cujus* ℥ *vj. Olei Vitrioli emendati guttas v. instillavi.* 4. Pulti admi-

Suffitus. *Ol. Heracl.* *Ol. Vitriol.*

admiſcebam *Tragæam noſtram antepilepticam.* *Tragæa antepilept.*
5. Capiti *pileolum hunc* imponi jubeo: *Cucupha.*
R. *radic.Ireos, Cyperi, Pœon.an.℥ ij. Semin.Pœon. Calvar. human. an.℥ j. Macis, Nucis muſcat.an.℈ j. flor.Chamomel.P.ß. Conterantur atque conſuantur ſindone rubeâ, in formam pileoli, dies noctesq; geſtandi.* Hiſce brevi convaluit, ut in hunc uſque diem, nullum Epilepſiæ deprehenderimus veſtigiũ, aut ὑποστροφῆς ſignum, Laus DEO.

17. Ruſtica quadragenaria, principium Epilepſiæ paſſa, cum manuum convulſione & dolore intolerabili, qui etiam artus reliquos exercebat, citra tamen ſpaſmum: Urina pallida erat & turbida. 1. Purgata eſt, R. *aqu. flor. Tiliæ* ℥ *vj. pulver. Sennæ laxat.* ʒ *j ß. M.* Dein tertio à purgatione die, lavabat in *Decocto Chamom.granor.Iunip.Arthemiſ.* Potus, *Vinum Salviatum & Hyſſopites.* His integrè convaluit. *VII. 21.* *Purgat.* *Balneum.* *Victus.*

18. Senex, 61 egreſſus annum, Epilepſiâ, ſingulis horis bis ter've repetitis paroxyſmis, correptus, ſaneſcit hoc modo. Manè & veſperi naribus attraxit *Sternutator. ad lentis magnitudinem.* Singulis horis quater, ſenſim deglutiebat *Olei lign. Heracl.gutt.xiij.* Cibus εὔχυμος & εὔπεπτος erat. Potus, *Decoct. flor.Tiliæ.* *VII. 49.* *Sternutat.* *Ol.lign. Heracl.*

19. Studioſus 18 annorũ, Epilepſiâ dies noctesq; miſerè diſtortus, paroxyſmo paululùm remittente, hanc hauſit potionem: *VII. 73.*

R. *aq.*

Spir.Vit aur. ℞. *aq.flor.Tiliæ* ℥ *iij.Spirit.Vitæ aur.* ℥ ß.*M.* Inde quidem alvus multùm laxata, ſed morbus nihil remiſſus: quare ſubſequente mediâ nocte, paroxyſmo paululùm quieſcente,

Aq.antepil. ſumpſit *Aquam noſtram antepilepticam*: poſt cujus ſumptionem, jejunavit per 9. horas, paroxyſmo ex toto recedente. Veſperi porrò cubitum iturus, orbiculum unum Con-

Confectio antepilept. fectionis ſeq. ſumpſit. ℞. *Cranii homin.recent.* ʒ *j. gran.Pœon.excort. Numer.xv. Sacch.in aq.flor. Tiliæ ſoluti q.ſ.fiant Orbiculi pondere* ʒ *j.* Sed præſervationis gratiâ, ad materiam à cerebro & ventriculo avertendam, has pilulas, dormitum iturus, poſt levem cœnam, deglutiit.

Pilulæ. ℞. *Maſſ.pilul.Aurear.* ʒ ß. *Aromat.* ℈ *j.cort.Helleb. nigri gr.iij. Cum Syrup.de Helleb.parentur pilul.7.* Potus erat *Decoct.flor.Tiliæ, cum Conſerv.Pœon.* His adoleſcens priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

VII. 83. 20. Juvenis, 19 annos natus, à graviſſimâ Epilepſiâ perfectè liberatus eſt. 1. *Ster-*

Sternutator. *nutatorio per biduum manè ad piſi quantit.attractо.* 2. *Cathartico.* ℞. *Aq.flor.Tiliæ* ℥ *j* ß. *Conſ.*

Conſ.Bened. *Bened.* ʒ ß.*M.* 3. Sequenti die, ſumptâ *po-*

Potio antepilept. *tione antepilepticâ noſtrâ.* 4. Tertio abhinc

Ven.Sect. die *venâ Medianâ inciſâ.*

VII. 90. 21. Epilepſia, quæ per trimeſtre puellam 11 annos natam, diris invaſionibus afflixit, profligata fuit, unicâ hac medicinâ.

Ol.Heracl. ℞. *Olei Heracl.* ʒ *j* ß. *aq.Plantag.* ʒ *j.M.* Hujus mixturæ, quotidie jejuno ſtomacho, gutt. 4.

largas

largas sorpsit, per quatriduum. Ne autem recurreret, deinceps per integram septimanam, totidem guttas sumpsit, & ab omni Epilepsiæ vestigio hactenus immunis vixit.

22. Alia 12 annorum puella, per dimidium annum, dies noctesque; gravissimâ Epilepsiâ & vermibus cruciata, cum Urina spumosa & turbida: *Ex Sacharo Heracleino*, *per tres dies, manè jejuna sumpsit magnitud. Nuc. muscatæ*, & post 5. horas accepit cibum. Hoc multa vitiosa excrementa, & ultra 100. magnos & parvos vermes rejecit, & penitus à vermibus, quibus totus scatebat venter, & epilepsiâ liberata est. Cum *tenui & pauco cibo*, in mensa, etiam sana facta, bibit *Aquam*, *cui imposuit Salviam*. *VIII. 13.* *Sacch. Herac.* *Victus.*

23. Vir quadragenarius, Antistes in Monasterio, admodum gravi morbo comitiali correptus, ut confratres Monachi, horrendis, quas patiebatur, convulsionibus territi, aufugerint. Hic de *Sacharo Bezoardico* ℥ j. sumpsit, quotidie manè: quo corpus lenissimè, à vitiosis humoribus evacuatum est. Præterea, per tres dies, ante novilunium & plenilunium, inspiratione per nares attraxit *Sternutatorium nostrum*. Cibus dabatur εὔχυμος: potui *Vinum tenue, cui imponebantur fl. Tiliæ*. Quibus ita administratis, intra mensem curatus est, multisque jam annis sanus & incolumis L. D. vivit. *IX. 91.* *Sacchar. Bezoardicum, seu Antepilepticum.* *Sternutat.* *Victus.*

24. Adolescens 15 annorum, quotidie *IX. 94.*

gravem epilepticum insultum passus est, Urinâ eiusdem albâ, crassâ, confusâ apparente. Hic usu *Sacchar. Bezoard. ad* ℈ij. singulis diebus, per quatriduum, liberatus est, ut deinceps hoc malum non redierit. Cibo utebatur *facili*: Potu, *aquâ decoct. flor. Tiliæ.*

Sacchar. Bezoard.

Victus.

IX. 99. 25. Puer decennis, persæpe dies noctesque paroxysmo epileptico jactatus est, in quo loquela intercipiebatur, in parte sinistrâ, oculus, os & manus convellebantur, brachio sinistro etiam torpescente: nec tamen, ut in graviori Epilepsia fit, concidit, accessione nimirum citissimè evanescēte. Hic epotâ *Spir. Vitæ aur.* ℥ ß. ejecit permulta fœtida & tenacissima phlegmata, & rectiùs habuit. Post duos dies, ejusdem *Spirit.* ʒ ij. sumpsit quotidie per quatriduū. Per mensem bibit *aquam decoction. flor. Tiliæ*, & sanatus est.

Spir. Vitæ aur.

Victus.

X. 3. 26. Pauper, 32 annorum, manè & serò Vertigine agitabatur, concidebat, anhelabat: post quadrantem tamen horæ, levis hic comitialis paroxysmus solvebatur, nec, nisi tertio quoque die redibat. Hic integrè curatus, solo hoc purgante. ℞. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ j ß. *Vini* ℥ v. *M. stent per noctem.* Hoc manè epoto varia excernebat.

Purgatoriū.

X. 12. 27. Puella sexennis, levi Epilepsiâ correpta, cadebat, & brevi tempore muta jacebat. Hęc, inter curandum, Cibis vescebatur εὐπέπτοις: *carnibus, jusculis, pisis, hordeo, ovis: & in*

Victus.

his sumebat Trageam antepilept. Aquam flor. Tiliæ, *Tragæa antepilept.*
Man. Christ. perlatis dulcoratam bibebat. Manè
Sternutator. ad gr. j. quantitatem naribus attra- *Sternutator.*
hebat. Per duos continuos dies purgabatur hoc modo. R. *Syr. è Senna* ℥ ij ß. *aq. Cinam.* *Purgatio.*
℥ ß. *M.* pro duabus vicibus manè hauriẽdis: Horum omnium usu, convaluit.

28. Consul quinquagenarius, gravi Epilepsiâ correptus, in ipso paroxysmo, sumpsit *Ol. antepilept. gutt. xiij.* omnibusque stupescentibus ad se rediit & valuit. Præterea in hoc Consule, succino incenso utebar. *X. 32.* *Ol. antepilepticum.*

29. Textor, 44 annorum, parvam passus est Epilepsiam, Melancholiâ comite, urinâque spumosâ & turbidâ existente. Is assumsit haustum seq. R. *pulv. rad. Asar.* ʒ j. *Vini* ℥ *vj. M.* quo calidè epoto, multùm sudavit & vomuit. Deinde usus est *Sternutatorio nostro*, maximo cum fructu. Potui dabatur *Vinum Hyssopites.* His ita administratis, paucis diebus, sanitati integræ est restitutus. *X. 65.* *Sudorifer.* *Sternutator.* *Victus.*

30. Civis cujusdam egeni uxori, 46. annorum, vehementi Epilepsiâ affectæ, talia adhibita fuerunt. 1. Per duos dies continuos sic purgabatur. R. *Aq. flor. Tiliæ* ℥ *vj. Trochisc. Alband.* ʒ ß. *M. F. Infusio s. a. pro duabus dosibus colandis.* Post purgationẽ hanc bonam, per 7. dies in lecto sudavit, capiendo *Decoct. Hyssop.* ℥ *vj.* Potus erat *decoct. fl. salviæ.* His ita peractis, liberata ex toto fuit. *X. 66.* *Purgat.* *Sudorif.* *Victus.*

31. Vidua septuagenaria, in Nosodo- *X. 72.*

chio vivens, quadriennio ferè, per hebdomadarum intervalla, & tempestatum varietatem, morbo comitiali afflicta, hausit *Vinũ sublimatum* παντονοσάγωγον: quo copiosè & sinè molestiâ, per alvum vacuata fuit, ac inopinanter, ab isto diuturno & immani morbo libera evasit, postmodum multis annis superstes.

Vinũ sublimatum panto..osag.

X. 95. 32. Alia Vidua sexagenaria, quotidie sexies facta est Epileptica: huic, à paroxysmi initio, manus & digiti cõvellebantur; deinde cadebat, & per dimidiam horam ἄφωνος jacebat; postea surgebat, & ad se utcunque redibat. Hæc sanata est sequenti solo & facili remedio. *Vino sublimato imposuit Hyssopũ*; de quo manè, & noctu abitura cubitum, bibit tria cochlearia, vel ad ℥ ij. Hoc quum fecisset per integram septimanam, diesque singulos, convulsiô hæc ex toto intermisit, ac nunquam reversa est.

Infus. Hyß.

SPASMUS.

III. 85. 1. Pistor, 64 annorum, Tetano, qui Latinis Rigor, correptus, dies noctesque, ob collum cum dolore in utramque partem tensum, erectus & leniter acclinatus sedere cogebatur; nec ullâ ratione decumbere poterat. 1. Purgatus est rectè Purgator. seq. ℞. *Syr. è Senn.* ℥ iij. 2. Manè utebatur *Sternutatorio nostro.* 3. *Balneum ingressus est sudatorium vulgare.* 4. A' Balneo, & vesperi per-

Purgat. *Sternutat.* *Balneum.*

perfricuit calidis linteis totum collum, maximè cervicem; quam posteà Oleo sem. Lini perunxit, & linteis calidis munivit. His ita factis, sanus ex hoc morbo abiit, intra quatriduum. *Unctio.*

2. Virgo honesto loco nata, 16 annorũ, Tetano correpta fuit, & collũ in obliquum contractum habebat. Hæc intra biduum sanata ita fuit. R. *ol. Chamom. ol. Rosar. an.* ℥ *iiij. Butyri recent.* ℥ *v. M. pro Epithemate*: quo linteum triplicatum imbutum calidè collo applicabam, calidisque linteis obligabam, singulis tribus horis. *IV. 84.* *Epithema.*

3. Pellionis uxor, 34 annorum, incidit in morbũ, quem Græci vocant κυνικὸν σπασμὸν, id est, Caninam convulsionem, mandibularium musculorum resolutionem. Distorquebatur, in miserâ muliere, canino rictu in obliquum os: labra, nasus, oculus, & ipsa facies modò in dextram, modò in sinistram partem distendebatur singulis horis, plus vicies. In Paroxysmo agnoscebat adstantes, sed nihil loqui poterat. Ad istã ægram fœminam citatus, exhibui per os, tribus vicibus, post quartam semper horæ partem interpositam, *Ol. nostr. Heracl.* 13. *gutt.* & Deo Opt. Max. juvante, ilicò loqui cœpit, & ab horribili isto malo ilicet liberata fuit. *IV. 96.* *Ol. Heracl.*

4. Consiliarii cujusdam uxor, circa ætatis annum 40, Anorexiam, Apepsiam, Spasmum manuum & digitorum, perpessa est. Urina ejus, spumosa erat & aquea, ac *V. 13.*

indicabat, prædicta mala, ex hepatis & ventriculi intemperie frigidâ, traxisse originē. Pro hujus curatione, paravi tale Vomito-
Vomitor. rium, Purgatorium, Pantagogum. R. *Croci Metallor. magnitud. pisi: Vini* ℥ *v.* Hæc macerabantur simul per noctem; manè colatum bibebat, & paulò pòst evomebat permulta tenacia phlegmata, cum biliosis variisq; humoribus. Post quam evacuationem, mox prædicta mala remisere, appetitus rediit, convulsionesque cessarunt.

VIII. 85. 5. Nobilis Polonus, in Academiâ vivēs, patiebatur ætatis anno 30, Nervorū distentionem, Græcè σπασμὸν, Latinè convulsionem & distentionem nominatam; quæ solum multùm molestabat brachium, manū, manusque digitos. Ego, quia cætera sanus videbatur, & ipse affirmabat, dolores tantùm hos longos spasmaticos intra 20 dies removi, per sequens Balneum & Unguen-
Balneum. tum. R. *Malv. Lilior. Narciß. an.* ℥ *vj. Fol. Salv. M. iij. Absynth. Orig. an. M. ij. fl. Chamom. Melil. Stœchad. an. M. ij* ß. *Sem. Lini, Fœnugræci, an.* ℔ *j. Decoqu. in s. q. Aquæ pro Balneo*; cui insidebat ante & post meridiē. Post Balneū perungebatur cervix, spina dorsi, & locus totus spasmo affectus
Unguent. hoc Unguento, quod R. *ol. Violac.* ℥ *iij. Lilior.* ℥ *ij. Amygdal. dulc. Mastichin. Rosac. an.* ℥ *j. M. pro Unguento.*

VIII. 88. 6. Uxor Præfecti cujusdam, 50 annorū, cruciabatur Tetano, quo caput cum cervice non

nō poterat flectere, sed rectà intentum manebat, ac fortiter dolebat dies noctesque. Hujus cervicem, singulis horis, inungi curavi *Oleo Sem, Lini*. Post inunctionem, lintea triplicata, in Vinum decoctionis Chamom. intincta & expressa applicari jussi. Ex quibus dolor mox remisit, patiēs dormire cœpit, collum flectere potuit, & intra diem convaluit. *Inunctio.*

CONTRACTURA.

1. Agricola annos natus 4 supra 50, patiebatur sub altero genuum Nervorum retorsionem, contractionem, dolorem; genu percusso claudicabat, pedemque extendere non poterat. Contraxerat ista mala ex equi calcitratu. Paratum illi fuit Balneum tale. ℞. *Flor. Chamom. Salv. Granor. Iuniper. an. M. x. Decoquant. in s. q. Aquæ pro Balneo*; in quo insidebat manè & vesperi. Post Balneum, perungebat fortiter sub genu affectum poplitem isto Unguento, quod ℞. *Pingued. Taxi, Vulpis, an. ℥ iij. Ol. Mastich. ℥ ij. Ol. Spic. ℥ j. Aceti ʒ iij. M. ad ignem bene pro Unguento*; cujus usu in decem diebus genu & totum pedem extendere, ei insistere & ambulare potuit. *VIII. 92.* *Balneum.* *Vnguent.*

2. Monacha quædam, manuum afficiebatur contracturà; huic talia adhibita fuere. *X. 54.*

1. Purgabatur sic. ℞. *pulver. Senn. lax. Sacchar. an. ℥ j. Aq. stillat. Card. ben. ℔ j ß. Macerabantur per noctem in loco calido pro infuso*: quod per- *Purgat.*

colatum, tribus vicibus sumebatur manè, & per horas duas ante cœnam. 2. Balneo usa est sudorifero. R. *Rutæ, Absynth. Puleg. Marrub. Origan. Majoran. Salv. Calaminth. Hyssop. Centaur. min. ad M. iij. granor. Iunip. M. v. fl. Cham. M. iiij. Sulph. ℥ j. Salis ℥ iij. M. & coquantur in forti Lixivio q. s. F. Laconicum Balneum, in quo lapides igniti respergãtur eodem lixivio*; quo ægra utebatur manè & vesperi. Post Balneum vespertinum, perungebantur manus contractæ hoc Unguento, quod R. *Pingu. Vulp. ℥ iiij. Pingu. Taxi ℥ iij. Mastich. ʒ iij. Euphorb. ʒ ij. Piperis utriusq; ʒ vij. Vini opt. ℔ j ß. F. decoctio ad consumtionem Vini, formeturq; Unguentum*; cujus usus sit prædictus. Atque ista citò profecere, & sanam Virginem fecere.

Balneum sudorifer.

Unguent.

OCVLORVM AFFECTVS.

OCVLI LIPPITVDO, LACHRYMAE, RVBOR, DOLOR, SVFFVSIO, NVBECVLA, TELA, AMBLYOPIA, CAECITAS.

III. 16. 1. Ahenarius, ex destillatione à capite, oculi dextri Lippitudine gravissimâ laborans, cum rubore, dolore gravante, crassis nebulis & lachrymis continuis, ut penitus nihil videret, & oculum ægrè aperiret.

Extr. Esulæ. 1. Purgatus est. R. *Extr. Esulæ Nucis quantitat. Aquæ simpl. ℥ v. M.* Colaturam bibit frigidè, & rectè evacuatus fuit. 2. Pòst supinus oculum

culum lavit *Aquâ Ophthalmicâ calente*, manè, *Aq. Ophthalmica.*
meridie & vesperi, semper, per horæ quadrantem, hoc situ quiescens. Hujus Aquæ virtute, oculus brevi in integrum restitutus est.

2. Alius ahenarius sexagenarius, cui sinister oculus, multos ante annos, à virgulto *III. 17.*
juxta pupillam vulneratus, periit, nunc etiam dextro diminutissimè videns, nonnunquam nihil, ob Hypochysin, crassam & magnam Nebulam, cum Inflammatione, Rubore & Dolore: *Solâ Aquâ Ophthalmicâ*, *Aq. Ophthal.*
quotidie *ter, ad guttas iij.* supino ægro, oculo instillatâ, & cum linteis raris triplicatis impositâ, intra 20 dies, visum & sanitatem oculi dextri recuperavit.

3. Puella 5 annorum, in altero oculo, ex *III. 37.*
Variolis fricando disruptis, crassas, densas & magnas nebulas, visum planè impedientes, passa, à Parentibus, Aquæ ophthalmicæ (quâ cæcos etiam curari audiverunt) famâ excitatis, ad me deportata, manè, meridie & vesperi, *Aqu. Ophthal. tribus guttis calidis oculo instillatis*, eoque dictâ Aquâ externè loto, *Aq. ophthal.*
supina per horæ quadrantem quievit: unde Nebulæ intra quinque dies rumpi ac solvi visæ; pòst brevi tempore, ex toto, deletæ sunt; oculo affecto visum, per Dei gratiam, integrum recuperante.

4. Apparitor in pago quodam, in altero *III. 54.*
oculo crassam & magnam Nebulam, Hy-

pochysinq; visum intercipientem habens, quotidie ter, in affectum oculum, *ex Aqua nostra Ophthal. tribus guttis impositis*, brevi restitutus est.

Aq. Ophthal.

III. 65. 5. Vir anno 33 ætatis, Suffusione & crassâ Nebulâ oculi sinistri pupillam operiente, cum dolore & visus privatione, per annum integrum afflictus, *Aquæ Ophthal. tribus guttis calidis* manè & noctu oculo infusis, brevi à cataracta liberatus est, & nunc, L. D. rectè & clarè cernit omnia.

Aq. Ophthal.

IV. 44. 6. Ecclesiastes, oculi Rubore, crassâ Nebulâ, Suffusione & Visus obscuritate correptus, manè, meridie & vesperi, *oculum Aquâ Ophthal. lavit*, & statim videre cœpit, ac sanatus est.

Aq. Ophthal.

IV. 48. 7. Cantoris uxor, altero oculo, ob Nubeculam crassam, & magnam, cum Rubore & Dolore pungente, in eo existentem, nihil videns, adhibitâ, ut decet, *Aquâ Ophthalmicâ*, intra 14 dies, visum integrè recepit.

Aq. Ophthal.

IV. 50. 8. Ephippiopœus, 74 annorum, oculos habens rubentes, cum Dolore & Visus diminutione, intra paucos dies, *Aquâ Ophthal.* manè & vesperi supino adhibitâ, sanatꝰ est.

Aq. Ophthal.

IV. 74. 9. Puella bimula, propter Suffusionẽ & crassam Nebulam ac Ruborem, in altero oculorum apparentem, ne lucem quidem videns, intra tres dies restituta est, *Aquæ Ophth. ternis gutt.* manè, meridie & vesperi, in supinæ cubantis oculum immissis.

Aq. Ophthal.

10. Qui-

10. Quidam anno ætatis 64, Oculi Telâ, Dolore & Rubore affectus, *Olei nostri Ophthalmici tres gutt.* manè, meridie & vesperi, per 5 dies, oculo imponens, convaluit. IV. 85. Ol. Ophthal.

11. Cœmentarii filiola annũ nata, oculi sinistri pupillã à magnâ & crassâ telâ occupatã habens, per semestre nihil omninò vidit; sed, manè & vesperi *Olei Ophthalmici guttâ j.* oculo impositâ, intra quatuor dies, tela seu pellis, per noctem dissolvi, & manè per oculi angulũ excerni cœpit, adeò, ut illâ, quinq; hebdomadarum spatio, ex toto ablatâ, oculus clarè & acutè viderit. IV. 88. Ol. Ophthal.

12. Adolescentula, 17 annos nata, annum integrum oculos clausos, propter tumorem, habuit; & multis, absque profectu, tentatis, tãdem *Aquâ Ophthalmicâ* oculis lotis, ter in die, & linteolis eâ madefactis applicatis, tumor recessit, & Rubor ac Nebulę crassæ, pupillam obsidentes, conspectæ sunt: quæ tamen omnia, continuato Aquæ usu, evanuerunt. Interea dum hæc topica apponebantur, corpus evacuatum est. ℞. *Extract. Esulæ ʒ j ß. Aq. puræ ℥ viij. M. stent per noctem:* manè, Colaturæ dimidium, bibit frigidè; reliquum, sequenti die, & benè purgata fuit. Pòst usa est Decocto, quod ℞. *Card. bened. Hyssop. an. M. j. Decoqu. in s. q. Aquæ, ad dimidias:* de hoc bibit manè in lecto ℥ v. calidè, & benè contecta sudavit multùm, illudque per 14 dies continuavit, amoto IV. 95. Aq. Ophthal. Purgatoriũ. Sudorifer.

inter

inter ſudandum oculi fomento, & finito ſudore, Aquâ & fotu de novo adhibitis.

VII. 66. 13. Operarius, oculo ſiniſtro ἀμβλυωπίαν

Aq. Ophthal. patiens, ex ſuffuſione, quatriduo, *Aquâ Ophthal.* debito modo uſus, ſuffuſionẽ diſcuſsit.

VIII. 3. 14. Vir quidam Illuſtris, per ſylvas equitans, alliſo ad alterum oculũ virgulto, eundem graviſsimè læſit; unde ruborem, dolorem, lachrymas, nebulas craſſas, & diminutionem viſus contraxit. Ad hæc removenda, celebres quidam Medici & Chirurgi multa, ſed fruſtra, tentarunt. Immiſsis tandem, in oculum læſum, manè & veſperi,

Aq. Ophthal. *Aqu. Ophthal. gutt. v.* & linteolis eâdem intinctis ſuper impoſitis, intra 10 dies, ſanus evaſit.

VIII. 14. 15. Dux militum, propè nonagenarius, utroque oculo acerbum dolorem, cum Ardore, Inflammatione, Rubore, craſsâ Nebu-

Aq. Ophthal. lâ & Hypochyſi, perferẽs, *Aquâ Ophthalmicâ*, ſimiliter adminiſtratâ, in extrema etiam ſenectute, ſanatus eſt.

VIII. 45. 16. Textor 33 annorum, à vehementi Dolore, cum maximo Rubore, Tumore, Lacrymis, & Viſus diminutione, intra 5 dies

Aq Ophthal. liberatus eſt, *Aq. Ophthal.* manè & veſperi oculos lavando.

VIII. 61. 17. Fœmina quadragenaria, oculi Rubore, Dolore, Telis, Lacrymis & Cæcitate diu affecta, nec quicquam adjuta aliis multis remediis, per Ophthalmicos medicos tenta-

tentatis, decem dierum ſpatio, viſum integrum recuperavit, & ab omnibus his oculi malis libera evaſit 1. Purgata R. *pilul. ſine quibus* ℈ *ij. Aurear.* ℈ *j. Trochiſc. Alhandal. gran. iij. Cum aq. Fœnic. F. pilul. 7.* quibus per horam à cœnâ devoratis, alvo plurima & varia egeſſit. 2. Poſt purgationem corporis, uſa fuit per 10 dies, *Decocto ligni Sancti*, de quo infrà in capite de Vlceribus. Poſt ſudorem, impoſuit & appoſuit oculis *Aquam noſtram Ophthalm.* Cibi erant *pauci, ſed boni*: Potus, *Decoct. ligni ſecundarium.* *Pilul.* *Decoct. ſudorifer.* *Aq. Ophthal.* *Diæta.*

18. Quidam, oculi ſiniſtri dolore & rubore, diu afflictus, nec quicquam aliis medicamentis levatus, *venâ Cephalicâ ſiniſtræ manus inciſâ, & Aq. ophthal. ter in die oculo immiſſâ,* triduo convaluit. *VIII. 62.* *Ven. Sect.* *Aq. Ophthal.*

19. Puer ſex annorum, ex Variolis, in altero oculorum, ſuffuſionem, quæ Græcis ὑπόχυμα, Arabibus Aqua, Latino-Barbaris Cataracta dicitur, contraxit; viſivâ facultate, ejus oculi, amiſsâ: qui, manè & veſperi, *Aq. Ophthal. gutt. iij.* ſupinus oculo excipiens, brevi viſum integrum recuperavit. *VIII. 63.* *Aq. Ophthal.*

20. Mulier, oculorũ Dolorem, Inflammationem, Ruborem & Tumorem perpeſſa, aliis medicinis adhibitis, nihil adjuta, per *Aquam Ophthalmicam* tepidè oculis, ter indies, inſtillatam, curata eſt. *VIII. 64.* *Aq. Ophth.*

21. Biduo, ab oculorum Inflammatione, Rubore & Lippitudine, Abbas quidam libe- *VIII. 65.*

Aq. Ophthal. liberatus est, *Aquam Ophthalmicam* prædicto modo applicando.

VIII. 66. 22. In Viduâ quadam, oculorum dolor & rubor, cum diminutione Visus, & Palpebrarum tumore, in paucis diebus, *per Aqu. Ophthal:* prædicto modo adhibitam, sedatus & sanatus est.
Aq. Ophthal.

VIII. 76. 23. Doctor quidam, ab intenso oculorum rubore, absque dolore, post alia remedia frustrà adhibita, *Aquâ Ophthalmicâ* manè, & vesperi post introitum lecti, oculos lavando, brevi liberatus est.
Aq. Ophthal.

VIII. 99. 24. Adolescens, anno ætatis 21, pupillâ oculi sinistri ex culmi punctu læsâ, visum amisit, quem citò & inopinanter recepit, per aliquot dies, manè, meridie & vesperi, *Aq. Ophthal. tres guttas calidas*, in oculum affectum imponendo.
Aq. Ophthal.

IX. 1. 25. Vir quadragenarius, oculi dolore, rubore, telâ, nubeculâ, cum instante cæcitate, simul etiam frontis dolore affectus.

Purgat. 1. Purgatus est. ℞. *Decoct. Senn.* ℥ iiij. *Diaphœn.* ʒ vj. *Diacathol.* ʒ j. *M. pro haustu*, qui benè operatus est. 2. A' dolore, mediam frontem, & sinistram oculi circumferentiam occupante, vindicatus est Emplastro sequenti.

Empl. ad dolor: calidum. ℞. *Album: ovor: & Fermenti, an. q. s. M:* & manè ac vesperi loco dolenti applicentur. 3. A' reliquis oculi affectibus liberatus est *Ol. nostr. Linelæo Chymico:* cujus iij. gutt. altero die à Purgatione, & hunc sequenti, oculo
Linelæum Ophthalmic.

affe-

affecto immissæ, ægro per horæ quadrantem supino jacente, sanitatem restituerunt.

26. Ahenarius, *66* annor. propter Nebulam crassam, in altero oculorum apparentem, scotomaticè & indiscretè omnia cernens, manè & vesperi *gutt. v. Aq. Ophthal.* adhibens, intra tres dies, subitò & miraculosè omnia vidit. *X. 41.* *Aq. Ophthal.*

Unguis.

1. Cœmentarius quidam, à calce in sinistrum oculum illapsâ, ingentem dolorem, ruborem maximum, magnam & crassam nebulam, ac Ungulam albam instar pisi, cum visus imminutione & corruptione passus est: qui tamen, post multa collyria, sine omni fructu exhibita, solâ *Aquâ Ophthalmicâ*, 13 dier. spatio, integrè restitutus est; quotidiè manè, meridie & vesperi, dictam aquam oculo instillando, & fotu applicando, ter intra quartam horæ partem. *VIII. 12.* *Aq. Ophthal.*

2. Alius quidam à Pterygio, seu Ungulâ, similiter citò liberatus fuit, per *Aq. Ophthalmicæ* dextrum usum. *VIII. 69.* *Aq. Ophthal.*

Leucoma.

Albuginem seu Leucoma, in illustri quodam Barone, sanavi quàm citissimè per *Aq. nostr. Ophthalmicam.* *VIII. 67.* *Aq. Ophthal.*

ARGE-

ARGEMA.

VIII.71. *Aq.Ophthal.* Cuidam etiam Argema, dexter usus *Aq.Opthalmicæ*, sustulit.

SVGGILLATIO.

II.1. 1. Viri Clarissimi filiolus, annũ agens 7. ex morsu catelli domestici, in altero oculo ὑπώπιον, seu ὑπόσφαγμα, quod vitium Latini Suggillationem, Barbari Maculam oculi vocant, passus est, & multorum consiliis quæsitis, ac medicamentis adhibitis, sed sinè profectu, ad me Laugingam missus, sanus factus est intra paucos dies, hoc solo *Collyrium ad calida & humida oculorum vitia.* Collyrio. R. *Aq.ros.* ℥ *iij. Stimmios rectè præparati* ℈ ß. Mixtis & maceratis per diem, manè & vesperi ante somnum oculo instillabantur ex Aqua ista clara & lucida gutt.v. aut plures: & sic indies optimè sanescebat oculus.

VIII.70. *Aq.Ophthal.* 2. *Aq.Ophthalmica*, Canonico cuidam, eundem affectum, paucis diebus, removit quàm felicissimè.

PALPEBRAE TVBERCVLVM
Hordeolum.

IV.76. Cantoris filiolus, in palpebrâ superiore oculi, tuberculum patiebatur instar ovi; quo adeò universa oculi particula superior intumuit, ut oculum aperire non *Ol.Sulph.* potuerit. Manè & vesperi, *Oleo nostro Sul-* *Empl. Diasulph.* *phur.inunctus*, pòst *Emplastro Diasulphur.desuper applicato*, tumor emollitus, maturatus, ruptus

ptus & sanatus est paucis diebus, citra ullam oculi læsionem.

PHLYCTAENAE.

Studiosus quidam, qui diu vexabatur Pustulis oculorum, quas Græci φλυκταίνας, vulgus Ignem sylvestrem appellat, sanus redditus est, usu *Aquæ Ophthalmicæ.* *VIII. 72.* *Aq. Ophthal.*

FISTULA.

Vidua quædam, Fistulam oculi perpessa est, ex qua convaluit, per lotionem & applicationem de *Aq. Ophthalmicâ.* *VIII. 68.* *Aq. Ophthal.*

AVRIVM AFFECTVS.

DOLOR, ULCUS, APOSTEMA.

1. Civis cujusdam filius adolescens, intensissimum auris perpetiebatur dolorem; qui remotus est per *Balsamum Sulphur.* modo infrà scripto, in curatione Præfecti, applicatum. *I. 85.* *Bals. Sulph.*

2. Præfectus quidã, in auris Apostema & Ulcus, è quo quotidie sanies liquidior emanabat, incidens, acerbissimos & gravissimos capitis cruciatus, punctionesque longo tempore perpessus est. Sed post multa frustrà tentata jussi, ut manè & vesperi auri affectæ, *3. aut 4. gutt. Ol. Sulph. tepidi*, priore rejecto, imponeret, & posteà, in sano latere, horas aliquot, decumberet. Hoc facto, dolor mitigatus, ulcus abstersum & curatum *I. 86.* *Ol. Sulph.*

fuit, paucis diebus, cum omnium admiratione.

IV.83. 3. Fœmina quædam, auris dolore torquebatur valdè: quæ à me sic est curata. Spir.Vit.aur. ℞. *Spir.Vit.aur.* ℥ *vj*. Hunc manè bibit, & fecit quinque sedes copiosas & varias. Sequenti die iterum accepit, ac sedes octo magnas Sternutat. habuit. Manè simul *Sternutatorio nostro* utebatur, & affectæ auri applicabat crebrò Sacculus. *Sacculum ex calente tostoq; sale factum.*

VI.7. 4. Alia Mulier, 32 annorum, τῶν ὤτων Ol.Rutac. Suffitus. περιωδυνίᾳ cruciabatur mirè. Hæc *sumebat oleum Rutaceum, in quo calcem ferratum veterem ignitum exstinguebat, atque infundibulo superimposito, fumum evaporantem aure dolente capiebat, ac eo modo à cruciatu liberabatur.*

VI.16. 5. Quidam Studiosus, de aurium dolo-Ol.Amygd. amar. re & Apostemate conquestus, *Ol.Amygdalar. amar. guttam unam aut alteram*, quotidie bis, manè & vesperi, auribus tepidè instillavit, & inde, Apostemate soluto, dolor omnis evanuit.

IV.30. 6. Quidam Machæropœus, circa ætatis annum 30, auris dextræ Ulcere affectus, cum magnâ auditus gravitate, 1. Ape-Ven.Sect. ruit *in affectæ auris manu Cephalicam*, & sequenti die *alterius cubiti Medianam venam*: unde auditus factus est facilior. 2. Ma-Sternutat. nè, per aliquot dies, *Sternutatorio nostro* est usus. 3. Post Sternutationem, auri expur-

purgatæ, *de Sulphuris Oleo quinque guttas calidas* imposuit, manè & vesperi. Sicque intra paucos dies ulcere sanato, auditum recuperavit. *Ol. Sulph.*

TINNITUS.

Virgo monialis, annos habens 34, frequenter magno utriusq; auris sonitu divexata, graviter & difficulter audiebat. Verũ, sublato aurium sonitu, audiendiq; facultate restitutâ, citò & rectè, DEI Opt. Max. ope, curata fuit per seqq. Manè ante cibum, purgato à recrementis corpore, caput quotidie lavit hoc lixivio. R. *Menth. Puleg. radic. Asari, an: M. j. Incisa, mediocriterq; contusa sacculo indantur, ac in lixivio coquantur.* Post ablutionem, capite linteis calidis abstersò, exiccato & contectò, *Sternutatorii nostri pisi quantitatem* naribus attraxit; quo sternutatio concitata, crassos ac lentos mucos, cum vaporibus ex ventriculis prioribus cerebri, excussit. Expurgato ita capite, *Sanguinem misit abundè ex manus utriusq; Cephalicâ venâ.* *II. 15.* *Lotio capit.* *Sternutat.* *Ven. Sect.*

SURDITAS.

Quidam Senator, 76 annorum, longo tempore, sensu auditus adeò spoliatus, ut nihil eorum, quæ in Senatu proponebãtur, audiret, singulis tribus diebus, manè usus *Sternutat. nostro*: dein, mundificatis priùs auribus, *Ol. Sulph. gutt. iij.* manè ac vesperi, imponens, auditũ intra dies 15 recuperavit. *VIII. 55.* *Sternutat.* *Ol. Sulph.*

VERMIS.

X. 82. Puer Nobilis ad me adductus est, cui, inter dormiendum, in aurem irrepserat Vermis; Millepeda; aliâs Scolopendra dictus, (Ein Ohrholder / Ohrenmittel) qui flebiliter rodebat aurem. Ego, inclinato capite, imposui

Ol. Sulph. in aurem *Ol. Sulphur. guttas v.* Cujus virtute impulsivâ, vermis derepentè prorepsit, & puer, plenus lætitiæ, incolumis recessit.

NASI AFFECTUS.

POLYPUS.

VIII. 81. Quidam Civis, in naso carnis excrescentiam forâs propendentem, naresque implentem & exulcerantem, (quod vitium Græcis πολύπους & ὑπερσάρκωμα appellatur)

Aq. Mercur. passus est: quam *Aquâ Mercuriali* manè & vesperi illinendo, paucis diebus sanatus est.

HAEMORRHAGIA.

I. 58. 1. Adolescens 18 annorum, studiosus, incidens in sanguinis ingentem, copiosum & continuum fluorem, intra duas horas

Epithema ex argilla. convaluit, *pulte ex Argillæ ustæ M. ij. & Aceti acris ℔ j ß. commixtis factâ, & actu frigidâ, cum duplici linteo, fronti atq; cervici crebrò admotâ.*

II. 27. 2. Quidam pellio, ætatis suæ anno 50, multis diebus continuis, è dextrâ nare, permultas libras sanguinis effudit, adeò ut ab omnibus deploratus, plurimis sc. remediis in-

incassum tentatis, non de corporis, sed de animæ verâ medicinâ & salute jam sollicitus esset. Itaque assumpto Sacramento Corporis & Sanguinis Christi, & Deo omnipotente Medico invocato, corpori desperato talis cura est adhibita. Primò, *Annularis & auricularis digitus vinculo constrictus*: Dein, fronti & cervici ac syncipiti, hoc Cataplasma crebrò frigidum applicatum fuit: R. *Argillæ ust. & contusæ M.vj. Aceti acris q.s.M. pro Catapl.* His intra paucas horas hæmorrhagiâ restrictâ, porrò per aliquot dies, manè ac vesperi, *fumum ex Succino albo accenso per nares, clauso ore, excepit*: sicque unà *frigefaciente & siccante victu* observato, & pro potu *Aquâ gelidâ chalybeatâ adhibitâ*, ad vitam reductus, multos pòst annos, integer & sanus vixit.

Ligatura.

Cataplasm. ex Argilla.

Suffitus.

Victus.

3. Cerevisiarii filia, 17 annorum, sanguinis copiosi & nitentis per nares fluxu ingenti, per integrum diem, detenta, similiter, *auriculari & annulari digitis constrictis, & fronti, temporibus atque cervici Cataplasmate ex Argillæ ust. contus. M.iij. & Aceti rosati q. s. frigido applicato*, actutùm sanata est.

III. 38.

Ligatur.

Cataplasm. ex Argill.

4. Fœmina 56 annorum, è dextra nare permultas sanguinis libras, non sine vitæ discrimine, rejiciens, quum aliis fluxus cohiberi non posset, tandem remediis seq. usa, statim sanguinem repressit. R. *Aceti rosat. fortis q.s. Argillæ ust. contus. M.ij. M. in formam pulmenti*, fronti frigidè applicandi, & quoties

V. 14.

Cataplasm. ex Argill.

Fomentum. ficcabatur renovandi. Scapulis verò & toti collo, *linteum triplicatum aceto forti intinctum*

Ligatur. imposuit. *Auricularem digitum dextræ manus*

Stercus suill. *ligavit.* Præterea *stercus suillum odorata est*, &

Ventos. supra hepatis regionem *magnam ventosam* posuit.

X. 57. 5. Agricolæ servus, annos natus 26, in periculosam narium hæmorrhagiam incidens, unâ die circiter decem lib. sanguinis

Odorament. perdidit; sed *Stercus suillum olfacienti*, statim

Epithema. remissius factum est profluvium; & *ad frontem quoq;, totum collum, scapulas, hepatisq; regionem applicatis linteis, aquâ chalybeatâ frigidissimâ*

Victus. *imbutis, fluxus desiit.* Usus præterea est *Aquâ chalybeatâ in potu*, cui etiam cibi incoquebantur.

ORIS AFFECTUS.

DENTIUM DOLOR.

I. 9. 1. Vir quidam reverendus, intensissimo dentiũ Dolore cruciatus, linteo Aquâ seq. imbuto, supra dentes dolentes crebrò ad-

Aq. ad dent. dolores. moto, statim à dolore liberatus est. ℞. *Aquæ Solatri ℥ iij. Ol. Vitriol. Roman. q. s. ad aciditatem:* hæc plurimum phlegmatis ex ore protraxit.

II. 3. 2. Illustrissima quædam Princeps, infestissimo dentis cavernosi dolore affecta, multis & variis medicamentis, in tali casu expertis & probatis, usa, nihil quicquã profecit.

fecit. Tunc è vestigio, *guttas aliquot Ol.Camphor.gossipio parvo excipio, ac dentis cavernæ applicare jubeo*: quo facto, cruciatus illicò, præter omnem expectationẽ, inhibitus & suppressus ex toto fuit, nec ampliùs rediit. *Ol.Camphor.*

3. Quidam Professor, acerbissimo perforati dentis dolore cruciat9, *Ol.ligni Heracl. tribus guttis nunc gossipio, nunc linamento carpto, exceptis, & dentis affecti foramini ter intra semihoram admotis*, derepentè à dolore liberatus est, qui postmodum nunquam rediit. *II.99. Ol.lig.Heracl.*

4. Similiter cavernosi dentis dolor, in adolescentulo 13 annos nato, ex toto evanuit, imposito cavernulæ *Oleo ligni Heracl.* *III.51. Ol.lig.Herac.*

5. In alio quoque 14 annos nato, *Oleum lign.Heracl.* intra horæ quadrantem, acerbissimum dentium dolorem sedavit. *III.52. Ol.lig.Herac.*

6. Laternarius pariter à mœstissimo dentium cruciatu, eodem *Oleo nostro ligni Heraclei* admoto, liberatus est. *III.53. Ol.lig.Herac.*

7. Virgo item 20 annorũ, dentium Dolore valdè cruciata, applicato *Ol.nostro Heraclio* statim sana evasit. *III.55. Ol.Heracl.*

8. Apparitor etiam quidam, anno ætatis 58, *prædicto Oleo* ex gravi dentium Dolore convaluit. *III.56. Ol.Heracl.*

9. Quidam balneator, dies noctesque, genuini dentis cariosi cruciatu affectus, permulta, ad eum abigendum, sed absque omni profectu, machinatus, tandem *IV.28.*

Aqu. antipodagric. *Aquâ antipodagricâ admotâ*, derepentè à dolore levatus est; sputis multis & tenuibus ore prolectis.

IV. 62. 10. Adolescens 16 annorum, dentibus infestissimè dolens, quater admoto linteolo, seq. aquâ imbuto. *Aq. ad dolor. Dent.* R. *Aq. Plantagin.* ℥ *j. Ol. Vitriol. gutt. ix. M.* convaluit, neque dolor ampliùs rediit.

V. 2. 11. Quidam in itinere cœpit graviter affligi Dolore dentium, quem admotione *Ol. lign. Her.* *Ol. lign. Heracl.* statim repressit.

V. 3. 12. Virgo quædam, per quatuor dies, graviter dentiũ Dolore, cum magno Tinnitu aurium, cruciata, multis incassum tentatis, *Spir. Vit. aur.* tandem accepit *Spirit. Vitæ aur. nostri* ℥ *ij.* quo potu, caput & universum corpus à pituitosis humoribus rectè evacuatum est; & mox omnis dolor quievit, tinnitus remisit, & quæ antea integras noctes insomnes duxit, dormire potuit: quin etiam Urina, quæ antea phlegmatica & turbida erat, naturalis facta est.

V. 24. 13. Studiosus dentis perforati & erosi Dolore detentus, aliquoties affecto denti, linteolum seq. mixturâ immersum, applicans, multo pituitoso humore per sputum rejecto, ab Odontalgia liberatus est. R. *Vini* *Ol. Vitriol.* ℥ *j. Ol. Vitriol. Roman. gutt. xv.*

VI. 59. 14. Studiosus, dentis à putredine acri erosi Dolore cruciatus, linteis hac mixturâ, *Ol. Vitriol.* R. *Vini* ℥ ß. *Ol. Vitriol. Roman. gutt. viij. M.* imbutis,

tis, & denti affecto applicatis, multum ichoris pituitosi excrevit; dolore sensim cessante.

15. Quidam Cœnobii Præpositus, annos natus 46, intolerabili, & qui nullis medicamentis mitigari poterat, dentium Dolore afflictus, sequentibus curatus est. *VII. 35.*
R. *Origan. Betonic. Salv. an. M.ß. Sem. Nigell.* ℥ *ij.* *Gargarism.*
Cortic. Granat. ℥ *j. Rosar. immatur. in nodis existentium M.ß. Pyretr.* ʒ *ij. Staph. agriæ* ʒ *j. Decoqu. in Vini rubelli* ℔ *ij. & aceti rosar.* ℔ *j. ad* ℥ *vj. consumptionem.* Decoctione hac colluit os, & simul in ore portiunculam hujus Gargarismi continet tantisper, dum tantum humoris noxii, è laborantibus partibus, ejus efficaciâ, eliciatur, quantum musculos maxillam diducentes exspuere oporteat. Repetit id semel atque iterum, donec tandem atrox dolor leniretur. Verùm ad oris & faucium acrimoniam, tùm ex Gargarismate, tùm ex humorū acredine contractam, leniendam, suasi, ut lacte caprino tepente os elueret. Triduo abhinc, recrudescente dentium dolore, prætermissis pharmacopolii pharmacis, *Oleum Heraclium linteolis* (gossipium accōmodatius est) *exceptum*, dolentibus excavatis dentibus applicatum est, & maxillæ *Ol. Heracl.*
impositus *Sacculus ex Salis com. M. ij. in sartagine torrefactis.* Horum continuato usu, dolor omnis mitigatus est. *Sacculus anodynus.*

16. Janitor, vehementem & assiduum *VIII. 8.*

dolorem, in dentis extracti cavernâ, perferens, imposuit loco affecto *Oleum Heracleinum:* quo statim & subitò remotus est dolor; magnâ cum patientis admiratione, & gratiarum actione. *Ol.Heracl.*

VIII. 18. 17. Nobilissima Virgo, affligebatur sævissimo dentium cruciatu; qui cùm nullis cederet remediis, nec balneis sudatoriis, tandem feci *Sacculum ex Tartari pulverisat. M.j.* quem calidè dolenti loco applicavit, & statim omnis dolor solutus & sublatus fuit. *Sacculus.*

X. 16. 18. Mulier quædam torquebatur infestissimo dolore dentium erosorum, cavernosorum & vermiculosorum: quæ *Oleum ligni nostri* supra dentem dolentem applicavit sæpiùs. Inde multâ pituitâ extractâ, & vermiculis enecatis, statim cum omnium admiratione, diuturnus & flebilis dolor ex toto evanuit, nec unquam rediit. *Ol.lig.nostri.*

ORIS ULCERA, INTERNA ET EXTERNA.

L.95. 1. Puer, natus annos 13, passus est Ulcera sordida, putrida, maligna & profunda, sinistram buccam totam & mentum, per septem annos, occupantia; quæ, permultis & variis tentatis remediis, nunquam ad sanitatem reducere Chirurgi potuerunt. Rogatus à matre, talia subministro.

R. *Plan-*

R. *Plantagin. fol. quercin. an. M. j. Coqu. in s. q. aquæ ad dimidias.* Per hoc decoctum, manè & vesperi adhibitum, absterſis, exiccatis & purgatis ulceribus, poſtea *Emplaſtr. Diaſulph.* bis quotidie applicabatur: quo caro procreata, & ad conſolidationem, perfectamq; ſanitatem, inveterata & deplorata ulcera brevi tempore perducta ſunt. *Decoct. abstergens, purgans & exiccans.* *Emplaſtr. Diaſulph.*

2. Quidam Senator, contaminatus multis ulcuſculis malis, albis, putribus, ſordidis, infeſtantibus & nonnihil depaſcentibus os, labra, linguam, palatum & fauces, ut ægerrimè deglutiret & reſpiraret; laboravit ſimul Icteritiâ & Anorexiâ, cum urinâ ſpumosâ, rubente, turbidâ. Perſæpè uſus eſt hoc Gargariſmate. R. *Aqu. ſtillat. Plantag.* ℔ j ß. *Mell. roſ. Syrup. de Liquir. an.* ℥ j ß. *F. Gargariſmus.* Hoc expurgabantur ulcuſcula, & indies ad ſanitatem tendebant. Ubi à Gargariſmi uſu faciliùs deglutire potuit, catharticum propinatum. R. *Decoct. Sennæ* ℥ j ß. *Syrup. de Rhabarb. ſolut* ℥ iij ß. *Miſc. pro hauſtu*: quo exturbata fuit Icteritia cum comitibus. Poſt corporis expurgationem, è venâ Medianâ copioſus ſanguis detractus ei eſt. Pro potu bibit *Lac amygdal. dulc. ſaccharatum, Aquam mulſam*: Cibis uſus eſt *liquidis, ut juſculis, ovis recentibus, &c.* Atque his, intra paucos dies, ſanitati integræ ſigillum datum eſt. *III. 75.* *Gargariſm.* *Purgatio.* *Ven. Sect.* *Diæta.*

3. Bu-

III. 93. 3. Bubulci uxor, puerpera, Ulcus in palato habuit magnum, cavum & altum, per quod etiam juscula ad nares aliquando refluebant. Sed brevi tempore, malignum hoc ulcus, à me persanatum est, seqq. paratu

Sudorifer. facilibus. R. *Fumar. M. v. Decoqu. in s. q. aquæ ad dimidias.* Hujus decocti ℥ vij. manè bibit calidè, & in lecto multùm sudavit, idque reiteravit quotidie, quoad sana evasit. Deinde gargarisavit singulis diebus manè, ante & post cibum, Decocto hoc calente.

Gargarisma. R. *Aquæ font.* ℔ *iiij. Aquæ mulsæ* ℔ *j. Plantag. M. j. Coq. ad consumpt.* ℥ *iiij.* Post gargarismum, ulcus totum cum labris, *Oleo ligni Heraclii* tactum, aut etiam lotum fuit. Potui datū est *Decoctum hordei saccharatum.*

V. 25. 4. Puella 2 annorum, infestabatur Oris Aphthis, labiorum, linguæ, fauciumque ex-

Decoct. Veronicæ. ulceratione. R. *Veronic. M. ij. Mellis q. s. Decoqu. in s. q. aquæ ad tertiam.* Hoc decocto calidè gargarisabat, affectas partes lavabat, ac pro potu bibebat idem. Unde citò & optimè curabatur.

LINGUAE INFLAMMATIO.

VII. 38. 1. Mulier quadragenaria, cujusdam Præfecti pagi uxor, passa est linguæ vehementissimum æstum, linguâ interim udâ & humidâ existente, sine omni siccitate, quæ aliâs linguarum febrilium ardores comita-

Aq. Terræ S. ri solet. 1. R. *Aqu. Terræ Sanct.* ℔ *iij. Mellis Viol.*

Viol.℥ ij.*M.ac simul ebulliant.* Hujus apophlegmatismi portionem calidam, singulis horę quadrãtibus, in ore retinuit: dein, post ejus expuitionem, semper linguam dolore ardentem illevit sequent. Syrupo. ℞. *Syrup. Acetosi simplic.*℥ iij. *Oxymel.squil.*ʒ ij. *Aceti squil.* ʒ iij. *M.* Hoc non modò linguæ ardorem restinxit, sed etiam acris salsique humoris multum è faucibus elicuit. 3. Altero die, linguæ ardentis dolore utcunque sedato, usa est *Laconico*, cui ægra ab infantiâ assueta erat, *ex Decoct.Chamom.Origan.Puleg.Arthemis. gran.Iunip. & Stramin.Avenæ, &c.* Post balneũ iteravit lotionem linguæ ex Apophlegmatismo, non omittens Serapium. 4. Tertio die, toto corpore vitiosis succis scatente, & linguæ ardore jam sedato, sumpsit Catharticum: ℞. *Syrup.ros.solut.*℥ iij. *Decoct.Sennæ* ℥ j. *M.* Hinc protinus cœpit meliùs habere. 5. προφυλάξεως gratiâ, bibit Vinum hoc Catharticum suave: ℞. *pulver.Sennæ laxat.*℥ ß. *Rhapont.contusi* ʒ ij. *Rhabarb.el.contus.*ʒ j. *Macerentur in Vini nobilis* ℔ iij. *pro aliquot vicibus exhauriendis.* Indè pia hæc Matrona, DEI benignitate, perfectè curata est.

Serapium. *Laconicum.* *Purgatio.* *Infusum purgans.*

BATRACHUS.

1. Textoris filiolus, 3 annos natus, habebat sub lingua tumorem & carnis excrescentiam, (vulgus Ranã vocat) quæ indies increscebat, ita ut loqui, ob ejus molem & im- *IV.49.*

impedimentum, non posset. Caro ista eminens, singulis diebus, manè, meridie & vesperi, *Oleo ligni Heraclii* lota, rursum indies decrevit, & mox sublata est.

Ol.lig.Herac.

VII. 8. 2. Quinquagenarius quidam, Dolore capitis & maxillarum, atque batracho sub lingua cubante afflictus; 1. Purgatus est. ℞. *Conf. Bened.* ℈ ij. *Aq. font.* ℥ ij. *Dissolvendo Conservam, fiat haustus, colandus & ebibendus*: qui benè operatus est. 2. Sequentibus diebus sudavit in lecto benè contectus, ex infrà scriptæ decoctionis ℥ vj. calidè assumptis: ℞. *Ligni Guajac. minutim concisi* ℥ iiij. *Card. benedict.* M. j. *Decoquant. in Vini mens. ij. ad tertiæ consumptionem.* 3. *Incisa est Ranula linguæ, quasi vinculo alligata*, ex qua prosiliit phlegma lentum, viscidum, subalbens. 4. Manè, finito sudore, & vesperi, ulcus abluit hac aquâ: ℞. *Aq. Plantag.* ℥ iiij. *Ol. Heracl.* ʒ j. M. Ex his κατὰ λόγον decretis, convaluit perfectè.

Conf. Bened. Decoct. sudorifer. Incisio. Collutio oris.

VIII. 37. 3. Sartor & Senator quidam, simili tumore, sub linguâ affligebatur, quem *incidi Scalpello curavi*, ex quo multa effluxit sanies, alba & tenax. Posteà *Oleo Heracl.* ulcus mundavi, quod intra septem dies consolidatum est.

Incisio. Ol. Heracl.

LINGUAE ULCERA.

III. 77. 1. Monialis Subpriorina, 66 annorum, linguam habēs ex latere ulceratam & nonnihil depastam, intra paucos dies sanata est,

Oleo

Oleo lign. Heraclii tantùm ulcera tangendo & mundificando, quotidie manè, post cibum, & ante introitum lecti. *Ol. Heracl.*

2. Ahenarius quidã, linguã habuit undiq; exulceratã, exesam ac depastã, ulcerib. malignis, sinuosis, gangrænosis, sphacelosis, sordidis & fœtidissimis, & adeò tumefactã, ut neq; loqui, neq; cibum aut potum assumere posset. Continuò purulenta, fœtida & tenacia expuit: & simul assiduo gravissimoq; Capitis dolore, Icteritiâ, Anorexiâ, Dyspnœâ laboravit. Usus est seqq. 1. R. *Decocti Sennæ ℥ j. Syrup. è Senna ℥ iij. M. pro haustu panchymagogo*; quẽ manè sumpsit, & sequenti die iterum, ac multùm recteque evacuatus est. 2. Purgato sic corpore, *utramq; Cephalicam*, cum magno fructu, *secuit.* 3. Quotidie manè, post sudorem, meridie & vesperi ante cibum, os & linguam colluit *Aquâ Plantagin. calidâ Chymicè præparatâ.* Hæc aqua, sordida ulcera citra morsum optimè purgavit, & carne bonâ, mortuâ undique separatâ, implevit, agglutinationemque indies procuravit. 4. R. *Lign. Guajaci ras. minutiss. ℔ j. Card. benedict. M. iij. Macerentur simul in Aquæ ℔ xij. per noctem: manè decoq. lento igne ad dimidias.* Ex decocto hoc, post *Phlebotomiã*, bibit quotidie ℥ vij. calid. manè in lecto, & benè coopertus sudavit multùm per 14 dies. 5. Contra Capitis dolorem, manè post sudationẽ, caput tonsum inunxit hoc

IV. 52. — *Purgat.* — *Ven. Sect.* — *Aq. Plantag. ad Gargaris.* — *Sudorifer.* — *Ven. Sect.*

Un-

Vng. anodyn. Unguento. R. *Unguent. de Alabastr.* ℥ ß. *Opii*
Epithema. ℈ ß. *M.* 6. Post unctionem, R. *Lactis capr. recent.* ℔ *j. Croci* ℈ *j. Bulliant simul:* & huic decocto Cucupha vel lintea complicata immergantur: dein leniter expressa, capiti dolenti, manè, meridie & vesperi applicentur. His dolor omnis citò sopitus est. 7. Cessante dolore, Caput post sudationem *Lixi-*
Lixivium capitis. *vio lavabatur, in quo coquebantur Majoran. Hyssop.*
Diæta. *& radic. Asari.* Cibus erant *juscula*: Potus, *decoct. hordei saccharatum, vel lac amygdal. dulc. vel Hydromel.* Ut autem faciliùs insumeret cibos & potiones, *in ulcerum cavitates, maximè quæ in medio linguæ erat, imposita fuit turunda vel bapsus, Aquâ Plantaginis Chymicâ madefacta & expressa.* Atque his, perbrevi tempore, cum felicissimo successu, cura absoluta fuit, & ipse, ex omnibus illis morbis optimè L. D. liberatus est.

LINGUAE VERRUCAE.

X. 35. Puer octennis, in linguâ, maximè ad ejus radicem, verrucas multas & altas cōtraxerat, ob quas cibos ægriùs assumpsit; reliquis interim corporis sui partibus benè valens. His verrucis manè & vesperi admo-
Ol. Heracl. tum est *Oleum Heracl.* quo solo indies diminutæ, ac brevi omnino extirpatæ, nec unquam posteà reversæ sunt.

LINGUAE PARALYSIS.

IV. 55. 1. Quædam annorum 68, linguæ Paralysi

lysi laborans, *infundebat per noctem, flores Lavendulæ, in Vino adusto, vel sublimato*: cujus Infusi ℥ j. manè & ante introitum lecti, assumebat per aliquot dies, ac statim rectè loqui indies cœpit. *Infusum.*

2. Rusticus septuagenarius, ex plagis à fratre ebrio acceptis, incidit in linguæ Paralysin, & Dolorem dextri lateris, verbera excipientis: mentis erat compos, sed loquelâ destitutus. Huic 1. *Sternutator. mei cum moscho pisi magnitudinem*, per calamum in nares ter insflo: inde crebriores excitantur sternutationes. 2. Linguam solutam illino sæpissimè *Oleo lign. Heracl.* & subinde ejusdem cochlear. ß. sensim deglutiendum porrigo. Postquam ter Oleum nostrum exsorberet, sermo ei restituitur, & animi sensa articulatè indicare potest. 3. Latus dextrum, ex verberum contusione dolens demulceo, linteolis butyro perlitis, & desuper cymino contuso aspersis. 4. Ad evacuandas impuritates residuas, & sanguinis concretionem, quæ omnem contusionem insequi solet, exterminandam, præscribo hanc potionem. R. *Extr. Esulæ* ʒ j. *seri lactis* ℥ vj. *M. Factâ unicâ ebullitione fiat haustus colandus*: quo corpus probè perpurgatum est. 5. Sequenti die, antequam consueta obeat munia, à meridie descendat in *Balneū aquæ dulc. chalybeatæ.* 6. Post egressum è balneo, *caput lavet lixivio, quod ex Majorana,*

V II. 36. *Sternutator.* *Ol. Heracl.* *Fotus.* *Extr Esulæ.* *Balneum.* *Lixivium.*

Puleg.&c.conſtet. His factis, deſperatus hic æger, præter aliorum ſpem, integritati corporis reſtituitur, L.D.

VII. 53. 3. Archigrammateus quinquagenarius, Linguæ Paralyſi, Inquietudine totius corporis, atque vigiliis affectus. 1. Singulis horis ſequentis aquæ cochl.j. lentè ſorbſit: *Mixtura antiparalyt.* R. *Aquæ font.* ℥ *vj. Ol. Vitrioli q.ſ. aciditatem conciliandam.* 2. Quia articulatè loqui cunctabatur, ad mali mineram exhauriendam, ca- *Extr. Coloc.* tharticam hanc potionem ſumpſit. R. *Extr. Colocynth. nucis auellanæ magnitud. Seri lactis* ℥ *ij.* Miſta ſimul calidè ebibit, inſecutâ copioſâ per alvum evacuatione, permanente nihilominus linguæ impedimento & ἀφωνίᾳ. 3. Quare altero, à prima purgatione, die, corporis cacochymici & pituitoſi evacua- *Spir. Vit. aur.* tio repetita eſt. R. *Spir. Vitæ aur.* ℥ *j. Syrup. de Liquir.* ℥ *j. M.* Hoc miram aquoſæ & ſeroſæ ſuperfluitatis copiam eduxit, & ἀφωνίᾳ depulsâ, ſermonem in integrum reſtituit. 4. Ante tamen purgationem, ut & in ipſa operatione, lingua paralytica guttatim per- *Ol. Heracl.* uncta eſt *Oleo noſtro Heraclii,* cum felici ſanitatis ſucceſſu. 5. His ita proſperè trans- *Laconicum.* actis, *ſudor largus Laconico elicitus,* atque eo finito, veſperi caput lotum eſt ſequent. lixi- *Lotio capit.* vio. R. *Aquæ font. Lixivii boni an.* ℔ *ij. capit. Papaver. albi Numer. vj. Coquant. ſimul ad* ℥ *vj. conſumptionem.* Hoc ægro ſomnum placidum conciliavit. Denique, quum reliquis ſym-

ſymptomatibus abolitis, dolor Capitis afficeret, è *Cephalicâ venâ ſectâ modicè ſanguis eductus*, & patiens priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. L. D. *Ven.Sect.*

4. In cujusdam uxore, annorum 51, linguæ Paralyſin paſsâ, primò jubebam aperiri *utramq; Cephalicam*, corpore plethorico ſuadente: Deinde ſingulis horis extremitatem & radicem linguæ irrigari *Oleo noſtro Heracl.ligni.* Quibus ſolis ei vox reſtituta eſt, Dei nutu. *VII. 88.* *Ven. Sect.* *Ol.Heracl.*

5. Cujusdam Præfecti Monaſterii uxor, linguæ Paralyſi ſubitò correpta fuit, & me præſente obmutuit, ac quæ loqui volebat, cretâ annotavit: inter annotata Capitis dolor, quem patiebatur, erat: Mens ei alioquin ſana fuit & integra: Urina turbida & ſubaquea. Huic ſtatim ab initio *Sternutatorium meum inſpiravi.* Dein ſingulis horis, *totam linguam, Oleo Heracleino ter lavari* juſsi: cujus uſu multa ſputa ejecit. 2. Supra capitis verticem appoſui *Fermentum Carabe pulveriſ. conſperſum.* 3. R. *Aq.Cinamom.* ℥ v. *Ol.Vitrioli q. ſ. ut reddatur acidula, M.* Ex hac aqua cochlear.j. vel ℥ ß. lentè deglutiendam ſæpius dedi. His omnibus ritè adminiſtratis, in unius diei ſpatio, loqui cœpit, & quidem articulatè, ac è lecto ſurgens ambulavit, ſeque ſanam factam affirmavit. *VIII. 77.* *Sternutat.* *Ol.Heracl.* *Cataplaſm.* *Aq.Cinam.*

6. Quidam 66 annorum, à Linguæ & *IX. 71.*

Purgatio. Brachii Paralysi, mox curatus sic fuit. R. *Syr. rosar. solut. Mont. Aquæ Lavend. an.* ℥ *iij. M. pro haustu:* quo benè recteq; fuit evacuatus. R. *Vini* ℥ *iiij. Ol. Vitriol. rectif. gutt. tot, quot sufficiunt ad Vinum acidum reddendum.* Hoc sæpiùs tota lingua tincta fuit, donec loqui cœpit. Cibi fuerunt *pauci & siccantes.* Potus, *Aqua in qua Saccharum Lavendulæ dissolvebatur.*

Mixtura.

Diæta.

APHONIA.

IX. 76. Virgo annorum 20. muta facta & anhelosa, singulis horis *Oleo Heracl.* totam linguã perfricavit, & ex eo aliquot guttas deglutivit. Facto hoc, in decem horarum spatio, rectè ac distinctè loqui cœpit; omnibus admirantibus & stupentibus. Porrò, ad Asthma propellendum, purgata fuit: R. *Decoct. pectoral.* ℥ *j. Syrup. Viol. solut.* ℥ *ij. M. pro haustulo:* quem altero die repetivit. Tertio pòst die bibit: R. *Decocti aperit. maj. cum Rhabarb.* ℥ *ij. Syr. Viol. sol.* ℥ ß. *Elect. de succ. Ros. Confect. Hamech an.* ʒ *ij.* Hic haustus ore & alvo multa tenacia variaque projecit, & sic in meliùs valetudine mutatâ, tandem convaluit.

Ol. Heracl.

Purgantia. 1.

2.

TONSILLARUM ET UVULAE CASUS, INFLAMMATIO, &c.

I. 1. 1. Quidam Legum Professor, anno ætatis suæ circiter 23, ab humoribus à capite defluentibus, passus est Amygdalarum inflam-

flammationem Uvulæque casum: ob id mali genus vix deglutiebat, & difficulter respirabat. *Accepi Succini albiß.* ℨ *j.quam in pulverem craßiorem redactam,carbonibus imposui,& ipse æger fumum per infundibulum ore excepit, manè,meridie ac vesperi,cum multo profectu.* Præterea ℞.*Fermenti veteris* ℥ *j.* quod Emplastri modo linteolo induxi, aspersoque Succini albi pulvere, vertici superposui ad dimidiæ manus latitudinem,& per diem reliqui:nocte verò sequente recens applicavi. Atque hisce paucis, faucium tumor recessit,Uvulæ casus sublatus fuit,ac æger facilè deglutivit,respiravitque. *Suffimentũ.* *Cataplasm.*

2. Matrona annorum 37. Tonsillarum tumorem, Columellæ laxitatem ac Inflammationem passa est, cum Difficili respiratione, Deglutiendi impedimento, Voce raucâ & Genarum rubore, &c. Ipsi solùm Gargarisma sequens,cōtra hæc mala,opem & auxilium tulit, nec aliis medicamentis opus habuit. ℞.*Flor.Prunell.Salv.an.M.j.gran. Myrtill.* ℥ *j* ß.*Decoq.in Vini rubri & Aquæ,an.* ℔ *ij. ad medium: Horum juri colato admisc.Diamor.* ℥ *j* ß. *fiatq́; Gargarisma,* quo sæpius in die tepidè utatur. *I. 60.* *Gargarism.*

3. Fœminæ 22 annos natæ, Tonsillæ vehementer tumebant,Columella inflammata & valdè laxata erat,ut vix deglutire & respirare posset, mala ac dolor somnum adimerent,& præfocationis metum inten- *II. 97.*

Aqua Anthygra. derent. R. *Aqu.font.* ℥ *ij. Ol.Vitriol.Roman.tot guttas, quot sufficiunt ad multùm acidam reddendam aquam.* Huic intinctam pennam, ad fauces tumentes immittebat aliquoties in singulas horas: & permulta phlegmata, ejus usu, continuò ore emittebat & ex-
Suffitus. puebat. Post aquæ immissionem, *fumum ex succino albo, carbonibus imposito,* per infundibulum ore excipiebat. Et ecce, cum multorum stupore, intra diei spatium sanitatem, Deo sic volente, obtinuit: nam mox sine molestiâ deglutivit, facilè respiravit, benè dormivit, tumor & inflammatio sublata fuit protinus.

IV. 58. 4. Nobilis & Clarissimus Mathematicus, Cyprianus à Leovvitz, &c. circiter ætatis suæ annum 40, passus est Isthmi, seu Uvæ inflammationem & casum: nam Uvula & Tonsillæ, ob defluxiones à Capite, rubebant ac tumidæ erant, & ob hæc ægrè ipse deglutiebat. Huic subito sub-
Gargarism. ventum, solo Gargarismate. R. *Plantag. cum radice M. j* ß. *Prunell. M.* ß. *radic. Lappæ maj.* ℥ *j. Vini rubri, & Aquæ an.* ℔. *iij. Decoquant. ad dimidias pro Gargarismate.* Cujus usu Tonsillæ & Uva exiccata & relevata, ac deglutiendi facultas in integrum restituta est.

IX. 79. 5. Idem anno ætatis 47, in Isthmi inflammationem & tantum tumorem incidit, ut ægerrimè deglutiret: Verùm *ex ejusdem Gargarismatis solo usu,* denuò convaluit.

6. Stu-

6. Studiosus, 20 annorum, patiebatur. Columellæ & Tonsillarum inflammationem, exulcerationem, Faucium tumorem, ægrè transglutiebat & respirabat, atque Raucus erat. Hæc omnia mala discussi ac removi, hoc solo Gargarismate. R. *Aquæ Plantag.* ℔ *j. Mellis ros.* ℥ *ij. M. pro Gargarism.* quo calidè fuit usus manè, meridie ac vesperi. *VIII. 19.* *Gargarism.*

CATARRHUS.

1. Ecclesiastes quidam, circa ætatis annum 47, Catarrho, Tussi, Febri & Lipothymiâ tentatus: Primò purgatus est. R. *Extract. Esulæ* ℈ *ij. Aqua font.* ℥ *vj. Diluantur, colentur, & exprimantur:* quum hanc potionem frigidè exhausisset, multa pituitosa biliosaque egessit, & mox meliùs habere cœpit. Secundò, Expurgato rectè corpore, sudavit in lecto per quinque dies, sequenti decocti ℥ viij, calidè bibens. R. *flor. Centaur. min. M. ij. Aqua font. Vini an.* ℔ *ij* ß. *Coq. ad dimidias & colentur.* Hæc sudatio adeò profuit, ut ex toto sanum se esse confessus fuerit. Potus in mensâ fuit, decoctum Hordei seq. R. *Hord. mund.* ℥ *iij. Hyssop. M. ij. Rosar. Viol. an. P. j. Liquirit.* ʒ *iij. Ficuum Numero vj. Passul.* ℥ *iij. Sacchar. candi* ℥ *j. Decoquant. in s. q. aquæ, ad tertias.* His paucis sanatus est. *II. 46.* *Extr. Esulæ.* *Sudorifer.* *Victus.*

VI. 36. Sternutator. 2. Professor quidam, Defluxione ad pectus & Dispnœâ laborans, de *Sternutatorio* pauxillum manè naribus attraxit. Sternutationis frequentiâ nequaquam, ut multi perperam opinantur, Catarrhus auctus est, sed defluxio illa παρὰ φύσιν, quæ propter nares obstructas, excretionis aliam viam quæsiverat, discussâ narium & ossis ethmoidis obstructione, meatibusque apertis, per vias consuetas (nares videlicet ad expurganda cerebri excrementa homini datas) derivata est, & difficultas spirandi remota.

VII. 75. 3. Virgo sacrata, in decrepitâ ætate, Capitis dolore, Catarrho, indeque ortâ Tussi diuturnâ, cum laterum crebris punctionibus affecta. 1. purgata est. Orbiculi purgant. R. *Sennæ à stipit. mund.* ℥ *j. Cortic. Ellebori nigri* ℈ *j. Card. benedict.* ℈ ß. *Sacchar. in aq. Cinamom. soluti* ℥ *vj. M. fiant Orbiculi pondere* ʒ *j.* Horum unum manè & vesperi à cœna sumpsit, cum efficaci operatione, citra omnem noxam & molestiam. 2. Ad caput roborandum, & Destillationem ad loca convenientia derivandam, Sternutat. usa est *Sternutatorio meo* ad pisi quantitatem. 3. Post prandium & cœnam, ex sequent. Tabellis unam sumpsit. Confect. in tabulis. R. *Spec. Diamarg. calid.* ʒ *j* ß. *Diaireos simpl.* ℈ *ij. Cranii homin. recent.* ʒ ß. *gran. Pœon.* ʒ *j. Sacchar. optimi in aqu. flor. Tiliæ dissoluti q. s. F. Tabellæ s. a.* 4. Ad laterum dolores & punctiones. R. *Unguent.*

R. *Unguent. Dialth.* ℥ *ij. Ol. Amygdal. dulc.* ℥ *iij. M.* *Vnguent.*
Illinantur calidè affecta latera, & post inunctionem imponatur linteum calidum butyro perlitum. Potus in mensa fuit ei *Vinum*, cui momentum *Anisi*, *Fœniculi* & *Ficus* admiscebatur. Et hæc sunt, quę Virginem hanc sanam reddiderunt, L. D. *Victus.*





LIBER SECVNDVS, DE *THORACIS AFFECTIBVS.*

ANGINA.

1.

II. 9. Quidam Eccleſ.Paſtor, Anginâ τῇ συνάγχῃ, (Barbari Squinantiam nominant) laborabat; ad guttur dolebat, ægrè reſpirabat, cibum & potum difficulter deglutiebat, &

Gargariſma. febricitabat. ℞. *Aquar. Plantag. Roſar. aquæ vel decocti rad. Althææ, an.* ℔ j ß. *Mell. roſ.* ℥ j ß. *Alumin. uſti* ℥ j. *Tartari* ʒ ij. *Sacch.* ℥ ß. *M. & Coquant. aliquantiſper, colenturq́ʒ.* Hoc Gargariſmate ſingulis horis ſæpius uſus eſt, & Dei nutu, ab Orci faucibus, ejus beneficio, liberatus fuit.

II. 62. 2. Fœmina, 28 annos nata, Anginâ laborans, difficulter ſpirabat, cibum & potũ vix deglutire poterat, dolebat circa guttur, & angebatur circa fauces. Hæc citò & optimè, Deo adjuvante, ad hunc modum cu-

Aq. Bened. rata eſt. ℞. *Aq. Bened. Aq. mulſæ an.* ℥ j. His cōmixtis epotis, mota eſt Vomitio, quâ apoſtema diſruptum, & fauces apertæ ſunt. Circa collum, ſtatim ab initio curationis, *Empla-*

Emplastrum ex melle & fermento paratum, applicatum fuit, manè & vesperi. Fauces verò exulceratæ, abstersæ & consolidatæ fuerũt *Aquâ mulsâ, in qua ignitus chalybs aliquoties extinctus erat*: hâc enim sæpè, maximè ante & post cibum, ipsa gargarisabat. Diætæ ratio erat *tenuis & humida*. Potus *Aqua mulsa*. *Emplastr.* *Gargarisma.* *Diæta.*

3. Uxor mea charissima Anna, annum agens 46, Anginâ correpta est, inflammatis Tonsillis ac Uvula ægerrimè deglutivit, difficulter respiravit, & ferè strangulata est. Sed auxilium præsens & valentissimum statim sensit, *ex solo Oleo lign. Heraclii*, de quo dabam cochl. ß. vel ʒ iij. ad fauces & partes affectas crebrò colluendas: quo mox sputum multum promotum, fauces apertæ, Tumor & Inflammatio tonsillarũ ac Uvulæ sublata est, Ipsaque intra diei spatium evasit libera, facilè traxit spiritum, & deglutivit. *III. 90.* *Ol. Heracl.*

4. Nobilis Studiosus, Anginâ correptus, ægrè deglutivit cibum & potum, spiritumq; difficulter traxit. ℞. *Aq. font.* ℥ v. *Olei Vitriol. rectif. q. s. ut acida fiat*. Hâc aquâ manè, meridie ac vesperi, Anginæ admotâ, disrupta est Inflammatio statim, purulentaque materia per os effluxit; inde ulcus consolidatum, atque æger, trium dierum spatio, ab isto sævo morbo liberatus est. Cibi erant *jusculu*. Potus, *Lac amygdal. dulc. ex colaturâ furfurum factum*. *IV. 34.* *Aqua rumpens & consolidans.* *Diæta.*

IV. 41. 5. Civis quidam annorum 50, Anginâ adeò oppressus fuit, ut in decem diebus, nec cibum nec potum deglutire potuerit. *Aq. Terræ S.* ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥ v. Hanc calidè bibit in lecto, & sudavit multùm, multumque adjutus est. Sequenti die iterum eandem sumpsit *Diæta.* potionem, unde facilè deglutire cœpit. Cibi erant *juscula*, Potus *decoct. hordei Saccharatum.* Atque sic intra paucos dies, liber & sanus evasit.

IV. 54. 6. Suppriorina monialis, circa ætatis annum 65, Anginâ correpta, neque cibum neque potum deglutire, & os, non nisi difficulter aperire potuit: ægrè spiritum traxit: in ore, linguâ & palato dolorem magnum passa est, cum ingenti tumore, calore & rubore, tàm in collo externè, quàm in *Gargarism.* faucibus internè apparente. ℞. *Hord. M. j. Rosar. P. j. Passul. Iujub. an.* ℥ ij. *Liquirit. ras.* ℥ j. *Bulliant omnia in s. q. aquæ, simul addendo Mellis ros. & Iulebi rosac. an.* ℥ ij. *fiat Gargarisma*: quod sæpè calidum in ore tenuit, eoque gargarisavit; unde multa ejiciens, adjuta fuit. Manè, meridie & vesperi, collo & tumori apparenti, *Cataplasm.* Cataplasma impositum: ℞. *Mucilag. Fœnugr.* ℥ *xx. Cerussæ* ℥ *iiij. Camphor. tritæ* ℥ *j. M.* Hoc, calor, rubor & tumor indies imminutus est, & brevi tempore ipsa, præter omnium *Diæta.* spem, salva evasit. Cibus & potus ei fuit, *Lac caprinum*, in quo recentis ovi vitellus decoctus fuerat.

7. Vir

7. Vir 36. annorum, periculosâ & suffocante Anginâ laboravit. R. *Fl. Chamom. M. iij. Aceti, Olei an. p. æq. Decoq. pro Cataplasmate*: hoc calidè applicato extrinsecus ad affectum locum, intra horæ spatium, apostema disruptum est, ac æger, multis saniosis & cruentis per os rejectis, mox revaluit. *IV. 56.* *Cataplasm.*

8. Quidam 26 annos natus, Anginâ, colli fauciumq; tumore, cum Deglutiendi difficultate & Asthmate afflictus, quotidie in lecto manè sudavit, *ex Decocti Card. benedicti* ℥ *vj.* calidè sumptis. Dein, completâ sudatione, gargarisavit quotidie *Lacte calente, cui mel incoctum erat.* Collo verò applicatum manè post sudationem, & vesperi, *Stercus caninum melle decoctum.* Cibis usus est *liquidis, ut jusculis.* Potu, *Aquâ mulsâ.* Hisce sic administratis, in paucis diebus, à suffocantibus istis malis, optimè liberatus est. *V. 62.* *Sudorif.* *Gargarism.* *Emplastr.* *Diæta.*

9. Virgo tenuis fortunæ, annos 19 nata, Anginâ, seu faucium tumore, dolore & ulcere laborabat; non deglutire, neque loqui, aut liberè respirare, os've aperire poterat, ita ut brevi vitam cum morte cõmutatura, astantibus videretur. Huic primò sudor elicitus est, cum recentibus lateribus calidissimis linteo involutis, & vertici capitis collique lateribus applicatis. Hoc modo ægra, benè cooperta, aliquot horis sudavit, idque tribus diebus continuis. 2. Post sudorem absterfum, Emplastrum tumori appli- *VI. 81.* *Sudatio.* *Emplastr.*

applicatúm tale, R. *Stercor. capr. M. iij. Aceti q. s. Mellis parum. M. fiat Emplastr. tepidè imponendum.*

Gargarisma. 3. Ad malũ radicitùs evellendum. R. *Diamor.* ℥ *j* ß. *Aceti* ℔ *j. Bulliendo misceantur in Gargarism.* Hujus usu, apostema internum ruptum, & multa purulenta materia ejecta est.

Aliud consolidans. 4. Ad ulceris consolidationem R. *Plantag. herbæ cum radic. fol. quercus an. M. j. Decoq. in* ℔ *iij. in medio decoctionis, adde Diamoron.* ℥ *j.* Hoc decocto, gargarisando, os sæpè eluit calidè, & ulcere coalescente, brevi convaluit.

VI. 82. 10. Minister Ecclesiæ, annos 34 natus, detinebatur Anginâ, cum salutis periculo: *Ven. Sect.* Cui primò ex *sinistrâ Cephalicâ* apertâ, sanguinis per intervalla, ℥ vj. emissæ sunt. Secundò *Gargarisma.* R. *Vini albi* ℔ *ij. Ol. Vitriol. gutt. xxx. M.* Hâc mixturâ gargarisando, os sæpissimè proluit: & apostemate rupto, multa cruenta & purulenta exspuit. À quorum excretione, liberiorem duxit spiritum. Tertiò, Tumori, ad eum leniendum, maturandum, dolorem sedãdum, & calorem restinguendum, accomodatum fuit manè & vesperi *Cataplasma.* Emplastr. seq. R. *Nasturt. aquat. Nymph. an. M. iij. Ol. rosat. Aceti albi an. q. s. Contusis contundendis, ac omnibus mistis, f. Empl.* Quartò, Ad emolliendam alvum, quæ obstructa erat, hęc *Cons. Bened.* præscripta fuerunt. R. *Cons. Benedict.* ʒ. ß. *Vini albi* ℥ *j.* Quæ commixta ebibit, & noxiis excretis, optimè valere, σὺν θεῷ, cœpit.

VII. 92. 11. Stannarii filius, 21 annum ætatis egres-

gressus, Anginâ, & hanc comitantibus symptomatis, oppressus fuit. In hoc tumor colli depulsus est *Hirundin. nido in Aceto decocto*, & formâ Emplastri, collo adaptato. Præterea, singulis horis, calidè gargarisavit, & os eluit, *Aquâ & Aceto* part. æq. commistis. Postea *Confect. Olei Heraclii ligni*, ad magnitudinem castaneæ sumpsit. Hinc protinus convaluit, & rectè deglutire, respirare, articulateque loqui, potuit. *Cataplasma.* *Gargarism.* *Confect. Ol. Heracl.*

12. Ecclesię Pastor, anno ætatis 38, passus est gravem & mortiferam συνάγχην, cum spirandi difficultate, ægerrimâ alimenti potionisque deglutitione, Amygdalarum, Uvulæ atque Colli interno & externo tumore conjunctam. Huic 1. *Oleo Heracleino* illita sunt, singulis horis, loca faucium affecta, maximè verò Amygdalæ & Uvula: inde statim meliùs habuit, respiravit & deglutivit. 2. Linteum triplicatum, *butyro* perlitum, calidum toti collo applicatum fuit, singulis tribus horis, quo tumor emollitus & diminutus est. 3. Cum hisce, simul gargarismate usus est tali. ℞. *Origan. Beton. Salviæ an. M. ß. Sem. Nigell. veræ ʒ ij. cortic. Granat. ℥ j. Rosimmatur. M. ß. Pyrethr. ʒ ij. Staphagriæ ʒ j. Decoquant. in Aceti q. s. ad dimidias.* Hoc gargarisavit singulis horis feliciter. Cibi fuerunt *liquidi ac molles, ut juscula ex carnibus, pisis, &c.* Potus, *decoctum Hord. Saccharatum.* Atque his, mox ad sanitatem, Deo adju- *VIII. 9.* *Ol. Heracl.* *Fotus.* *Gargarism.* *Diæta.*

van-

vante, rediit, & posteà optimè sacra Dei sui peregit.

IX, 28. 13. Vir 28 annorum, laborans Anginâ, capitali ægritudine, febricitabat, tussiebat, difficulter & spirabat & deglutiebat, Urinâ quoq; rubente & spumosâ existente. Huic, *Ven. Sect.* primò secta est *Cephalica* ejus lateris, quod *Gargarism.* respondebat loco magis læso. 2. ℞. *Aquæ Plantag. Mulsæ an.* ℔ *j. M. pro Gargarism.* quo sæpiùs utebatur. 3. Post gargarisationem & *Linctus.* instante tussi lambebat crebrò Linctum in Append. descriptum. 4. Extrà denique simul admotum est Collo, ad latus in quod phlegmone magis declinabat, seq. Cata-*Cataplasma.* plasma. ℞. *Mucilagin. Fœnugræc.* ℥ *v. Cerus.* ℥ *j. Camph. tritæ* ʒ *ij. M.* Hujus, & Gargarismi beneficio phlegmone in exteriori loco rupta *Emplastro.* est, & ulcus posteà consolidatum *Emplastro Diæta. Apostol.* Cibi dabantur humectantes; *ut jusculа pisorum, lactis, ova recentia, & alia paratu faciliora ac meliora*: Potus verò, *Aqua decoctionis radic. Urticæ cum Melle.* Atque ex his, post paucos dies, benè pancraticeque, Deo juvante, habuit.

X, 8. 14. Mercenarius, miser & inops, anno ætatis 36, Anginâ correptus, difficilimè respiravit, nihil deglutire potuit, febricitavit & capite doluit, phlegmone ad latus decli-*Ven. Sect.* nante. Huic jussi *Cephalicam venam*, manus locum affectum respicientis, pertundi, & satis multùm sanguinis educi: Extra verò Cata-

Cataplaſma admoveri, *ex Abſinth. contuſi q. ſ. cum pinguedine porci in pulticulæ formam redacto*: quo manè & veſperi admoto, phlegmone maturata & rupta eſt, & Patiens multa cruẽta & ſanioſa exſpuens, ex Orci faucibus quaſi liberatus, ſanus evaſit. Cibi fuêre *Juſcula & alia liquida*. Potus *Hydromel*. *Cataplaſm.* *Victus.*

14. Fœmina, 30 circiter annorũ, in graviſſimam Synanchen lapſa, liberata fuit hoc ſolo Gargariſmo. ℞. *Plantag. cum rad. M. j. ß. Prunell. M. ß. rad. Lappæ maj. ℥ j. Vini & Aquæ an. ℔ ij. Decoq. ad dimidias, & f. Gargar.* quo ſæpiùs ægra uſa eſt. *X. 55.* *Gargariſm.*

RAUCEDO.

1. Eccleſiæ Paſtor, 50 annorum, Raucedinem patiebatur, ob quam concionari non poterat. Is ſingulis horis, *Electuar. è Zizib. quãtitatem avellanæ* aſſumebat, & in ore tenens lambebat: quod mirabiliter ei contulit: nam mox rectè & clarè loqui cœpit, & poſtridiè optimè ac doctiſsimè concionatus eſt. *III. 59.* *Electuar. è Zizibis.*

2. Jeſuita quidam, raucè loquebatur; ſed intra 24. horas, hoc ſolo Lohoch remota Raucedo eſt. ℞. *Syr. viol. ſimpl. de Liquirit. an. ℥ j. Oxymell. Squillit. ℥ ß. Aceti Squillit. ʒ iij. M.* Hoc lambebat manè, ante & poſt cibum; deinde quoque ante introitum lecti. *IV. 35.* *Linctus.*

DE PECTORIS ET PULMONIS VITIIS.

Pectoris ac Pulmonum affectuum penè *VI. 8.*

omnium, Asthmatis, Tussis, &c. cum plurimorum mortalium, etiam extremè, his affectibus, laborantium; salute & incolumitate, feliciter comperta cura hæc est. 1. ℞. *Aq.*
Purgat. holagogum. *Bened. à ℥ j. ad ℥ j.* Hæc πανακεία, Pulmonum & Pectoris mala mirè sublevat. 2. Postridie exhibendus seq. pulvis, à ℈ ß. ad ʒ j. per singulos dies, manè ac vesperi, usq; ad morbi declinationem, cum vino albo, jusculo aut
Pulvis purgatorius. grato aliquo liquore. ℞. *Card. bened. Sinapi sylv. an. ℈ ij. Piper. longi ℈ j. fol. Sennæ mund. à stipitibus ʒ ij. Anisi ʒ ß. Diagrid. ℈ ß. Fiat pulv. subtilißimus, commiscendo benè omnia.* Atque hisce paucis, perplures pristinæ integræque sanitati restituimus.

TUSSIS.

I. 22. 1. Senex, 72 annum agens, Tussi & Spi-
Extr. Esul. randi difficultate laboravit. ℞. *Extr. Esulæ ℈ ij ß. Vini ℥ v. M. fiat haustus:* quem colatum frigidè bibit, ejusque salubri operatione, citò convaluit.

II. 86. 2. Vir 34 annorum, anhelam & asperri-
Extr. Esul. nam Tussim passus est. ℞. *Extr. Esulæ ℈ ij. Hydromel. ℥ vj. M.* Diluta & linteo percolata calidè bibit. Atque hujus potionis multâ & felici operatione, statim revaluit optimè,
Victus. ac quasi miraculosè. L. D. Cum cibo *calefaciente & humectante*, bibit modò *Vinum*; modò *decoctum Hyssopi Saccharatum.*

IV. 82. 3. Textor 40 annor. gravi Tussi, per novem

vem annos, & auris sinistræ Dolore ac Tinnitu, laboravit. 1. ℞. *Aq. Terr. Sanct.* ℥ vj. Hanc bibit calidè, in cubili manè, & stragulis opertus sudavit multùm diuque: & nonnihil alvo evacuatus est. 2. Sequenti die eundem haustum accepit; unde posteà mox Tussis remisit, ipsumque intra paucos dies ex toto deseruit. 3. Post sudationes, sanguis ex *utrâq; Cephalicâ* frugaliter, nec sine fruge detractus fuit. 4. Dum hæc contra tussim fiebant, simul auris dolor & tinnitus sublata sunt, missis intra aurem *Ol. Sulph. nostri gutt. v.* vesperi per 7. dies. Atque sic brevi tempore, ab utraque ægritudine vidicatus est.

Aq. Terr. sanct.

Ven. sect.

Ol. Sulph.

4. Vir 36 annorum, à Tussi chronicâ, Asthmate & Vomitu, liber evasit, hoc modo. 1. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. mulsæ*, ℥ ß. *M. pro haustulo*: quo totum corpus optimè perpurgatum fuit. 2. Quatuor dies post purgationem, accepit manè in lecto, calidè, *Decoct. Centaur. min.* ℥ vj: & sudavit diu multumque, benè coopertus. 3. Sextò pòst die, *venam Medianam* secuit. Potus fuit *Decoct. Hordei saccharatum.*

V. 72.

Aq. Bened.

Sudorif.

Ven. sect.

Victus.

5. Cujusdam Præfecti in pago Uxor, 36 annos nata, Tussi gravissimâ correpta fuit, cùm Mensium nimio fluxu, per 3 mēses durante: Urinâ spumosâ & turbidâ existente. ℞. *Looch è pulmone vulpis* ℥ ß. *Syr. de Liquir.* ℥ j ß. *M.* Hanc mixturam crebrò lambebat. Simul aperiendam curavi *Medianam*. Et his, σὺν Θεῷ, convaluit.

VII. 4.

Linctus.

Ven. sect.

VII. 55. 6. Ædilis Cerealis, 49 annum egressus, Catarrho, Raucedine, Tussi & Difficultate spirandi laborans, singulis diebus ter, manè scil. mox ante cibum, & ante introitum lecti,
Eclegma è Zizibis. usus est *Electuar. è Zizibis* ʒj ß. Quo solo à dictis vitiis molestis, tertio statim die, liber evasit.
Victus. Pro potu bibit *Decoct. Hordei commune.*

VII. 93. 7. Viro Consuli, Tussi & Difficultate anhelitus diutissimè affecto, adjumentum tuli
Purgat. ejusmodi. 1. ℞. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ ij. *Aq. mulsæ* ℥ vj. *M. stent per noctem in loco calido, manè probè exprimantur,* & colatura calidè bibatur. 2. Al-
Conf. Herac. tero die exhibui *Confect. ex Oleo Heracl. ligni* ʒj. 3. Manè & paulò ante cibum, iturus cu-
Elect. è Ziz. bitum, sumpsit de *Elect. è Zizibis quantitatem*
Ven. sect. *nucis Juglandis.* 4. Postremò, sectâ *Medianâ*, convaluit optimè. Deo sit gloria.

IX. 30. 8. Vir sexagenarius, unà cum sua Uxore, acerbâ Tussi & Anhelatione infestabatur.
Purgat. 1. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ ij. *Syr. de Rhabar.* ℥ iij. *M. pro haustu*: quo assumpto, multùm & rectè pur-
Pastilli. gati sunt. 2. ℞. *gumm. Arabic. Tragacanth. Amidi. an.* ʒ ß. *succ. Glycyrrh.* ʒ j. ß. *Sacch. candi* ℥ j ß. *Tritis omnibus, & Saccharo in aq. Violar. dissoluto, f. Pastilli*: quibus sæpiùs usi sunt, maximo
Victus. cum juvamine. Cibus *humectans* εὔπεπτος καὶ εὔχυλος fuit. Potus, *Vinum saccharatum.*

IX. 47. 9. Senex 70 annorum, vehementi Tus-
Purg. potio. si diù laborans; 1. Purgatus est. ℞. *Decoct. pectoral. Syrup. rosat. solut. an.* ℥ ij *M. fiat haustus*: quem sequenti die repetivit. 2. Tertio die acce-

accepit pilul. ℞. *Mass. pilul. Hieræ cum Agar. Agarici trochisc. an. ℈ ij. Cum Syr. ros. solut. formentur pilul. 7.* His purgatoriis medicamentis, universum corpus optimè expurgatum fuit. Cibo *pauco & facilis digestionis usus est* : Potu, *Hydromel. seq. ℞. Aq. font. ℔ viij. Mellis despum. ℔ ß. Hyssop. P. ß. Enulæ camp. ℥ ß. Liquirit. ʒ j. Bulliant ad quartæ partis consumpt.* deinde colentur. Horum omnium usu, optimè convaluit. *Pilulæ.* *Victus.*

10. Minister aulicus, in quodam Monasterio, Tussi siccâ veteri laborans, à nobis, intra biduum, liber & sanus est factus, *Saccharo Bezoardico*, cujus ad nucis magnitudinem sumpsit, non solùm manè, & post cœnam cubitum iturus, verùm etiam aliâs, urgente tussi. *X. 2.* *Sacch. Bezoard.*

DIFFICULTAS SPIRANDI.

1. Fœmina quædam gravida, correpta fuit Asthmate & Tussi: quæ tamen, ex solo purgante haustu seq. sanata fuit. ℞. *Syr. è Senna, Decoct. Sennæ, an. ℥ j ß. Zing. ℈ j. Bened. laxat. ʒ ij. M. fiat haustus.* *I. 19.* *Purgat.*

2. Pariter Monachum, annum agentem 41, ab Asthmate vindicavi, solo purgãte seq. ℞. *Decoct. pectoral. ℥ ij ß. Syr. de Hyssop. ℥ ß. Trochisc. de Agaric. ʒ j. ℈ ß. Extr. Esulæ, Zingib. an. ʒ ß. M. f. Haustus.* Victum præscripsi *calidum & siccum.* *I. 29.* *Purgat.* *Victus.*

3. Similiter Fœminam, añor. 54, Asthma- *I. 38.*

ticam, Deo benedicente, purgante seq. feli-
Purgat. citer ac citò ſanavi. ℞. *Decoct. pector.* ℥ iij. *Bened. laxat.* ʒ j. *Trochiſc. de Agar.* ℈ ij. *Extr. Eſulæ* ℈ j. *M. f. Hauſtus*: quo alvus rectè reſpondit.

I. 40. 4. Aliam, difficili Anhelatione, Tuſsi laborioſa, & Capitis dolore, &c. laborantem,
Infuſum purgans. indies ſaniorem effeci hoc infuſo. ℞. *fol. Sennæ mund.* ʒ vj. *Paſſul. Sacch. an.* ℥ ß. *Zingib.* ʒ ß. *Macerentur per noctem, in ferventis ſeri lactis caprini rectè præparat.* ℔ j ß. Hujus infuſionis, quotidie manè & veſperi, ante ingreſſum lecti, ℥ iiij. calidè exhauſit: ejuſque continuato uſu, alvus quotidie rectè reſpondit, & ipſa ægra, optimam ſanitatem conſequuta eſt.

I. 46. 5. Virgo 16 annos nata, Aſthmate, Tuſsi,
Purgat. Siti, Inappetentiâ vexabatur. ℞. *Decoct. pector.* ℥ j. ß. *Trochiſ. de Agar.* ʒ j. *Extr. Eſulæ* ℈ j. *Syr. de Senna* ʒ iij. *M. f. Potio.* Hujus operatione indies revaleſcebat.

I. 56. 6. Adoleſcens, 18 annorum, paſſus eſt Aſthma, Tuſsim, Anorexiam & Sitim: à quibus ægritudinibus liberatus eſt per ſe-
Extr. Eſulæ. quentia. 1. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ ij. *Extr. Eſulæ* ℈ ij. *M. f. potiuncula*: quâ multa pituitoſa, bilioſa, & male olentia ore & alvo rejecit, atq; rectiùs habere cœpit. 2. Poſt hanc purgationem, per dies aliquot ſequentes, manè in le-
Sudoriferũ. cto aſſumpſit ſudoriferum tale. ℞. *flor. Centaur. min. M. iij. Decoq. in ſ. q. Aq. fontana ad dimidias.* Bibit autem hujus decocti ℥ v. calidè,

&

& pòst stragulis contectus, diu multumque sudavit, ac indies sanior evasit.

7. Ecclesiastes quidam, cùm ageret annum 42, incidit in Spirationem perdifficilem, cum tantâ pectoris gravitate & angustiâ, ut fermè suffocaretur: Præterea jam diu Diarrhœâ conflictabatur, & multam atram bilem egerebat. Hic epotâ *Syrup. è Senna* ℥ j. reliquos vitiosos humores, sine molestia expulit, & indies optimè convaluit. Pro potu, bibit *decoctum Hordei in Append. descriptum.* I. 69. *Purgat.* *Victus.*

8. Virginem 23 annorum, ab Asthmate, Tussi &c. liberavi, Deo auxiliante, per hanc unicā potionem. ℞. *Decoct. Sennæ, Syr. è Senna, an.* ℥ j ß. *Zingib.* ʒ ß. *M. f. haustus.* I. 70. *Purgat.*

9. Rusticum, in decrepitâ ætate (anno scil. ętatis 100.) Asthmate, Tussi & Anorexiâ graviter oppessum, adjuvi hac seq. potione. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ iij. *Trochisc. de Agaric.* ʒ j. *Extr. Esulæ* ℈ j. *Syr. de Liquir.* ʒ ij. *M. f. potio*: cujus energiâ indies sese recollegit ęgerrimus senex, & revaluit. Pro potu concessi *Vinum Juniperinum*: Cibum verò *calefacientem & humectantem.* I. 71. *Purgat.* *Victus.*

10. Rusticus, sub annum ætatis 31. gravissimè decubuit, Asthmate & Diarrhœâ vexatus. Is sumpsit potionem sequent. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. font.* ℥ ß. *M.* Hæc superfluitates vomitu & secessu expulit, & sequenti die, mirum dictu, æger convaluit, liberè spiravit, nec venter ampliùs fluxit. II. 45. *Aq. Bened.*

II. 48. 11. Rustica vidua patiebatur, circa ætatis annum 81. Pectoris angustiam & gravitatem, velocem perdifficilemque respirationem; propter pituitosos humores pulmonibus infarctos: Accedebat etiam, huic malo, Anorexia & Cephalalgia. Quæ omnia, in senibus alioquin curatu difficilima, removi, in hunc modum. 1. ℞. *pulv. Sennæ simpl.* ℥ ß. *Zingib.* ʒ ß. *Trochisc. Alhandal contus.* ʒ j. *Vini albi* ℔ j ß. *M. & infundantur per noctem.* Per tres continuos dies bibebat, Vini hujus colo trajecti ℥ iij. cum Syr. de Bugloss. ʒ iij. Unde rectè purgata indies convalescebat. 2. Corpore expurgato, sudabat per dies aliquot in lecto, ex decocti seq. ℥ vj. manè insumptis calidè. ℞. *Centaur. min. M. j. Prassii, Melissæ, an. M.* ß. *Conserv. Rosar.* ℥ j. *Incoquantur omnia in s. q. Vini, ad dimidium.* Potus erat, *Hydromeli.* Cibus *calidus humidus.*

Infusum seu Vinum meũ cathart.

Sudorif.

Victus.

II. 81. 12. Vigil, quadragesimo ætatis suæ anno, premebatur gravi Anhelatione, ac vetere pessima Tussi. ℞. *Extr. Esulæ quantitatem unius castan. Aq. muls.* ℥ vj. *M.* Percolata ebibit, ac rectè evacuatus fuit, sanusque non sine adstantium stupore, per hoc unicum medicamentum evasit. L.D.

Extr. Esulæ.

II. 84. 13. Adolescens quidam, 16 annorum, Asthmate & Ventris profluvio diuturno correptus, decubuit. 1. ℞. *Aq. Bened.* ʒ v. *Aq. Hyssop.* ℥ ß. *Syr. de Prass.* ʒ ij. *M.* Hâc holagogâ potione manè exhaustâ, plurimos vitiosos humores

Aq. Bened.

mores, tam ore, quàm alvo reddidit. Dein per sequentes aliquot dies, *sacculi Furfuribus in Aceto forti decoctis impleti*, calidè ano adhibiti sunt. In Mensâ bibit *Vinum rubellum, in quo aliquoties chalybs ignitus restinctus, & posteà Plantago cum radic. per noctem macerata fuerat.* Atq; sic mox sanus & integer, L.D. evasit. *Sacculi.* *Victus.*

14. Mulier, 42 annorum, Asthmatica, adeò difficulter traxit spiritum, ut, ob pectoris angustiam, suffocationem metueret. Deploratæ huic, potionem seq. misi. ℞. *Seri lactis benè despumati ℥ vj. Extr. Esulæ ℈ ij ß. M. & Colent.* Colaturâ epotâ, multoties egessit, & continuò, ex Dei misericordiâ, sanitatem acquisivit. Cibis *calefacientib. & siccantibus* vesci jussa est, & *Vinum* bibere *Hyssopit.* *II. 90.* *Extr. Esulæ.* *Victus.*

15. Alia 60 annorum mulier, perdifficili Respiratione oppressa, similiter, per suprascriptum haustum, citò atque feliciter curata fuit. *II. 91.*

16. Fœmina quadragenaria, ex Asthmate & Tussi liberata est, per seq. solam potionem. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ iij. Syr. ros. solut. Mont. ℥ j. Bened. laxat. ʒ ij. Trochis. de Agar. ʒ j. Zing. ℈ j.* Diluta omnia exhausit calidè in aurora, & hujus potionis operatione, multùm evacuata est. *II 92.* *Potio purg.*

17. Quidam Archigrammateus, anno ætatis 47. patiebatur Difficilè respirationem, ac Ventriculi malam concoctionem, quem sola potio seq. sanum subitò reddidit. ℞. *De-* *II. 95.*

Purgat. *coct. Sennæ ℥ ij. Aq. Cinam. opt. ℥ ß. Mannæ masticin. ℥ iiij. Diluantur pro potione purgatoria*; quâ septies egessit. Victus rationem observavit calefacientem & humectantem.

II. 100. 18. Impiger quidam Ludimagister, cùm ageret añum 75. affligebatur molestâ & difficili Respiratione, fastidiebat cibum, ægerrimè concoquebat, ac in mẽbris totius corporis, lassitudinem magnam sentiebat. Lotium ejus album erat, aqueum, tenuè & *ἀνυπόστατον*. Hæc omnia ex frigidâ nimis intemperie ventriculi, hepatis, & reliquorum

Decoct. phlegmagogum. viscerum, originem trahebant. 1. ℞. *fol. Sennæ Alexand. ℥ j. Hyssop. M. ß. Liquir. rasæ ʒ j ß. Ficuum Num. iij. Cinam. acris ʒ ß. Sacch. candi ℥ j. Bulliant hæc omnia ad lentum ignem in boni Vini albi ℔ j ß. per quadrantem horæ: postea reponantur & reserventur per noctem.* Quotidie manè ex isto decoct. bibit jejunus ℥ v. ac rectè multumq; purgatus fuit. 2. ℞. *Vini adusti opt. ℔ j. Hyssop. pulveris. ℥ j ß. Sacch. candi ℥ ß. Macerentur simul in vitro benè occluso per tres dies.* Bibit quotidie horâ matutinâ jejunus de hoc infuso ad ℥ j. Cum cibo *calido humido, pauco, raro & tenui*, Potus in mensâ fuit *Vinum potens*. Atque ista omnia, seni huic, optimè profuere.

Aq Vitæ senibus salubérrima.

Victus.

III. 2. 19. Rusticus, 36 annorum, in Asthma incidit: nam sibi pectus grave, angustum & arctum esse videbatur, spiratio erat magna ac densa; tussiebat frequenter, sed parum rejiciebat. Petenti consilium, hanc curam

præ-

præscripsi. Aër esto *calidus & siccus*. Cibus *calefaciens & siccans, ut carnes tostæ vel assatæ &c.* Potus, *Vinum tenue, Hyssopites, Enulatum, Aqua mulsa, in qua Hyssopi parum incoquatur.* Exercitium leve. Somnus moderatus. Animi pathemata vitentur. ℞. *Aq. Bened.* ℥j. *Vini tantundem, M. pro haustu:* quo epoto, permulta viscosa crassa & lenta, ore & alvo, rejectabat; & paucis pòst diebus, se ex toto sanum esse factum, mihi significabat. *Diæta.* *Aq. Bened.*

20. Juvenis 18 annorum, ab Asthmate & Capitis dolore, ita curatus fuit. ℞. *Extr. Esulæ* ʒj. *Aquæ* ℥iiij. *M.* Colaturam bibit, & ore ac alvo copiosè purgatus est. Post hanc evacuationem in lecto benè contectus, manè sudavit, per aliquot dies, ex ℥v. vel vj. Decocti seq. calidè sumptis. ℞. *Card. bened. Hyssop. summit. Centaur. min. an. M.j* ß. *Decoq. in s. q. Aquæ ad dimidium.* *III. 36.* *Extr. Esul.* *Sudorifer.*

21. Studiosum, 24 annos natum, statim ab Asthmate liberavi seq. potione. ℞. *Agaric.* ʒj. *Sennæ mund.* ʒj ß. *Zing.* ʒ ß. *Decoq. in s. q. Seri lactis ad* ℥ iij. *quibus colatis admisceantur Bened. laxat.* ℥ ß. *Trochisc. de Agaric.* ʒ ß. *Redigantur in haustum*: qui eduxit multa ac varia excrementa pituitosa. Cibus fuit, *Juscula & liquida*: Potus *Decoctum pectorale.* *III. 45.* *Purgat.* *Victus.*

22. Adolescens annorum 14 factus est Asthmaticus seu Suspiriosus; Urina ejus fuit spumosa & turbida. ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥ v. Hanc frigidè bibit & lubentissimè; quia a- *III. 72.* *Aq. Terr. San.*

quæ

quæ fontanæ ex toto est similis, exceptâ occultâ qualitate, & virtute divinâ, quam ipsi Deus contra omnes penè morbos internos indidit. Per hanc aquam, optimè & leniter purgatus est, atque intra biduum sanus evasit.

III. 81. 23. Fœminam 52 annorum, ex Asthmate ac Tussi multùm infirmam, unicâ potiunculâ sanavi, quæ ℞. *Spir. vitæ aur.* ℥j. quâ per vomitum & secessum valdè evacuata fuit, statimque convaluit. Cibi erant *liquidi.* Potus *decoct. Hordei saccharatum*

Spir. Vitæ aur.

Victus.

III. 83. 24. Vir 30 annorum, Asthmate, Tussi, Icteritiâ nigrâ, & Ventris torminibus lethaliter affectus, ac penè cōsumptus fuit. Urinam minxit lividã, confusam, spumosam. ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥vj. Hanc manè jejuno stomacho calidè sumpsit, & in lecto benè coopertus, sudavit valdè, ac per alvũ multa egessit. Sequenti die, manè repetivit eundem haustum, qui easdem operationes exercuit. Inde omnia sunt facta remissiora, excepto Asthmate; pro quo abigendo, exhibui, per duos dies, manè, *Spirit. Vitæ aur.* ℥j. unde alvo dejecit pituitosa, lẽta, biliosa, atra, varia multaque. His factis, pristinæ sanitati restitutus est. Cibis interea utebatur *liquidis, ut jusculis &c.* Potu, *Vino absynth. decoctione Hyssopi.*

Aq. Terræ Sanctæ.

Spir. Vit. aur.

Victus.

III. 96. 25. Pictor quidam, peregrè veniens, me, in tabernam diversoriam, ad se accersivit; quia in summo vitæ periculo versabatur: nam

nam difficilimè, & non nisi rectâ cervice, cum sono & anhelatione, spirabat; pectus erat grave, angustum & anxium: vires omnes prostratæ. Morbum hunc sævissimũ, judicavi ortum habere, à victus intemperantiâ, maximè à pituita crassa & viscida, ductibus asperæ arteriæ, pulmoni, pectori & ventriculo inhærente: itaque, juxta hanc indicationem, exhibeo, in nomine JESU, *Spiritus Vitæ aur.* ℥ ij. Cujus virtute, Deique nutu, per vomitum pituitæ crassæ, lentæ, fœtidæque cum bile, ℔ viij. circiter projecit, & statim ab exitiali morbo, L.D. liberatus est. *Spir.Vit. aur.*

26. Viro annorum 40, Tussim vehementissimam, & Asthma seu Orthopnœá patienti, pulverem hunc præscripsi, optimum & tutissimum. ℞. *Sulph. ignem experti* ℥ ß. *Belzoini seu Assæ odorat.* ℈ ß. *M. & in tenuissimum pulverem rediguntor.* Hujus ℈ ij, in ovo sorbili, manè & vesperi dormitum iturus, per tres continuos dies sumpsit: & mox intra quatuor dies, hoc solo remedio, sanitatem obtinuit. *III. 97.* *Pulvis.*

27. Mulier sexagenaria, passa est Asthma cum Tussi, ob Catarrhum. ℞. *fl. Centaur. min. Meliss. Praß. an. M.ß. Decoq. in Vini & Aquæ an.* ℔ *iij. ad dimidias.* Hujus decocti calidi quotidie, per septem dies, ℥ vij. bibit, & in lecto benè cooperta, copiosè sudavit. Post has sudationes, *Mediana* in dextro cubito secta fuit: *IV. 18.* *Sudorif.* *Ven.sect.*

quo

Victus. quo curatio absoluta est. Pro potu bibit *decoctum Hordei saccharatum.*

IV. 20. 28. Ecclesiæ Diaconus, supra 60 annos habens, conquestus est de Asthmate, Tussi, Inappetentiâ & Vertigine: Urina ejus spumosa & turbida fuit. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥j.

Spir. Vit. aur. Hoc sumpto, egessit multoties pituitosa & varia: ac intra bidui spatium, Deo adjuvante, omnes prædictæ ægritudines ipsum deseruerunt. Potus, *Vinum*: Cibus, *juscula & alia facilis digestionis fuerunt.*

Victus.

IV. 21. 29. Civem 23 annorum, Asthmate, Anorexiâ & Dyspepsiâ laborantem, ita curavi.

Extr. Esulæ. ℞. *Extr. Esulæ* ʒj. *Vini alb.* ℥iiij. *M. & colentur pro haustu*: quo rectè perpurgatus fuit, & è vestigio convaluit. Potus *Vinum fuit, cui imposuit Hyssopum*: Cibi *calefacientes, & qui facilè concoquuntur.*

Victus.

IV. 45. 30. Mulier 45 annorum, Asthmate, Orthopnœâ, & ingenti Tussi conflictata, post multa medicamenta frustra tentata, tandé epotâ *Spirit. Vitæ aur.* ℥j. multùm purgata est, & illicò meliusculè habuit. Tertio die pòst, eundem Spir. exhausit, unde non tantùm alvo optimè purgata est, verùm etiam menstrua copiosè illi proruperunt; quod valetudini ejus plurimùm profuit. Cibi fuerunt, *Juscula, aliaq; levia & paratu facilia*: (quia paupercula erat) Potus, *decoctum Hyssopi.*

Spir. Vit. aur.

Victus.

IV. 78. 31. Subdiaconus Eccles. annos natus 74, diu Asthmaticus, & gravi Tussi vexatus fuit.

℞.

℞. *Spir. nostri vitæ aur.* ℥ j. Quo rectè multumq; perpurgatus est, atque statim meliùs habuit. *Spir. Vit. aur.*

32. Senex 100 añorum, Asthmate, Tussi & Anorexiâ afflictus, sumpsit haustum purgatorium seq. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ iij. *Trochisc. de Agarico* ʒ j. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *Syr. de Liquirit.* ʒ ij. M. quo rectè benequè purgatus indies meliùs habuit. Cibus, *Jusculæ erant aliáque liquida*. Potus, *Decoctum Hordei.* *V. 20.* *Purg.* *Victus.*

33. Fœmina, 46 annorum, Asthmate & Anorexiâ affecta, statim sanitatem recepit à solo haustu seq. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ ij ß. *Syr. de Hyssop.* ℥ ß. *Trochis. de Agarico* ʒ j ß. *M. pro haustu.* *V. 30.* *Purgat.*

34. Quidam 27 annorũ, Asthmate, Tussi, & Melãcholiâ laboravit. ℞ *fol. Sennæ mund.* ℥ ß. *Trochisc. de Agaric.* ʒ j ß. *Conf. Hyssop.* ℥ ß. *Infundantur per noctem, in seri lact. caprini* ℔ j ß. De quo postea manè sumpsit ℥ vj. & vesperi, duas horas ante cœnam, tantundem. Sequenti die hausit Potionem seq. ℞. *Syr. de Senna, de Hyssop. an.* ℥ ß. *Decoct. pector.* ℥ ij. *Trochis. de Agar.* ʒ j ß. *M. f. haustus*: quo penitùs curatus fuit. *Vino*, quod bibit in prandio & cœna, *imposuit Hyssopum.* *V. 32.* *Infus. purg.* *Potio purg.* *Victus.*

35. Vir annorum 52, ex Asthmate & Anorexiâ emersit per sequ. Pilulas. ℞. *Pilul. de Agarico* ℈ ij. *Troch. de Agar.* ℈ j. *cort. Helleb. gr. iiij. Cum Syr. de Hyssop. fiant pilul. 9. obvolvantur pulvere Ciñam.* Has pilulas, circa horam primam *V. 71.* *Pilulæ.*

mam noctis insumpsit, & rectè multumque purgatus fuit.

V. 73. 36. Vidua, annorum 63 ab Asthmate &
Extr. Esulæ. & Tussi curata sic est. ℞ *Extr. Esulæ* ʒ ß. *Vini* ℥ ij. *M. in potiunculam*: quâ pectus benè multumq; expurgatum fuit. Post quatuor dies, eandem potionem denuò sumpsit, & valdè tam ore quàm alvo, ut priùs, evacuata fuit.

Victus. *Vino, quod bibit, imposuit Hyssopum.*

V. 95. 37. Adolescens, 26 annorum, ob ingentem sitim ab intenso caniculari æstu excitatam, aquam frigidissimam copiosiùs hauserat, indeque Spirandi difficultatem extremam, & jamjam suffocantem, contraxerat.

Aq. Bened. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Vini tantundem, M. pro potu*: quo assumpto, permulta vomuit, & continuò spirandi facilitatem recuperavit.

VI. 9. 38. Quidam, 36 annorum, Asthma suffo-
Aq. Bened. cans perpessus fuit. ℞. *Aq. Bened.* ℥ iij. Hæc potio assumpta, intra tres horas, omnem spirandi difficultatem mirabiliter summovit, & pristinam sanitatem integrè homini, Deo juvante, reddidit.

VI. 23. 39. Vir 43 annorum, Asthmate chronico, Inappetentiâ & Lassitudine correptus
Purgat. fuit. ℞. *Syr. ros. solut.* ℥ ß. *Trochisc. de Agar.* ʒ j ß. *Diaphœn.* ʒ j. *Aq. Hyssop.* ℥ iiij. *M. f. potio*: quâ sumptâ, citò evasit sanus.

VI. 25. 40. Lanius quidã sexagenarius, diu gravi Asthmate, multis incassum tentatis, affli-
Aq Bened. gebatur. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j ß. Hæc epota, statim

tim

tim in pristinum valetudinis statum, omni noxâ discussâ, ægrum reduxit. L.D.

41. Ancilla Sacerdotis, quæ nondum 16 annos compleverat, Asthmate, Tussi & Cephalalgiâ laboravit. ℞. *Aq. Bened.* ℥ ij. *Vini albi* ℥ j. *M. & bibat.* Per hanc solam Panaceam, altero statim die, optimè σὺν θεῷ curata fuit. *VI. 31.* *Aq. Bened.*

42. Sexagenarius quidam, Asthmate & Tussi oppressus fuit. ℞. *Trochis. de Agaric.* ʒ j. *Diaphœn.* ʒ j ß. *Conf. Bened.* ℈ j. *Syr. de Prassio* ʒ iij. *Decoct. pectoral.* ℥ iij. *Redigantur in haustum, manè jejuno ventriculo tepidè bibendum.* Posteà *venam Medianam* tundi jussi. Atque his factis, σὺν θεῷ convaluit. *VI. 33.* *Purgat.* *Ven. sect.*

43. Cujusdam Uxori, Asthmate & Tussi afflictæ, præscripsi seq. ℞. *Syr. de Hyssop.* ℥ ß. *Decoct. pector.* ℥ ij ß. *Troch. de Agar.* ʒ j. *Conf. Bened. quantitatem avellan. M. f. haustus*: cujus usu confestim sanata est. *VI. 42.* *Purgat.*

44. Quinquagenarius quidã, in Asthma, Tussim, Inappetentiam, cum Ructibus & Lassitudine, delapsus fuit. ℞. *Decoct. pector.* ℥ ij. *Conf. Bened.* ℈ ij ß. *M. f. potus manè vacuo stomacho bibendus.* Allevato corpore, bibit crebrò manè *Vini adusti* ℥ j. Potus reliquus fuit *decoct. granor. Juniperi.* Post horum usum, vixit deinceps rectè & pancraticè. *VI. 49.* *Purgat.* *Victus.*

45. Quidam, 24 añorum, Asthmate, Tussi & Inappetẽtiâ laborans, sumpsit seq. potũ. ℞. *Decoct. pector.* ℥ ij. *Trochisc. de Agar.* ʒ j. *Conf. Bened.* ʒ j. *Diluendo f. haustus.* Hoc optimè ope- *VI. 50.* *Purgat.*

rante, & *Decocto Hyssopi* ægro in mensâ victitante, vetus restituta est sanitas.

VI. 51. 46. Alius, 32 annorum, Asthmate, Tussi, Ventris dolore & Inappetentiâ vexatus est.

Purgat. ℞. *Diaturbith cum Rhab.* ʒ ij. *Conf. Bened.* ℈ j. *Decoct. pector.* ℥ ij. *M. f. potio*: hac exhaustâ, mox sanus, L. D. evasit.

VI. 52. 47. Uxor cujusdam, 24 annos nata, in Asthma, Anorexiam, Ventris dolorem & Lassitudinem incidit. 1. Purgata est sic. ℞. *Be-*

Purgat. *ned. laxat.* ʒ j. *Trochis. de Agar.* ʒ ij. *Conf. Bened.* ℈ j. *Decoct. Sennæ ex sero lactis* ℥ ij. *M f. potus*: qui suâ ἐνεργείᾳ maximam utilitatem ægrotanti at-

Ven. sect. tulit. 2. Absolutâ evacuatione, *venam Saphe-*

Victus. *nam* incidi mandavi. *Vino*, quod in mensa bibere solita est, *imposuit Meliss.* M j. *rad. Enulæ* M ß. *Liquirit. ras.* ℥ ß. *Manus Christi* ℥ ß. Atque his, σὺν θεῷ, restituta est.

VI. 54. 48. Seni 72 annorum, Asthmate, Tussi, Inappetentiâ, & Lassitudine afflicto, præscri-

Purgat. psi seq. ℞. *Syr. de Senna* ℥ j. *Agaric. trochiscati* ʒ j. *Conf. Bened.* ℈ j. *Decoct. pector.* ℥ j ß. *M. f. haustus*: qui ore ac alvo multa tenacia & phlegmatica expulit, & altero statim die, pristinam sanitatem restituit. L. D.

VI. 69. 49. Nobilis quidam Canonicus, cùm ageret annum 64, variis & sævissimis affectibus torquebatur: nimirum Spirãdi difficultate, Pectoris angustiâ, Pedum tumore, Urinæ ardore, Testium inflatione, & Paralysi

Conf. Bened. linguæ atque crurum. 1. ℞. *Conf. Bened.* ℈ ij ß.

Aq. Hyssop. ℥ *j.* Quæ commista, ebibit manè: altero & sequenti die iteravit eadem, & consequuta est perfecta totius corporis evacuatio, cum levamine. 2. Ad linguæ Paralysin. ℞. *Fermenti veter. M j. Vini adusti, Aceti fortis, an. p. æq. Redigantur imbecilli flammâ, in Emplastri formam, cui pulvis Succini albi inspergatur:* Emplastrum deinde tepidè, vertici à capillis nudo apponatur, & exarescenti, recens substituatur: hoc aliquoties repetito, paralysis causa discussa, & motus linguę atque sermo restitutus est. 3. Scrotum affectum, linteo sequenti Emplastro illito, involutum fuit. ℞. *Ol. liliorum alb.* ℥ *v. Argillæ M ß. M. f. Emplastrum:* quo testes, illegitimo Veneris usu depravati, in integrum restituti sunt. Atque sic, Deo auxiliante, per unicam septimanam, ab his exitialibus morbis & Symptomatis æger convaluit.

Emplastr.

Empl. pro Scroto.

50. Viro sexagenario, Difficultate spirandi, ob pituitosos, crassos & viscidos humores, à capite ad pectus defluentes, afflicto, præscripsi seq. ℞. *Trochis. Alband. pulveris.* ʒ *j. Ficuum Num. iij. Infundantur in Vini generosi* ℔ *j. per noctem.* Hujus infusi colati capiebat manè, jejuno stomacho, ℥ vj. Tantundem tertiò sumebat, ac inde probè perpurgatus, convalescebat. *VI. 73.*

Infusum purg.

52. Nobilis Matrona, 32 años nata, Asthmate, Dolore lateris, & Mensium retentione *VI. 86.*

Purgat. affecta fuit. Pro qua ℞. *Decoct. ex vino, Rosmarin. Puleg. Cardobened. Agaric. optimi, Syr. ros. solut. Mont. an.* ℥ j. *Elect. de succo Ros.* ʒ ij. *Bened. laxat.* ʒ j ß. *Aq. Cinam.* ℥ ß. *M. f. haustus*: per quem copiosè purgata, & sanitati reddita est.

VII. 77. 52. Rustica gravida, 29 annos nata, feliciter ab Asthmate suffocante, & Anorexiâ curata fuit, hoc modo. 1. ℞. *Ros. rubr. Violar. an.* P ß. *sem. Petrosel. Fœnic. an.* ʒ j. *Hyssop. Salv. an.* P j. *Liquir.* ℥ j. *Passular.* ℥ iij. *Decoq. in s. q. Aquæ s. a.* Decocto hoc usa est pro potu ordinario. Deinde, crebrò ante & post cibum, Confectio hæc utiliter exhibebatur. ℞. *Spec. Diair.* ʒ j. *pulv. Enulæ* ʒ j ß. *Sacchar. albiss. in aqua Hyssop. dissoluti* ℥ ij. *Fiant Tabellæ, pondere* ʒ j.

Potus.

Conf. in tabul.

VII. 82. 53. Quidam, 42 annorũ, Asthmate, Tussi, Inappetentiâ & Siti premebatur: pro eo ℞. *Syr. de Liquir.* ℥ j. *Agar. Trochis.* ʒ j. *Cons. Bened.* ʒ ß. *Decoct. pector.* ℥ j. *M.* Hoc haustu, Symptomata quidem remissiora facta, non tamen prorsus depulsa sunt: ideò tertio die sumpsit Panaceam. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Syr. de Praß.* ʒ ij. *M.* Ex cujus potu protinus sanatus est. Cæterùm in mensa bibit *decoctum vulgare Hordei saccharatum.*

Purgat.

Aq. Bened.

Victus.

VII. 85. 54. Pro sene 80 annos habente, Asthmatis gravi malo diu extremè debilitato. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. Hæc paucis horis contumax Asthma ex toto removit, & sanitatem seni, Deo aspirante reddidit.

Aq. Bened.

VIII. 22. 55. Venerabilis quidam Senex, 77 annorum,

rum, gravissimo Asthmate pressus, sumpsit *Spir. Vitæ aur.* ℥j ß. & alvo multoties varia ac maleolentia stercora egessit, unde ex inspe. rato convaluit. *Spir. Vit. aur.*

56. Puer unius anni, Asthma, Tussim & Anorexiam patiebatur. ℞. *Syr. è Senna* ʒ ij. *Vini pauxillum. M. pro haustulo*: quem, dimidiâ horâ ante cibum, sumat, & sequenti die iterum. Hujus operatio bona fuit, beneq; profuit. Cibi erant *juscula dulcorata*: Potus, *Aqua saccharata.* *VIII. 24.* *Purgat.* *Victus.*

57. Uxor cujusdam quinquagenaria, à lethifero Asthmate suffocante liberata fuit citò per seq. ℞. *Spir. Vitæ aur.* ℥ ij. Hoc epoto ore alvoque permulta phlegmatica ac varia excrevit, atque rectiùs statim habuit. Postea è *Communi venâ* pertusâ, multum sanguinis emisit, magno cum successu. *VIII. 35.* *Sp. Vit. aur.* *Ven. sect.*

58. Ecclesiastes, annos 49 natus, patiebatur Asthma & Orthopnœam, non sine vitæ discrimine. ℞. *Trochisc. Alhandal pulv.* ℈ j. *Vini* ℥ v. *Fiat Infusio per noctem.* Manè colaturam bibit, & alvo ac ore plurima varia, tenacia reddidit: Inde præter omnem exspectationem, cœpit statim, L. D. rectè valere. Cibi erant *juscula*. Potus, *Vinum cui imponebat Hyssopum.* *VIII. 59.* *Purgat.* *Victus.*

59. Quidam Civis, 34 annos natus, afflictus fuit Asthmate suffocante, Tussi & Anorexiâ. ℞. *Decoct. pector.* ℥ ij. *Troch. Alhand.* ℈ j. *Macerentur simul per noctem.* Manè colaturam *IX. 18.* *Infus. purg.*

bibit, & excrementa pituitosa, tenacissima, fœtida & varia dejecit: hinc indies, adversissima ejus valetudo levata, & sedata mox
Victus. est. Victus ratio fuit σύπεπτος καὶ σύχυμος: Potus, *Vinum Enulatum.*

IX. 36. 60. Vidua, 36 annos nata, diu & lethaliter Asthmate cum Tussi conflictata, & omnium remediorum auxilio frustrata, tan-
Aq. Bened. dem sumpsit *Aq. Bened.* ℥ ij. Hæc aqua, haud longâ morâ, humores peccantes per vomitum & secessum expulit, & fœminam sanam rursus effecit. L.D.

IX. 39. 61. Studiosus, annorum 22, gravissimè Asthmate, suffocationem minitante, ange-
Pilulæ. batur. ℞ *mass. pilul. Hier. cum Agar.* ℈ ij. *Agaric. trochisc.* ʒ ß. *Cum Syr. Viol. solut. f. pilul.* 7. *Cinamomo involvendæ.* Præter salutarem hanc pur-
Ven. sect. gationem, *vena Mediana* sinistri cubiti, cum
Victus. fructu, secta fuit. Cibis *humectantibus, ut jusculis, vescebatur*: Bibebat *Vinum infusion. passularum.*

X. 45. 62. Civis quidam, 42 annorum, Asthmate strangulante, dies noctesque urgebatur: Urina ejus, turbida & spumosa apparebat. ℞.
Infus. purg. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ v. *Vini* ℔ j ß. *Macerentur per noctem.* Hoc infusum, quatuor vicibus per cõtinuos dies, insumpsit: Unde alvus rectè respondit, & indies suspiriosum malum con-
Victus. quievit. Cibi offerebantur *liquidi.* Potus erat *Aqua, cui Hyssop. fl. Viol. Liquirit. & Passulæ incoquebantur.*

63.

63. Quidam 44 annorum, vexabatur Asthmate, Tussi, Anorexiâ, Siti, cum Dolore capitis: Lotium erat spumosum & turbidum. Purgabatur sic. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ iij. Syr. rosꝭ solut. ℥ ß. Elect. de succo R. s. ℥ ß. Diaphœn. ʒ iij. M.* Hoc potu optimè per os & alvum evacuatus fuit. Peractâ purgatione *venam Cordis* aperuit. Cibos assumpsit *faciles*. Pro potu bibit *decoct. seq.* ℞. *flor. Viol. Rosar. an. P ij. Liquir. rasæ ʒ ij. Passul. ℥ iij. Aq. ℔ viij. Decoq simul ad ℔ j. consumptionem.* Et sic, in paucis diebus, sanus evasit. *X. 50.* *Purgat.* *Ven. sect.* *Victus.*

64. Vir 68 annorum, per anni spatium, passus fuit Anorexiam, Tussim vehementissimam & assiduam, cum Anhelatione mortiferâ, adeò ingravescente, ut coactus fuerit semper aut stare, aut sedere, aut elevatus decumbere; nam si quando modicum ire & procedere conatus est, subitò suffocatio ei timēda erat. ℞. *Vini Absynth. ℔ ij. fol. Sennæ mund. ℥ j. Fiat ebullitio pro infusione.* De hac manè sumpsit ad ℥ vj. calidè, ac in lecto bene coopertus sudavit, & simul quoque cacavit, atq; in quatuor diebus omnino sanatus fuit. Pro cibis data fuêre *jusculа, aliaq; liquida*: pro potu, *decoct. Hordei saccharatum.* *X. 94.* *Purgat. sudorif.* *Victus.*

ORTHOPNOEA.

1. Vir 34 annorum, frequenti affligebatur Anhelatione, nec poterat nisi rectâ cervice respirare: aderat Sitis, Tussis, &c. *I. 39.*

Extr. Esul. ℞. *Decoct. pector.* ℥ iij. *Extr. Esulæ* ℈ ij. *M.* Hanc potionem sumpsit, & rectissimè, tam ore quàm alvo evacuatus, convaluit.

I. 55. 2. Quidam circa 18 annum suæ ætatis, Orthopnœam passus est: nam difficilimè spiritum traxit, & quidem tantùm rectâ cervice: accessit hisce magnus etiam pedum *Purgat.* Tumor. 1. ℞. *Decocti Sennæ* ℥ iij. *Troch. de Agar.* ℈ ij. *Extr. Esulæ* ℈ j. *Zing.* ℈ ß. *M. pro potu.* Hoc manè calidè ebibito multùm evacuatus est, & post hanc evacuationem se facilimè spirare, & convalescere attestatus est. 2. Ad pe-*Balneum.* dum tumorem. ℞. *fol. Quercus M* vj. *Salis M* iij. Ex his in aquâ coctis paratum fuit Balneum, in quo manè & vesperi sedit quotidie, donec omnis tumor sublatus est, quod intra *Victus.* paucos dies prosperè evenit. Victus *siccans & calefaciens* imperatus: Bibit etiam in prandio & cœna seq. decoctum. ℞. *Hord. M* ij. *Liquirit. ras.* ℥ ß. *Passular.* ℥ ij. *Decoq. in s. q. aquæ, ad tertias.*

IV. 87. 3. Cæmentarius quidam, egressus annũ 60, subitò anhelosus factus est, ut non nisi erectus cerviceque rectâ respiraret, cum sono magno, & mortis subitaneæ, ex suffocatione, metu: multùm tussivit, sed nihil reje-*Spir. Vit. aur.* cit. ℞. *Spir. Vit. aur.* ℥ j ß. Hoc panchymagogum propinatum, mox concitavit vomitiones multas phlegmaticas, tenaces & biliosas, alvum etiam commovit, ut per biduum multa & varia, pituitosa, mucosa, cholerica

&

& fœtida egesserit. Hujus Medicinæ usu, Patiens bidui spatio, cum omnium admiratione, ab exitiali isto morbo liberatus est.

4. Mulier 70 annorum, Orthopnœâ cruciata, sumpsit *Conf. Bened.* ℈ij. *cum Vini* ℥iiij. Tertio die iterum tantundem accepit, quarto verò perfectè sanata est. *VI. 12.* *Conf. Bened.*

5. Piscator quidam quadragenarius, incidit in tantam Spirandi difficultatem, ut nō nisi rectâ cervice spiritum ducere posset, & pro desperato haberetur. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥j. *Syr. ros. solut.* ℥j. *M.* Hujus πολυχρήστȣ assumpti ἐνεργείᾳ id cōsequutus est æger, ut, exonerato diaphragmate, faciliùs respiraret, & resupinus dormiret, qui antè, suffocationem veritus, decumbere non poterat. Tertio abhinc die, ut ex tantis angustiis eum planè educerem, eundem haustum dedi, cum pari operatione & fructu. Præterea, singulis horis, os & fauces gargarisavit *decocto Rapar. calente.* Dehinc *Linctu*, qui in Append. describitur, in pectoris vitiis præstanti, usus est; cujus, ut & antecedentiū, usus illi plurimùm profuit. Pro potu usus est Aquâ mulsâ seq. ℞. *Salv. Hyssop. an.* M j. *Decoq. in aquæ* ℔ viij. *ad consumpt. medietatis. Coletur: colaturæ admisceatur Mellis despumati cochl. iij. Fiat Hydromel,* vice alterius potus bibendum. Concessi interim & *Vinum passulis Corinth. edulcoratum.* Atq; ita paucis diebus, integram sanitatem recuperavit deploratus hic asthmaticus. *VII. 43.* *Spir. Vit. aur.* *Gargarism.* *Linctus.* *Victus.*

X. 70. 6. Mulier, 30 annorum, gravi Orthopnœâ ac Anorexiâ afflicta, Urinam ostendebat spumosam & turbidam. ℞. *Vini Sublimati nostri* ℥ j. Hoc epoto, per os & alvum purgata fuit, malaque prædicta remissiora facta sunt. Sequenti die iterum ejusdem Vini ℥ j. dedi: quo biles & phlegmata crassa, tenaciaque vomuit. Atque in horas rectiùs habuit & revaluit.

Vinum subli- mat. Pantonosagog.

X. 75. 7. Vidua 50 annos nata, passa fuit Asthma, Orthopnœam, Tussim, Inappetentiam, per longum tempus: cujus lotium spumosum & turbidũ apparuit. ℞. *Trochis. Alhandal* ʒ j. *Aq. mulsæ* ℔ j. *Fiat infusio pro* 3. *vicibus colandis.* Infusũ hoc, permulta & varia alvo deturbavit, ac ita intra triduũ, remotis omnibus prędictis vitiis, illa benè valere cœpit. Cibi fuêre *juscula, aliaq; liquida.* Potus *decoctum Hordei Saccharatum.*

Purg. infus.

Victus.

SPUTUM SANGUINIS.

I. 33. Puer natus annos 12, ab equo calcitrone graviter percussus, doluit, difficulter spiravit, sanguinem rejecit, & vehementer ægrotavit. ℞. *Aq. Bened. Aq. Cerefolii an.* ℥ ß. *M.* Hoc epoto, rectè purgatus est, tam ore quàm alvo, ac protinus rectiùs habuit. Latus affectum, tertiâ quâq; horâ inunctum fuit, hoc seq. ℞. *Dialth.* ℥ ij. *Ol. amyd. dulc.* ℥ ß. *M. f. Vngu.* quo dolor mollitus & lenitus est. Pro potu suasi *decoct. Cerefolii cum Passulis & Liquiritia.*

Aq. Bened.

Vnguentum.

Victus.

PERI-

PERIPNEUMONIA.

1. Senex 72 annorũ, gravissimis & exitialibus affectibus, Peripneumoniâ, Asthmate, Sputo sanguinis & Siti cruciabatur. ℞. *Spir. Vitæ aur.* ℥ j. Hanc deploratus manè sumpsit, & sequuta est felicissima malignorũ & tenaciss. humorũ excretio, tam per superiora quàm per inferna. Tertio die, tantundẽ hausit, cũ successu felici. Quinto die *venã Nigram* secari curavi; & septimo, velut à mortuis suscitatus, convaluit. Potus fuit *decoctũ Hyssopi.* VI. 14. *Spir. Vit. aur.* *Ven sect.* *Victus.*

2. Studiosus, añno ætatis 19, incidit in Peripneumoniam spuriã, conjunctam cum Asthmate, Tussi, Fœtore oris assiduo, Anorexiâ, & Febre lentâ symptomaticâ, quę adeò confecit adolescentem, ut in hecticâ penè deduxerit. Hic priùs, neoterici cujusdam medicastri, operosam quidẽ, sed stultam manũ, expertus fuerat: & licet multis deploratus videretur, tamẽ, Divinâ clementiâ aspirante, meâ manu sanatus est in hunc modũ. ℞. *fol. Sennæ mund.* ℥ j. *Cinam. el.* ʒ ij. *Sacch. candi* ʒ vj. *Bulliant hæc simul in* ℔ iiij. *per horæ quadrantem.* Hujus bibit manè & vesperi horâ ante cœnã ℥ v. diebus continuis, quousq; Infusum exhaustum fuit. Finitâ largâ & molli hac evacuatione, *vena Mediana* dextri cubiti incisa fuit. Inde, symptomatibus mitigatis, meliùs habuit. Alterâ abhinc septimanâ, ad vitia hæc pectoris penitùs exhaurienda, ipsi calidè exhibitæ sunt *Aq. Terræ Sanct.* ℥ v. Hujus efficaciâ VII. 50. *Infus. purg.* *Ven. sect.* *Aq. Terræ Sanctæ.*

ciâ multùm ſudavit, & malignos humores ſimul evomuit. Sequenti die, ejuſdem Aq. tantundem accepit, ac in lecto contectus, iterum ſudavit, cum morbi & Symptomatum conſpicuo levamine. Præterea, ad pectoris vitia expurganda, uſus eſt creberrimè
Linctus. *Linctu* in Append. deſcripto. Tandem ad curationis complementum, ſumpſit manè, &
Elect. è Zizib. iturus cubitum, *Electuar. è Zizibis* ℥j. quod in pectoris vitiis apprimè utile eſt. Atque his,
Victus. perfectè ſanatus eſt. Cibis *concoctu facilibus, in caliditate, frigid. humidit. & ſiccitate mediocribus*, eſt uſus: Potu, *Decocto hordei ſaccharato.*

X. 43. 3. Uxor cujuſdam, 75 annos nata, lethali correpta fuit Peripneumoniâ, quam indicarunt ſequentia ſigna: Febris acuta continua, difficilis Anhelitus, Tuſsis graviſsima, Pectoris gravitas, Sputū ſpumoſum, cruentum, flavum: Cibi faſtidium, Sitis immenſa, Impotentia totius corporis: Urina ſpu-
Purgat. moſa & rubra. ℞. *Syr. Viol. ſolut.* ℥iiij. *Aq. Cichor.* ℥ij. *M. f. hauſtus:* quo rectè & optimè evacuata eſt, & urina naturalis reddita, omniaque facta ſunt remiſsiora. Tertio die pòſt, iterum hauſit eundem, ac indies poſtea bonam ſanitatem conſequuta eſt. Cibi fue-
Victus. re *liquidi:* Potus, *Lac amygdal. dulc. paratum ex colatura Furfurum, & Man. Chriſti ſimpl. dulcoratum.*

PLEU-

PLEURITIS VERA.

Quæstio, Vtrùm purgandum in Pleuritide?

PLeriq; Medicorum, præter Eccoprotica, vix validiora purgantia Pleuriticis porrigenda tutum putant. Sic enim ſonat eorũ Regula: (ut hæc, ſic aliȩ penè omnes nõ ſatis enucleatæ) *Diligentiſſimè in Pleuritide obſervandum, inquit, ne validum medicamentũ purgans offeramus. Contingit enim, virtutẽ multùm indè debilitari: ſanguis præterea, magis ut fluat, hujuſmodi purgante medicamento irritatur.* Quid veri falſique huic Medicorum Maximæ ſubſit, diligentiùs conſiderabimus; non authoritatibus, quibus citra rationẽ ſe tueri plùs quàm puerile, ſed rationis atque experientiæ armis muniti. Conſtat, Pleureſin aliam eſſe levem, aliam gravem: aliam veram, aliam notham: aliam denique fientem, aliam factam. De nothâ & ſpuriâ pleureſi, nemo rectè dubitat, quin ea ſit φαρμακείᾳ potiùs, quàm φλεβοτομίᾳ, tollenda. Sed de vera, ejusque differentiis, jam enumeratis, controverſia eſt. Etiamſi in phlegmone verâ, ingens ſit morborum & ſymptomatum συμπλοκή: ut, imperies & dyſcraſia calida, eaque materialis, ſanguinis copiâ & exuperantiâ conſtans; tumor præter naturam; ἔμφραξις & obſtructio, &c. illi tamen affectus, non poſtulant peculiarem curationem: quia non eâ ratione, quâ affectus ſunt & morbi, hîc concurrunt,

runt, ſed prout rationem habent Symptomatum, quibus non peculiaris curatio convenit; quippe quæ ſponte, ſublato morbo, recedant & evaneſcant. Si namque repletionem illam partis inflammatæ, quæ indicat evacuatione͂, ſuſtuleris, reliqua omnia mala, ſponte evaneſcent: cùm illorum etiam cauſa ſola fuerit partis repletio. Quare, illâ evacuatâ, reſtinguitur calor, dyſcraſia calida; utpote quæ à calido humore, qui jam eſt evacuatus, fuerit cauſata: ceſſabit ſtatim co͂tinui ſolutio, ſublatâ ſanguinis copiâ, quæ diſtendere, & divellere quaſi partis continuitate͂ ſolet: recedit aſperitas, & propter calorem reſtinctum, & humoris, aſperitate͂ facientis, abſumptionem: conquieſcit denique, omnis quæ aderat, tum obſtructio, tum meatuu͂ & pororum anguſtia. Quia itaq; co͂memorati affectus omnes conjungebantur, ut ſymptomata quædam excitata, à partis nimia repletione, quæ ſola, morbi & affectus ratione͂ ſuſtinuit, utiq; illâ repletione ſublatâ per evacuationem, meritò ſponte ceſſant & ſolvuntur illa; nec peculiare aliquid, pro ſui depulſione, requirunt: ſed manet etiamnu͂, unicus ille evacuationis ſcopus, cujus Gal. in lib. Artis parv. cap. 95. meminit. Siquidem conſtat, etia͂ alios quandoq; affectus, qui reverâ morbi ſunt, & ut morbi ſunt peculiares indicationes exhibent: eas tamen non exhibere, ſi non ut morbi, ſed ut ſymptomata quæda͂, ad alios

alios affectus consequantur: ut, si cum Pleuritide febris copulatur, nihil ipsa per se indicat, sed curato affectu principali, spontè illa solvitur; etiãsi ipsa febris aliâs, si affect⁹ solitarius fuerit, certas indicationes nobis exhibeat: ut sic distinguere omnino oporteat cõplicatos affectus, & videre, nũ affectus, an tantùm symptomatis rationem habeant. Porrò Pleurisis, ut & alię inflãmationes, pro causa habet repletionẽ, seu sanguinis copiã & exuperantiã; qui sanguis, duplici modo, causę rationem & vim sortitur: vel enim est causa tantùm antecedens, quatenus videl. etiamnum influit, & influere potest; vel est causa conjuncta, quæ nõ consideratur eo respectu, quatenus adhuc aliquid affluit, vel affluere potest, sed quatenus tenaciter jam fluor impactus est. Pro qua causarũ ratione, alia atq; alia facienda sunt. Siquidem causam conjunctam respicientes, evacuationem simpliciter adhibemus, ut omnimodò impactum fluorem evacuemus ex particula inflãmata. Sed quum causam antecedẽtem consideramus, θεραπείαν καὶ προφύλαξιν simul adhibemus, repellentes nimirum, & evacuantes: quemadmodum talis quoque causa antecedens, partim ex fiente, partim ex facto, est composita; & illius ratione, προφύλαξιν, repellendo nim. & adstringẽdo fluxum; hujus verò respectu, θεραπείαν, evacuãtes scil. id, quod factũ & impactũ est, adhibemus. Causę ergo conjunctę

ipsius

ipſius morbi, nĕpe τῆ φλεγμονῆ, propriè competit ἴασις, quæ evacuatione perficitur. Quicunque enim morbi ex repletione fiunt, evacuatio ſanat, & aliorum contrarietas, teſte Hipp. lib. 1. aphoriſ. Sed quo pacto illa repletio tollatur, & quâ ratione humor, repletionem faciens, evacuari poſsit, ac debeat, num per Venæſectionem, an Purgationem, an per Scarificationem, aut aliam evacuationis ſpeciem; de hoc non convenit inter Medicos. Sanè cùm id, quod in parte inflammata continetur, & cauſæ conjunctæ rationem obtinet, eſt ἀνομοιομερὲς, & aliæ in eo ſunt partes craſſæ, terreſtres nimirùm, & aquoſæ magis: aliæ tenuiores, ut aërea & ignea, (ex his ſiquidem ſanguis omnis, ceu quatuor diverſos humores in ſe continens, conſtat) meritò craſsiores illæ portiones, ſenſibili vacuatione egent: tenues autem, in vapores converſę, inſenſibiliter evacuari poſſunt. Etenim, tenues iſtę partes, magis attenuantur & reſolvuntur, ut jam, depoſitâ priori ſpecie, in vapores tranſeant & concedant, propter calorem ſcilicet tum noſtrum, tum medicamentorum διαφορετικῶν, qui hoc pacto humidum quodque attenuare, & in halitus convertere poteſt. Senſibilis autem vacuatio illa cauſæ conjunctæ, nulla eſſe poteſt commodior, quàm ipſa purgatio idonea, eaque validior. Eccoprotica ſiquidem, & mitiora, è prima duntaxat corporis regione: medio-

cria,

ctria, è vaſis majoribus: valentiora, ex corporis habitu, ſingulisque partibus, evacuant. Si igitur περιττὸν illud heterogeneum, partim in habitu corporis, extraque vaſa, partim intra vaſa conſiſtens, evacuandum erit, validiora profectò pharmaca requiruntur, quàm eccoprotica & clementiora ſunt; quorum vis ante liqueſcit, quàm humorem τῇ φλεγμονῇ impactũ pertingat. Quò enim pars quæque diſtantior, quæ malum fovet propulſandum, eò difficiliùs medicamento cedit. Major quippe in propinquum vis eſt: in diſtans, minor. Nec video, quid mali vel periculi impendeat ægrotanti, ſi is convenientem purgationem, eamque validiorem, tutam tamen, & longo uſu comprobatam, accipiat à Medico docto. Sanguinis miſsio, ut dictum, competit cauſæ tantùm antecedenti, quâ per retroceſſum, & ſanguinis translationem ex ipſis minimis venulis & arteriolis, quas replet & diſtendit, ſanguinis illam redundantiam ſubtrahimus, & revellendo diminuimus. Nec putandum, elapſum humorem illum, qui immediatè progeneravit phlegmonem, in venas ſubire, & reſumi: ſed per ſputa, ut plurimùm, vel evaporationem, vel (quod tutius & melius) per purgationem validam, tutam tamen, educi commodè. Irritari purgatione ſanguinem & cieri, Medicis, à regula citata ſtantibus, concedimus: ſed ita irritari, ut phlegmonem au-

geat, vel novam progignat, pernegamus. Quandoquidem, ut fusio & colliquefactio sanguinis, sic & perturbatio, & agitatio ejusdem, phlegmonem nunquam progignet; nisi simul copia & exuperantia, (quæ jam, per antegressam Venæ sectionem, evidenter est diminuta) assit ipsius sanguinis, qua pars inflammata, præter naturam repletur, atque distenditur: ut Gal. multis *φαινομένοις* atque rationibus, idipsum testatur. Quòd si (de quo tamen adhuc controversia meritò) à tenui & bilioso sanguine, citra exuperantiam, pleuritidē fieri statuamus: tamen, purgationis convenientis exhibitione, tantum abest, Pleuritidem incrementum sumere: ut potiùs, holagogo vel hydragogo, serositatem & tenuitatem sanguinis, pleuritidem generantem, tollente, illam ipsum tutò, citò, & jucundè propulset, ægrumque in pristinum sanitatis statum restituat. Frustra debilitatem ægri objiciunt, quam sentiri affirmant ex Pharmaco. Si namq; *ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, συμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι:* cur debilitatem & virium jacturam sentiet ęger, pharmaco idoneo, causam morbi & infirmitatis evellente? Ipsi videant, quo pacto se tueri queant: si ex sinistra pharmaci exhibitione *δυσφορία*, cum virium dejectione, & graviore Symptomatum molestiâ, sequatur. Ridiculum, & valde puerile argumentum,

quo

quo instant: Pharmaco pleuriticis, ad causam conjunctam evacuandam exhibito, sputum impediri, adeoque naturæ conatum interpellari. Quid tum posteà? An non satius, fœtidam atque corruptam, causæ continentis, materiam per alvum & urinam (quam evacuationem natura ipsa sponte molitur) evacuari: quàm per pulmones, & hinc per asperam arteriam, sputi formâ? An non sæpissimè περιπνευμονίας, tabem, & alia gravia πάθη, sputi pleuriticorum excreationi succedere, præter Hipp. in Aphorism. ipsa testatur experientia? Quæ omnia mala, ritè administratâ purgatione præcaventes, amoliri possumus, & debemus. Sed satis de hac materia, cujus perfunctoriâ discussione, nequaquam Medicis carnificinam, ἐν τῇ φαρμακείᾳ exercendi, fenestrâ aperire volumus, ostensuri veram duntaxat & tutam pleuritidi medendi rationem. Fusiùs de hac materia, ut & de aliis omnibus quæstionibus medicis controversis, agemus in Sectionibus nostris, quæstionum Medicarum Physicarum.

---

1. Quidam 30 annorum, Pleuritide correptus, primò sumpsit Vomitivum seu Ruptorium. ℞. *Aq. Bened.* ℥j. *aq. Card. bened.* ℥ß. *M. pro potu:* quo ore & alvo multùm evacuatus, apostema ruptum, dolorque lateris levatus fuit. Dein, sequenti die, sanguinem copiosè emisit, ex *venâ Internâ* ejusdem late- *I. 14.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.*

ris, & æger inde rectiùs valuit. Victus ratio
Victus. fuit *refrigerans temperatè, & humectans*: Potus,
decoct. Hordei saccharatum. Et his paucis adhibitis, intra 4 dies sanus evasit.

I. 18. 2. Alium 52 annos natum, Pleuriticum
Extr. Esulæ. factum, seq. sanavi. ℞. *Extr. Esulæ* ℈ *ij. Seri lact.* ℥ *iij. F. haustus*: quo rectè multumque ore & alvo evacuatus, postmodum meliùs habuit.
Victus. Cum cibo *humectante ac refrigerante*, Potui dedi *decoct. Card. Mariæ & Passular.*

I. 23. 3. Virgo, anno ætatis 32, ex Pleuritide cum Sputo sanguinis, illicò sana evasit per
Aq. Bened. sequētia. 1. ℞. *Aq. Bened.* ℥ *j. Aq. font.* ʒ *vj. Syr. Viol. solut.* ℥ ß. *M. pro potu*: quē frigidè bibit, & rectè evacuata tam ore quàm alvo fuit. 2. Postri-
Ven. sect. die *vena Hepatica* lateris affecti secta est, &
Victus. sanguis ex eâ copiosè missus. Potus in mensa erat *decoctum hordei saccharatum.*

I. 35. 4. Civis quidam, vir 30 annorum, Pleuritide affectus, citò sanatus est, per hæc. 1. ℞.
Aq. Bened. *Aq. Bened.* ℥ *j. Aq. Card. Mar.* ℥ *j. M.* Hęc potio pur-
Ven. sect. ganda expurgavit. 2. Postero die, è *venâ Hepaticâ* in affecti lateris cubito incisâ, mul-
Victus. tus sanguis missus est. Potus fuit, *decoctum Card. Mar. cum Passulis.*

I. 36. 5. Similiter alius Pleuriticus, 40 annos natus, per eadem restitutus est. Nam 1. sum-
Aq. Bened. psit *Aq. Bened. & aq. fontis an.* ℥ *j.* ac rectè per os & alvum purgatus fuit, meliusque habuit.
Ven. sect. 2. Altero manè, ex *venâ Basilicâ* in læsi lateris cubito incisâ, sanguinem copiosè misit.

Po-

Potus pro ſiti reſtinguenda fuit, *decoctum* *Victus.*
Hord. Card. Mar. Paſſul. Liquirit. Ficuum & Sacchari.

6. Fœmina, anno ætatis 41, Pleuritide *I. 41.*
correpta eſt: nam pungens dolor lateris, febris continua, acuta, ſpirandi difficultas, Tuſsis, &c. eam exercuêre. Hæc, absque ſanguinis miſsione, curata fuit, per ſolam ſuavem potiunculam ſeq. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. Bened.*
Aq. Card. Mar. Syr. Viol. ſolut. an. ℥ ß. *M. f. hauſtus:* quo per os & alvum purgata fuit, pro optato fine. Potus reliquus fuit, *decoctum Hordei* *Victus.*
Saccharatum.

7. Quidam Civis, 26 annos natus, ex *I. 42.*
Pleuritide graviter decubuit; quem, Deo aſpirante, in perpaucis diebus, ſanum feci, in hunc modum. ℞. *fol. Sennæ mund.* ʒ vj. *Card.* *Infuſum præparans & ſolvens.*
bened. M. ß. Sacch. ℥ ß. *Zingib.* ʒ ß. *Infundantur per noctem in ferventis Seri lact. caprin.* ℔ j ß. Hujus ℥ iiij. manè & veſperi, ſumpſit calidè: unde alvus rectè ſoluta, ſputum facilè evocatum, pectus dilatatum & abſterſum fuit: ipſeque æger, continuò meliùs habuit. Poſt tertium diem, *vena Hepatica* inciſa eſt. Potus in men- *Ven. ſect.*
ſa fuit, *decoctum Hyſſop. Violar. Liquirit. cum Paſ-* *Victus.*
ſul. & Sacch.

8. Uxor cujuſdam, circa ætatis annum *I. 55.*
40, Pleuritico morbo corripiebatur, accedente Linguæ vehementi ardore, & Alvi conſtipatione per 8 dies durante. ℞. *Extr.* *Extr. Eſulæ.*
Eſulæ ℈ ij ß. *Decoct. Sennæ* ℥ iij. *Cõmixta ſumebat,*

& mox per os atque alvum multa variaque reddens, illicò rectiùs habebat, dolore cum omnibus Symptomatis remittente. Linguæ
Gargarism. ariditas & nigredo removebatur, 1. Gargarismate. ℞. *Sempervivi M ij. Decoq. in aquæ ℔ ij. ad tertias. Juri colato adde Aceti ℥ ij. M. fiat Gargaris.* Hoc calidiusculè utebatur sæpiùs in
Linctus. die. 2. Linctu *Mellis rosati*, post Gargarisationem.
Victus. Victus ratio erat, *humectans & refrigerans*: Potus, *decoctum Hordei, in Append. descriptum.*

L. 57. 9. Vidua nata annos 58, conflictata est Dolore laterali gravi ac pernicioso: quem vehementia Symptomata, præsertim Vomitus creber, & Anxietas circa præcordia,
Aq. Bened. comitata sunt. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. fontis tantundem, M.* Bibit manè frigidè, & paulò pòst egessit ore & alvo, vitiosa multa atque varia: quibus excretis, vomitus suppressus, & dolores illicò sedati sunt. Altero post pur-
Ven. sect. gationem die, per *venæ Medianæ* sectionem, sanguinis ℥ viij detractæ fuêre: & ipsa integræ sanitati restituta.

L. 59. 10. Quendam 28 annos natum, lateris Inflammatione affectum, sanum feci, Deo an-
Sudorifer. nuente, per hoc solum hydroticum. ℞. *flor. Centaur. min. M ij. rad. Asari* ℥ j ß. *Decoq. in s. q. aquæ, ad dimidias.* Ex decocto hoc, ℥ v. calidè dedi potui ipsi pleuritico, ut quotidie in lecto benè coopertus sudaret. Sicque intra septem dies ex toto convaluit.

11. Ce-

11. Cerevisiarii Uxor, año ætatis 31, Pleuritica est facta. ℞. *Vngu. Dialth.* ℥ ij. *Ol. amygd. dulc.* ℥ ß. *M.* Hoc Unguento tertiâ quaq; horâ latus affectum inunxit, & dolor mitigatus est. Inunctione lateris bis adhibitâ, *Aq. Bened. & Aq. font. an.* ℥ j. *dilutas bibit*, & multis alvo & ore rejectis, dolor quievit. Ut autem penitus à malo liberaretur, sequenti die manè multum sanguinem emisit, per sectionem *Basilicæ* in affecti lateris cubito. Porrò, ante & post cibum, frequenter usa est Looh sano & experto. Victus fuit *humectans & refrigerans*: Potus *decoctum Hordei in Append. descriptum.* *I. 62.* *Vnguent.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.* *Victus.*

12. Pro Adolescente, 14 annorũ, Pleuritico, ℞. *Extracti Esulæ* ℈ j. *Aq. Card. Mar.* ℥ iij. Diluta hæc exhausit, & nõ diu pòst, ore ac alvo peccantem materiam reddidit, & mox convaluit. Potus fuit, *decoctum Hordei in Append.* *I. 64.* *Extr. Esulæ.* *Victus.*

13. Civis cujusdam Uxor, 44 annos nata, à Pleuritide liberata fuit in uno die, per seq. potionem. ℞. *Aq. Bened. Aq. font. an.* ℥ j. *M.* Bibit, & ore ac alvo rectè purgata, valuit. *I. 65.* *Aq. Bened.*

14. Vir 42 annorum Pleuriticus, ex eâdẽ potione, frigidè assumptâ, multùm evomuit, alvoque optimè solutus est, ac rectè valere cœpit. Sed ad confirmandam valetudinem, sequẽti die, ex *venâ Communi* sectâ, sanguinem copiosè evacuavit. *I. 66.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.*

15. Alius, 30 annos natus, à Pleuritide vindicatus est perfectè intra 9 dies, per se- *I. 68.*

Vnguent. quent. 1. ℞. *Vngu. Dialth.* ℥ ij. *Ol. Amygd. dulc.* ℥ ß. *M. f. Vnguentum.* Hoc malè affectum latus *Aq. Bened.* tertiâ quâque horâ inunctum fuit. 2. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. font.* ʒ vj. *Diluantur.* Statim post primam inunctionem, istam potionem sumpsit, & ejus operatione, dolor lateris ex toto levatus fuit. 3. Tertio pòst die, sanguinem *Ven. sect.* misit è *vena Basilica* lateris affecti. Cum Cibis *Victus.* *humectantib. & refrigerantibus*, potus loco, bibit *Decoct. Hordei in Append. descriptum.*

I. 75. 16. Quidam, 30 ætatis anno, Pleuritide *Sudorif.* correptus est. ℞. *Card. Bened. M iij. Decoq. in s. q. aquæ ad dimidias.* Hujus decocti ℥ vj. sumpsit in lecto, calidè jejunus, & diu multumq; sudavit: continuavit sudationem per 8 dies, & intra hos ad sanitatem pervenit, absque Sanguinis missione.

I. 77. 17. Puella, 18 annorum, Pleuritica, 1. Pur- *Purgat.* gata est. ℞. *Decoct. pector.* ℥ j ß. *Syr. ros. sol. Mont.* ℥ ß. *Extr. Esulæ* ℈ j. *Elect. de succo Ros.* ʒ j. *M. pro potu:* quo assumpto rectè respondit alvus, & *Sudoriferū.* vomitus provocatus. 2. Per sequentes dies quinque, calidè bibit ℥ iiij. decoct. *Card. bened. M iij. in convenienti quantitate aquæ, ad dimidias:* & his manè epotis, stragulis contecta, multùm sudavit, ac omnino convaluit.

I. 81. 18. Fœmina, 41 ætatis anno, gravi Pleu- *Aq. Bened.* ritide correpta, sumpsit potionem seq. ℞. *Aq. Bened. Aq. Card. Mar. an.* ℥ j. *Syr. Viol. solut.* ʒ iij. *Diluantur pro haustu.* Hoc multa cruenta, & purulenta per os & alvum rejecit: ac disrupto

apo-

apostemate, eodem die febris remisit, punctori⁹ dolor desiit, spiratio facilis facta est, & Patiēs, leni tussi, de latere affecto, multa exscreavit. Atque ita, sine sanguinis detractione, ex morbo isto evasit. Interim, cum Cibo *humectante,* potus ordinarius fuit seq. ℞. *Card. Mar. Mj ß. Passul. ℥ ij. Decoq. in s. q. Aquæ, ut est artis: Percolata trajiciantur cum Conser. Rosar. per linteum rarum.* *Victus.*

19. Nobilis puer, 10 annorum, correptus est Laterali dolore. Nam continuò febriebat, ad costas graviter dolebat, tussiebat, ægrè respirabat, Capitisque magnum dolorem habebat. ℞. *Aq. Card. Mar. ℥ ß. Syr. ros. solut. ʒ v.* Dilutam hanc potionem frigidam, in aurora, ante cibum exhibui, per quinque continuos dies: qua multùm & facilè exscreavit, alvo mediocriter commotâ, putida ac corrupta multa egessit. Unde febris, Cephalalgia, dyspnœa, punctio lateris, &c. indies minui cœpêre. Interea cor, manus & pedes fovebantur per lintea, *in Aceti fortis & Aq. font. an. p. æq. mistis, imbuta:* quibus calor evocatus & evictus fuit, cum cæteris remediis. Tempora insuper manè & vesperi illinebantur seq. Unguento. ℞. *Vngu. Dialth. ℥ ß. Opii gr. ix. M. ad ignem. f. Vnguent.* Ex inunctione tali dormitare & quiescere cœpit. Diætâ regebatur *humectante & parùm refrigerante.* Potus erat seq. ℞. *Hord. mundi ℥ iij. Liquir. ras. ʒ j. Ficuum Num. v. Passul. ℥ j. Sacch. ℥ j. ß. Coq.* *II. 8.* *Potio.* *Fomentum.* *Vngu. hypnot.* *Victus.*

in s.q.aquæ ad tertias. Ac ita quidem, D.O.M. ope, in paucis diebus integræ sanitati restitutus est.

II. 18. 20. Monialis quædam, circa ætatis annum 31, in sævam Pleuritidem incidit: Nam præter Febrem, Tussim, Difficilem respirationem, & Dolorem in sinistro latere, passa est etiam Lipothymiam, & Alvi diuturnam
Liniment. obstructionem. ℞. *Vngu. Dialth.* ℥ ij. *Ol. Amygd. dulc.* ℥ ß. *M. ad ignem*; quæ mixta, singulis 2 horis lateri dolenti illinebantur: & postea locus perlitus fovebatur per linteum buty-
Ven. sect. ro recenti imbutum. Hoc facto, ex *vena Axillari* affecti lateris, sanguinis corrupti ℥ x extractæ; inde dolor levatus, & reliqua accidentia imminuta sunt. Ut autem citò, & o-
Sudorifer. mnino liberaretur: ℞. *fol. Card. bened. subtiliss. pulveris.* ʒ j. *Aq. Card. bened.* ℥ vj. *M.* Mixtura hæc, manè in lecto calidè hausta, copiosum provocavit sudorem: cujus usum quum per tres dies patiens continuasset, omnino libera evasit. Alvi constipationem removi
Glans. Glandibus. ℞. *Turpeth. Hermod. an* ℈ j. *Diagrid. gr. vij. Salis gr. v. Mellis q. s. M. fiant Suppositoria, instar digiti Indicis*: quæ butyro recenti illita, & inferiorib. indita, alvũ multùm duxerunt.
Victus. Victus regimen fuit, *humidum ac moderatè calidum.* Potus decoctum seq. ℞. *Card. Mar. M ij. Liquir.* ʒ ij. *Ficuum Num. v. Passul.* ℥ ij. *Sacch.* ℥ j. *Coq. in s.q. Aquæ, & colentur.*

II. 20. 21. Civis Uxor, ætatis anno 36, correpta est

est gravi Pleuritide, cui, invocato Deo, citò opitulatus sum per sequent. ℞. *fol. Sennæ à stipit. ac sordib. purgatæ* ℥ß. *Pastill. de Agar.* ʒ iij. *Cons. Rosar. & Bugloss. an.* ℥ j. *Aq. font.* ℔ ij. *Decoq. supra lentum ignem, ad tertias.* Manè, per continuos 4 dies, ex hoc decocto purgante colato, bibit ℥ iiij: quibus rectè multumque purgata fuit. Post completam Purgationem, secta fuit *vena Cardiaca, vulgò Mediana dicta, in lateris affecti, sinistri nempè, cubito:* ex cujus sectione, benè recteque valuit. Victus fuit *humectans.* Potus, seq. ℞. *Hord. mundi* ℥ iij. *Hyssop.* *M* j. *Rosar. Viol. an. P* j. *Liquir. ras.* ℥ß. *Passul.* ℥ iiij. *Decoq. in s. q. Aquæ, ut convenit.* *Purgat.* *Ven. sect.* *Victus.*

22. Quidam, 32 annos natus in Pleuriticum morbum incurrit: exercuerunt enim illum febris acuta; dolor punctorius, modò ad jugulum, modò ad præcordia tendens; frequens & exigua spiratio, tussis etiam ingens, cum screatu & sputo crueto, purulentoque. ℞. *Aq. Bened. Aq. Hyssop. an.* ℥ j. *Syr. de Hyssop.* ʒ iij. *M. pro potu*: quo epoto, per os & alvum rectè purgatus fuit, & se revalescere asseveravit. Latus dolore affectum, statim ab initio jussi, ut singulis tribus horis perungatur seq. Unguento, & peruncto loco lintea calida applicentur. ℞. *Vngu. Dialth.* ℥ ij. *Ol. Amygd. dulc.* ℥ß. *M. ad ignem in Linimentum.* Alterâ à purgatione die, *è Basilicâ venâ affecti lateris,* multum sanguinis extraxi: quo facto, morbus cum Symptomatis ex toto levatus fuit. *II. 25.* *Aq. Bened.* *Vnguent.* *Ven. sect.*

Cæ-

Victus. Cæterùm pro potu usus est seq. decocto. ℞. *Hord. mundi ℥ iij. Card. Mar. Hyss. an. M j. Liquirit. ℥ ß. Ficuum Num. vj. Vvar. pass. ℥ iij. Sacch. ℥ j. Decoq. in s.q. aquæ, ad tertias.*

II. 29. 23. Quædam años circiter 20 nata, Pleu-
Aq. Bened. ritidem passa, curata est sequentib. 1. ℞. *Aq. Bened. Aq. mulsæ, an. ℥ j. M.* Postquam hanc potionem bibit, mox, vomitu & alvo multùm citatis, lateris dolor remisit: ægra quoque saniosa & cruenta multa per screatum & tussim cum facilitate rejecit, & liberiùs spiravit: calore etiam febrili recedente, quievit, dormivit, ac indies rectiùs valere cœpit. Sequenti die, post apostematis disruptionem, à
Ven. sect. potione prædicta, factam, *vena Basilica dolentis lateris* aperta est, cum ægræ levamine. In
Victus. prandio & cœnâ, potus fuit seq. ℞. *Hyssop. sicci M j. Viol. P ij. Ficuum Num. vj. Liquir. rasæ ℥ ß. Passul. ℥ iij. Bulliant in aq. ℔ ix, ad ℔ j. consumptionem, & colentur.*

II. 42. 24. Molitoris Uxor, 34 circiter annos nata, sævissimâ Pleuritide correpta fuit: nam dolorem assiduum vehementissimum in latere passa est, & difficilimè respiravit, cum
Aq. Bened. febre & tussi. ℞. *Aq. Bened. Aq. font. an. ℥ j. M.* Bibit hæc frigidè: & paulò pòst, ore & alvo rectè multumque purgata fuit, & dolor illi-
Ven. sect. cò sedatus. Sequenti die, ex *venâ Medianâ lateris dolentis*, ferè libram sanguinis emisit: post hanc missionem, meliùs habuit. Abs-
Diæta. tinuit *à Motu & animi perturbationibus*: Cibo usa

usa est *tenui*: Potu *decoct. Hordei saccharat.* Atque sic, in paucis diebus, integram sanitatem consequuta est. L.D.

25. Rustici Uxor, annorum circiter 25, Pleuritica, præter alia accidentia, Sitim solito vehementiorem, Linguæ ariditatem, inflammationem ac nigredinem passa est. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. font.* ℥ j ß. *M.* Hac potione frigidè haustâ, apostema disruptũ, & cum multis vitiosis humoribus, per os eductum fuit; præterea, febris discussa, dolor solutus, & cuncta mitiora reddita sunt. Sequenti die, copiosum sanguinem misit, *è vena Communi cubiti sinistri,* in quo latere nempe dolor fuit, & inde longè melius habuit. Linguæ incendium restinctum est seq. ℞. *Semperv. M j. Aq. font.* ℔ j ß. *Aceti* ℔ ß. *M. Decoq. ad tertias.* Hoc decocto subcalidè gargarisavit crebrò. Diæta fuit *frigida, humida.* Potus, *Aqua sufficiens siti compescendæ*: in declinatione autem, *Vinum lymphatum aut imbecillum bibit.* Atque his curata est. *II. 44.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.* *Gargarism.* *Victus.*

26. Civis quidam, 28 annorum, Pleuriticus factus est: cui suasi 1. ut *Basilicam venam in brachio, latus affectum respiciente,* secari & multum sanguinem extrahi curaret: quo facto dolores soluti, reliquaque symptomata cum morbo mitiora reddita sunt. 2. Per sequentes septem dies, in lecto sudavit, assumptis calidè ℥ vj. seq. decocti. ℞. *Card. Bened. M iij. Conser. Rosar.* ℥ iiij. *M. Decoq. in s. q. aq. fontanæ ad* *II. 49.* *Ven. sect.* *Sudorif.*

dimi-

Victus. dimidias. Victus rationem observavit eam, quam aliâs Pleuriticis præscripsi. Sicque, ex horum usu, citò sanus factus est.

II. 52. 27. Senem quendam sexagenarium, à Pleuritico morbo liberavi, in hunc modum.

Ven. sect. 1. Jussi ut *vena Basilica ejus lateris, cui infixus erat dolor*, aperiretur: ex qua Venæsect. quievit dolor. 2. Sequenti die, dedi hunc potum.

Hydrom. Bened. ℞. *Hydromel Bened. Aquæ font. an. ℥ j. M.* Per quem cruenta, purulenta, aliaque ore rejecit, & ex insperato præsens auxilium sensit.

Victus. Cæterùm, cum Cibis *humectantibus* in mensa bibit decoct. seq. ℞. *Card. bened. M iij. Aq. font. q. s. Decoq. more solito & colētur. In colatura dissolv. Cons. Violar. Iterumq; colentur.*

II. 53. 28. Rustici Uxor, circa ætatis annum 29, Lateris inflāmatione, & Vermibus in Ven-

Extr. Esulæ. triculo genitis, infestata est. ℞. *Decoct. Absynth. vulg. ℥ v. Extr. Esulæ ℈ ij.* Diluta & colata hæc, bibit manè, jejuno ventre, & per os omnes vermes, per alvum verò multa fœtida ac pituitosa ejecit. Tertio die, exhibui seq.

Hydrom. Bened. ℞. *Hydromel. Bened. Aquæ font. an. ℥ j. M.* Hoc haustu pleuriticus morbus propulsatus fuit, & illa ad integram sanitatem rediit.

II. 57. 29. Adolescens 20 annorum, gravi Pleuritide correptus fuit, cum Capitis vehemen-

Aq. Bened. ti dolore. 1. ℞. *Aq. Bened. Aq. font. an. ℥ j. M.* His epotis, rectè purgatus fuit, tam ore quàm alvo, & inde meliùs habuit. 2. Postridie, Sectio

Ven. sect. *venæ Internæ, in cubito lateris affecti*, administra-

ta

ta fuit, quæ multùm profuit. 3. Verùm post paucos dies, accidentibus, utpote Anhelatione, tussi, &c. redeuntibus, exhibui hoc. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ iij ß. *Diaphœn.* ℥ ß. *Troch. de Agar.* ʒ j ß. *M. f. haustus.* Hoc calidè epoto benè purgatus est, & ab illis Symptom. liberatus. *Purgans haust.*
4. Contra Capitis calorem & dolorem, ℞. *Aquar. Rosar. Solatr. Semperv. & Bursæ pastor. an.* ℥ iij. *M.* His aquis lintea imbuta, applicentur crebrò fronti atque temporibus. In mensa bibit decoctum hoc. ℞. *Card. Mar. M* ij. *Liquir. ras.* ℥ ß. *Passul.* ℥ iiij. *Decoq. in s. q. aquæ, ad tertias.* His factis, brevî sanitatem pristinam recuperavit. *Epithema.* *Victus.*

30. Æditus quidã, natus annos 28. gravi & lethali Pleuritide, cum Capitis magno dolore afflictus. 1. Bibit seq. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. font.* ℥ j ß. *M.* quo multùm per vomitus purgatus est, ac illicò meliùs habuit. 2. ℞. *Absynth. M* j. *Puleg. M* ß. *Contundantur & macerentur in Aceti & Aquæ an. p. æq.* Ex his inter duo lintea, tres digitos lata, positis, paratum est spleniũ longum, ab una aure ad alteram pertingens: quod manè atque serò fronti applicatum, protinus dolorem sopivit. 3. Sequenti die, post purgationem, Sanguis copiosè detractus fuit, ex *Basilica* ejus lateris, quod dolorem sustinebat: quæ Venæs. multùm profuit, & ægritudinem omnino repulit. In mensa, loco Vini, usus est est decocto seq. ℞. *Card. Mar. M* j. *Liquir. ras.* ʒ ij. *Passul.* ℥ ij. *Sacch.* *II. 58.* *Aq. Bened.* *Epithema.* *Ven. sect.* *Victus.*

candi ℥ *j. Decoq. in Aqua q.ſ.* Sicque ex Dei voluntate, priſtinæ incolumitati mox reſtitutus eſt.

II. 60. 31. Civis cujuſdam Uxor, in puerperio, acutiſsimâ Pleuritide oppreſſa fuit, cum reſpiratione adeò difficili, ut non niſi rectâ cervice & magno cum conanime ſpirare poſ-

Aq. Bened. ſet. Hæc, invocato Deo, bibit ſeq. ℞. *Aq. Bened.* ℥ *j. Vini* ℥ *jß. M.* Quo apoſtema mox ruptum, & dolor ſolutus eſt, ipſáque vomitu purgata, facilè ſpiritum traxit, & intra unius diei ſpatium, abſque Venæſectione, curata eſt optimè, & quaſi miraculosè. In menſa

Victus. potus dabatur, *Vinum dilutum, Vinum paſſul. & Aqua ſaccharata.*

II. 70. 32. Virgo monialis, ætatis anno 31, graviter & periculosè, Pleuritide detinebatur.

Antidot. Stechwaſſer. 1. ℞. *Aq. Card. Mar.* ℥ *vij. Ol. Vitrioli q.ſ. ad potionem ſubacidam reddendam, M. benè.* His epotis, dolor multùm quievit. 2. Altera die, Sangui-

Ven. ſect. nem ad ℥ x miſit, ex *vena Hepatica* in cubito lateris affecti: quæ ſanguinis miſsio ad dolorem penitùs ſolvendum multùm conduxit. 3. Statim poſt Venæſ. per quinque ſequentes dies continuos, in lecto affluenter ſudavit, manè bibendo ſequent. hauſtum ca-

Sudorif. lidè. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. pulv. Card. bened.* ʒ *j. M.* Quæ antea deplorata decubuerat, paucis iſtis medicamentis, perfectè intra non mul-

Victus. tos dies curata eſt. Diæta interea fuit, *humectans.* Potus ſeq. ℞. *Card. Bened. M ij. Liquiraſ.*

raſ.ʒ iij. Ficuũ Num.v.Paſſul.℥ ij. Sacch.cand.℥ j ß. Coq.in ſ.q.aquæ font.ut convenit.

33. Virum, anno ætatis 51, Pleuriticum factum, intra paucos dies, cum Deo, reſtitui his ſequent. 1. ℞. *Vngu. Dialth.℥ ij.Ol.Amygd. dulc.℥ ß.M.ad ignem.* Hoc Ungu.ſingulis 2 horis, latus affectum perunxit. 2. Poſt repetitam crebrò inunctionem, præbui ſeq. ℞. *Aq. Bened. Aq.Card. Mar.an.℥ j. Syr. de Liquir.ʒ iij.M. f.hauſtus:* quo vomica rupta, & ſputum multum purulentum ac cruentũ eductum, cum facilitate, fuit. 3. Evacuationem hanc ſequenti die manè, ex *venâ Medianâ,* lateris malè affecti, copioſus ſanguis detractus, & inde dolor ſopitus fuit, ipſeq; æger bonam quietem habuit, ſeque ſanum eſſe affirmavit. Regimen victus fuit *humectans, & moderatè calefaciens.* Vini loco bibit decoct.ſeq. ℞. *Hord. mundi ℥ iij.Card.Mar.Hyſſ.an.M j.Roſar.rubr.Viol. an.P j.Liquir.raſæ ℥ ß. Ficuum Num.v. Paſſularum ℥ iij.Sacch.candi ℥ j. Decoq.in ſ.q.aquæ font.ut convenit.*

II. 82. *Vnguentum.* *Aq.Bened.* *Ven.ſect.* *Victus.*

34. Ruſtici cujuſdam Uxorem, 54 annos habentem, gravi & exitiali Pleuritide affectam, per Dei manum ſanavi, ſeq. 1. ℞. *Aq. Bened.℥ j.Aq.Card. Mar.Syr.de Praſſ.an.℥ ß.* Mixta hæc hauſit, & paulò pòſt, plurima & varia, tam vomitu quàm ſeceſſu, rejecit: ac confeſtim ſe convaleſcere, L. D. teſtata eſt. 2. Ad roborandas vires, crebrò ſumpſit de ſeq. mixturâ. ℞: *Conſ.Roſar.& Bugloſſ.an ℥ iij. In-*

II. 87. *Aq. Bened.* *Analepticũ.*

Victus. *corporentur cum Vino Cretico.* In prandio & cœna, loco vini, bibit decoctum seq. ℞. *Hyss. Meliss. an. M j. Liquir. ras. ℥ ß. Vv. tr. pass. ℥ iij. Ficuum Num. v. Sacch. candi ℥ j. Decoq. in aqua s. a.*

II. 88. 35. Aliam Rusticam viduam, 60 annorum, Pleuriticam factam graviter, paucis seq. remediis, σὺν θεῷ restitui. ℞. *Aq. Card.*
Extr. Esulæ. *Mar. ℥ v. Syr. ros. solut. ℥ ß. Extr. Esulæ ℈ ij.* Diluta hæc, coloque trajecta manè bibit, & rectè purgata fuit, atq; intermissa Venæsectione,
Victus. statim benè valere cœpit. Diætâ usa fuit *calefaciente & humectante*: In potu decoct. seq. ℞. *Card. Mar. M iij. Liquir. ras. ℥ ß. Passul. ℥ ij. Sacch. cand. ℥ j. Coq. in aq. font. ut artis est.*

III. 6. 36. Virgo, 15 annor. Dolore lateris pungẽte exercebatur, cum tussi & difficili respi-
Aq. Bened. ratione, urinâ alioquin bonâ existente. ℞. *Aq. Bened. nostræ ℥ iij.* Hac epotâ, in lecto benè contecta sudavit multùm, & alvo purgata, statim meliùs habuit, atq; intra triduum convaluit.

III. 14. 37. Rusticus 40 años natus, gravi Pleuritide affectus fuit, cum Ardore linguę. Huic
Ven. sect. 1. *In cubito affecti lateris, ex Hepaticâ venâ,* copiosè sanguis eductus est: quâ evacuatione punctiones, Asthma & Febris, remisêre. 2. Sæpè, maximè verò instãte tussi, assumpsit
Linctus. *Linctum in Append. descriptum*, paularim lambendo: Cujus, ut & sequentis decocti usu, sputum facilitatum & expurgatum, ac lin-
Victus. guæ ardor sublatus est. Cibus fuit *levis & tenuis, ut juscula.* Potus, decoctum, quod ℞.

Hord.

Hord.℥ iij. Card. Mar. M j. Rosar. Viol. an. P j. Liquiritiæ ʒ iij. Ficuum Num. iij. Passul.℥ j ß. Sacch. candi ℥ ij. Coq. in Aq. ℔ xvj. ad consumpt. ℔. ij. Colatum bibit frigidè ad satietatem. Atque sic ex toto sanus mox evasit.

38. Caupo quidam in pago, circa ætatis annum 50, sævissimâ Pleuritide correptus fuit, Dolore punctorio valdè molesto, ad hypochondrium & claviculam se extendente: Ad frequentem spirationem, febrem continuam & tussim siccam, etiam Ariditas linguæ, Sitis intensa, & Vigiliæ accesserant. Lotium fuit subrubens, paucum, turbulentum & spumosum: Pulsus frequens, durus & inæqualis. ℞. *Aq. Bened. Aq. font. an.℥ j. Syr. Viol. ʒ iij. M. pro haustu.* Quo epoto apertus est abscessus: vomuit enim multùm, & per tussim, sputa purulenta & variè colorata, rejecit. Inde dolor, febris, & cætera Sympt. decreverunt. Sequenti die *Venæ Basilicæ* sectio adhibita est, *in cubito lateris affecti*, & multum sanguinis extractum; unde omnia facta sunt remissiora. Quod ad diætam, jussus est decumbere in *Aëre temperato.* Cibo *levi & tenui vesci, ut jusculis carnium, gallinarum, pisorum &c.* Pro potu seq. decoctum bibere. ℞. *Hord. mundi M iij. Viol. P ij. Liquir. ℥ ß. Jujubarum ℥ j. Sebesten. ℥ ij. Card. bened. M j ß. Fiat omnium decoct. in s. q. Aquæ ad ℔ xij. Colaturæ adde Sacch. Violati ℥ iij.* Corpori præterea *quies* imperata fuit. Atque his in perpaucis diebus convaluit.

III. 18. *Aq. Bened.* *Ven. sect.* *Diæta.* *Decoctum præstans in Pleuresi.*

III. 22. 39. Fœmina marito juncta, circa ætatis annum 37, desperatâ Pleuritide laboravit; Urina ejus fuit ruffa, spumosa & confusa.
Ven. sect. Huic jussi statim aperiri *Hepaticam venam lateris affecti*: & ex hac Venęs. paulò meliùs habuit.
Aq. Bened. Altero die exhibui *Aq. Bened. & Aq. font. an.* ℥ j. Ex quâ potione, multùm per vomitum, & nonnihil per alvum rectè purgata, meliùs se habere statim confessa est.
Gargarism. Gargarismo ex *decocto Rapar.* crebrò usa est, & post
Linctus. hanc sequenti linctu. ℞. *Decoct. pector. Syr. Viol. simpl. an.* ℥ iij. *M.* Quoties lingua arescebat, hæc adhibuit.
Victus. Diæta fuit *refrigerans & humectans*: Potus seq. ℞. *Hord. mundi* ℥ iij. *Card. bened. M* j. *Scabios. M* ß. *rad. Scabios.* ℥ j. *rad. Alth.* ℥ ß. *Ficuum Num. iij. Jujub.* ℥ ß. *Passul.* ℥ j ß. *Sacch. candi* ℥ ij. *M. & Decoq. in aq.* ℔ xvj. *ad consumpt.* ℔ ij. Colaturæ bibit tantum, quantum opus ad restinguendam sitim habuit. Atque his factis, brevi sanitatem obtinuit.

III. 34. 40. Pistoris filia, 18 annos nata, Pleuritide cum Mensium obstructione laboravit.
Ven. sect. Cui 1. *Basilica ejusdem lateris* secta est. 2. ℞. *Vng.*
Vnguent. *Dialth.* ℥ ij. *& Ol. Amygd. dulc.* ℥ ß. *ad ignem mixtis*, ante & post Venęsect. latus affectũ perunxit, manè & vesperi, & linteum tepidum, butyro perlitum, superimposuit. His dolor remisit. 3. Post illa, circa novilunium exhibui
Aq. Bened. seq. potum. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *Aq. mulsæ* ℥ ß. *M.* Bibit calidè, & multa variaq; tam ore quàm alvo rejecit: menses etiam redierunt, & ipsa

ſana facta eſt. Diæta fuit *humectans*: Potus, *Victus.*
decoctum ſeq. ℞. *Hord,mundi ℥ iij. Roſ.Viol.an.*
P j. Liquir. raſ. ʒ iij. Paſſul. ℥ ij. Ficuum Num. ij.
Sacch.candi ℥ ij. Decoq. in ℔ xvj. aq. ad conſumpt.
℔ ij. Colaturam bibit ad ſatietatem. Atque
hæc ſunt, quibus mox ſanitatem priſtinam
adepta eſt.

41. Cauponis cujuſdam ſervus, 22 annos *III. 74.*
natus, ſævâ & lethali Pleuritide correptus
fuit. Urina ejus ſpumoſa, confuſa, fœtida
erat. ℞. *Aq.font.℥ vij. Extr.Eſulæ ʒ j ß. M.* Cola- *Extr. Eſulæ.*
ta frigidè bibit, etſi non jejunus eſſet, & plu-
rima vomuit alvoque dejecit. Poſtero die,
urinâ in meliùs commutatâ, ex *venâ Axillari* *Ven.ſect.*
lateris dolentis, ſanguis ad libram emiſſus eſt:
& æger, poſt Venæſect. hanc, conſaneſcere
cœpit continuò. In potu, *Vinum dilutiſsimum* *Diæta.*
conceſſum: Cibus autem *liquidus*; *ut Juſcula.*

42. Cujuſdam Scribæ filiolus quinquen- *III. 76.*
nis, Pleuriticus factus eſt. ℞. *fl. Caſsiæ ℥ j. Conſ.* *Purgat.facil.*
Bugloſſ. ʒ j. M. & f. Bolus cum Sacchаro. De quo
manè, meridie & veſperi, per quartam horæ
partem ante cibum, ſumpſit ʒ ij. ſeu nucis
Jugland. magnitudinem, & benè laxatus
fuit, calore, punctionib. tuſsiculâ, anhelatio-
ne, & omnibus ſymptomatib. remittenti-
bus. Cibus fuêre *Juſcula & liquida*: Potus, *Victus.*
decoctum Hordei ſaccharatum.

43. Ruſtici Uxor, annorum 40, in Pleuri- *IV. 11.*
tidem incurrit. ℞. *Aq.Bened.℥ j.* Hanc ſum- *Aq. Bened.*
pſit, & vomitu excitato, apoſtema ruptum

eductumque est. Sequenti die exhibui ℞.
Purgat. *Syr.rof.folut.*ʒ *iij.Trochisc.de Agar.*ʒ *j Elect.de succo rof.*ʒ *v. Decoct.Sennæ* ℥ *iiij. M. pro haustu*: quo corpus rectè multumque fuit perpurgatum.
Ven.sect. Postridie hujus purgationis, *vena Nigra dolentis lateris*, multo cum commodo, secta. Potus
Victus. in mensa fuit *Decoct. Card. Mar. cum Passulis.* Atque hæc, ægræ mox sanitatem restituerunt.

IV. 16. 44. Civis cujusdam Uxor, 52 annos nata, Pleuritide cum cructo & purulento sputo, affecta fuit. ℞. *Aq.Bened.*℥*j.* Hac potione
Aq. Bened. sumptâ, vitiosissima multa, per vomitum & secessum, reddidit, & cõtinuò rectiùs valere
Ven.sect. se dixit. Sequẽti die, *Basilicam venam* aperuit:
Victus. quod multùm profuit. Cibus, *juscula fuerunt*: Potus, decoctum seq. ℞. *Card.Mar.M j.Hyssop. M* ß. *Passul.*℥*j. Sacch.candi* ℥ *ij. Decoq.in s.q.aquæ ad tertias.* Atq; his paucis, intra quatriduum, morbus cum suis Symptom. remotus est.

IV. 19. 45. Puellæ, 16 annorum, Pleuriticæ sani-
Sudorif. tatem restituit Sudoriferum seq. ℞. *Aq.Card. Mar.*℥ *iiij.Theriac.Androm.*℈ *j. M.pro potu*: quem manè ebibit calidè in lecto, atque multùm diuque sudavit. Cibus, *Juscula fuerunt*: Potus
Victus. fuit *Decoct. Card. Bened. admixtâ Viol.Conservâ.*

IV. 26. 46. Viro quadragenario Pleuritico, subi-
Hydromel Bened. tò auxilium tulit *Hydromelit. nostri Bened.*℥*j. epota*: ex quâ solâ potiunculâ, sine Venæsectione, benè valere cœpit. Potus in mensâ
Victus. fuit Decoct. hoc: ℞. *Card.Mar.Hyssop. an. M* ß.

rad.

rad. Enulæ ℥ j. *Passul.* ℥ iiij. *Liquirit. ras.* ʒ ij. *Decoq. in s. q. aquæ, ut artis est.*

47. Alius, anno ætatis 30, à lethali Pleuresi, mox sanatus est: 1. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ vj. *rad. Asari pulveris.* ʒ j. *M. pro haustu*: quem in lecto calidè bibit, & coopertus sudavit & vomuit multùm, indeque relevatus fuit. 2. Sequenti die, *ex venâ Hepaticâ affecti lateris* apertâ, copiosè sanguinem misit: & ab eâ Venæs. rectè & benè valere statim cœpit. Cibi, *juscula fuêre*: & Potus, *decoctum Hordei Saccharatum.* *V. 6.* *Sudorif. Vomitor.* *Ven. sect.* *Victus.*

48. Pañifex, annos natus 42, acutissima Pleuritide laboravit. Cui adhibita sunt sequentia. 1. Per *venæ Hepaticæ, in latere affecto* sectionem, plurimus sanguis emissus est: quâ omnia in melius mutata sunt, præsertim urina, quæ antea fuit rubens & spumosa. 2. ℞. *Decoct. Sēnæ* ℥ ij. *Syr. è Senna* ℥ iij. *M. pro haustu*: quem sequenti post Venæsectionem die assumpsit, & multùm evacuatus est, rectiúsque habuit. 3. Usus est *Linctu in Append.* descripto: nempe tussi urgente, & linguâ aridâ existente. Etenim hoc lambitivum, humores crassos, in thorace, incidendo, extenuando & sputum facilitando, multùm lenivit tussim, spiritus difficultatem, & punctiones. 4. ℞. *Olei sem. Lini* ℥ viij. *farinæ Lini q. s. F. Pulticula*: quâ supra dolentem locum manè, meridiè ac vesperi impositâ, dolor lenitus & sedatus fuit. *V. 36.* *Ven. sect.* *Purgat.* *Linctus.* *Empl. anodyn.*

49. Civis quidam, desperatâ Pleuritide, *V. 53.*

cum saniei & sanguinis sputo laborans. 1.
Aq. Bened. sumpsit seq. ℞. *Aq. Bened.* ℥j. *Aq. Card. Mar.* ℥vj. *Syr. acetosit. citri* ℥ß. *M. pro potiuncula:* quâ ore & alvo rectè multumque purgatus fuit, & omnia remissiora facta. 2. Pòst, sequenti
Ven. sect. die, secta *vena Hepatica in affecto latere* saluti
Victus. fuit. Cibus, *juscula.* Potus, *Aqua decoctionis Card. Mar. cum Passulis.* Sic septem dierum spatio sanatus est.

V. 56. 50. Alius itidem Civis, 20 annos natus,
Aq. Bened. lethali Pleuritide correptus fuit. ℞. *Aq. Bened.* ℥vj. *Aq. Card. Mar.* ℥j. *Syr. acetos. Citri* ℥ij. *M. f. haustulus:* quo epoto, ruptum est apostema, & insequuto multorum cruentorum, purulentorum, & virulentorum vomitu, è vestigio meliùs se habere dixit. Altero à purga-
Ven. sect. tione die, *venam Hepaticam ex affecto latere aperuit,* cum felici successu. Cibus fuêre *jusculа*
Victus. *gallinarum:* Potus, *decoctum Hordei, admixto Syr. violato simpl.* Atque ista, opinione citiùs, mortiferam ægritudinem ademerunt.

V. 57. 51. Alius itidem Civis, 32 annos natus,
Aq. Bened. graviter factus est Pleuriticus. ℞. *Aq. Bened.* ℥j. *Vini tantundem. M. f. potio.* quam ubi exhausit, vomitu, & nonnihil alvo rectè & salubri-
Venæ sect. ter purgatus fuit. Postero die, *venam Hepaticam lateris læsi* utiliter secuit. In mensa bi-
Victus bere jussi *Aquam decoct. Hordei cum Passulis.* Et his, adversa valetudo, intra paucos dies, ablata fuit.

V. 64. 52. Juvenis, 17 annorum, Pleuresi morti-
ferâ

ferâ correptus, manè sumpsit seq. ℞. *Dia-phœn.* ʒ iij. *Troch. de Agar.* ʒ j. *Decoct. Sennæ & Card. bened.* ℥ ij. *Syr. Rof. solut.* ℥ ß. *M. f. haustus*: quo copiosè evacuatus, & citra Venæsect. sanitati restitutus fuit. Cibi fuerunt *Juscula, & alia liquida*: Potus, *decoct. Hordei Saccharatum.* *Purgat.* *Victus.*

53. Civis, annos 45 natus, Pleuriticus, in una die sanatus fuit, omissâ Venæsectione, ex solo hoc potu. ℞. *Aq. destill. Card. Mar.* ℥ v. *Pulv. rad. Asari* ℈ ij. *M.* Sumpsit eum manè in lecto, & multùm sudavit ac vomuit. Cibus & Potus, ut suprà. *V. 74.* *Sudorif. vomitor.*

54. A Rustici Uxore, 22 annorum, Pleuritidem lethalem repulimus: 1. exhibendo *Aq. Bened.* ℥ j. Quâ apostema disruptum, & concitatis multis vomitionibus rejectũ fuit. 2. Altero die pòst, *è venâ Hepaticâ affecti lateris*, sanguinem detrahendo. Interea Cibus & potus fuit, ut supra. Sicque statim salvata est. *V. 74.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.*

55. Mulier 50 annorum, Pleuritide laborans, in prandio & cœna usâ est *Decocto Card. Mar.* & statim convalescere cœpit. *VI. 10.* *Decoct. Card. Mar.*

56. Vir quispiam, 45 annorum, ob Pleuritidis sæva symptomata, extremè periclitabatur. ℞. *Aq. Bened.* ℥ iij. *Aq. Cinam.* ʒ j ß. *M.* Hũc deploratæ valetudinis virum, istis exilibus, in pristinum sanitatis statum restitui: quod vix alii, maximo & sumptuoso pharmacorum apparatu (rumpantur licet Momi) præstare queunt. L.D. *VI. 13.* *Aq. Bened.*

VI. 18. 57. Mulier 40 annorum, ſiniſtri lateris
Aq. Bened. Inflammatione afflicta fuit. 1. ℞. *Aq. Bened.* ℥ ij. His manè exhauſtis, ſtatim rectè valere cœpit, corpore probè expurgato. 2. Præterlapſis
Ven. ſect. poſt Aquæ exhibitionem horis 6, *venam Nigram* ſecandam curavi. 3. Lateri dolenti, tale Fomentum, ſtatim ab initio applicatũ fuit.
Fotus. ℞. *Abſynth. M iij. Ol. comm. Aceti, an. p. æq. Decoq. ſimul*, & manè veſperique parti affectæ imponantur. 4. A corporis evacuatione, uſa fuit
Sudorif. ſeq. Hydrotico, per aliquot dies. ℞. *Rad. Aſari, raſur. ligni Sanct. an.* ℥ *j. fl. Centaur. min. M* ß. *Bugloſ. P* ß. *Infundantur per noctem in Aquæ & Vini an.* ℔ *ij. Poſt decoq. ad medietatem.* Manè in lecto ſumpſit hujus decoct. ℥ vij. calidè, ac ſtre-
Victus. nuè ſudavit. Potus fuit, *decoct. Card. Mar. cum Conſer. Roſ.* Sicque integrum ſanitatis ſtatum recuperavit.

V. 24. 58. Quidam, 38 añorum, in Pleuritidem
Ven. ſect. incidens: Primò ſecuit *venam Internam brachii, lateris affecti.* 2. Tertio pòſt die manè ex-
Aq. Bened. hauſit *Aq. Bened.* ℥ *ij.* 3. Bibit *decoct. Card. Mar. cum Paſſulis.* Et ex horum, Momis quidem nullius precii, ſed ægris nobiſque maximi, uſu, priſtinam ſanitatem, quarto die, Deo benedicente, adeptus eſt.

VI. 32. 59. Mulier quadragenaria, Pleuritide af-
Aq. Bened. fecta, ex ſolo ſeq. potu convaluit. ℞. *Aq. Bened.* ℥ *j. Syr. è Senna* ʒ *iij. M.*

VI. 39. 60. Adoleſcens, 20 annos natus, Pleuri-
Aq. Bened. tide correptus fuit. ℞. *Aq. Bened.* ʒ *vij. Aq. Card. Mar.*

Mar. ℥ ij. *Syr. de Liquirit.* ℥ iij. *M. f. haustus*: qui epotus, per os & alvum causam morbificam exegit, & ægro sanitatem restituit.

61. Servus quidam, anno ætatis 24, Pleuritide laboravit. ℞. *Aq. Bened.* ℥ ij. Hac potione assumptâ, statim rectè valere cœpit. Sequenti die, *venam Basilicam* tundendam suasi, *in affecta parte*. Cibus fuit εὔχυμος & εὔπεπτος: Potus, *decoct. Hordei commune*. *VI. 41.* *Aq. Bened.* *Ven. sect.* *Victus.*

62. Mulier quędam, 50 annorum, Pleuritica facta, cruenta & purulenta exspuebat. ℞. *Conf. Bened.* ℈ ij. *Brodii pisor.* ℥ ij. *M. f. haustus*: quem tertiâ vice repetiit, & perfectè, evacuãdis evacuatis, convaluit. *VI. 60.* *Conf. Bened.*

Alia, 42 annos nata, Pleuritide cum Mensibus suppresſis laboravit. 1. ℞. *Extr. Esulæ* ℥ ß. *Decoct. Card. bened.* ℥ iij *M.* His epotis, purgata est per vias naturæ cõvenientes. 2. Pòst, *venam Saphenam utramq;* aperiendam curavit; atque sic convaluit. *VI. 61.* *Extr. Esulæ.* *Ven. sect.*

63. Nobilis, 20 annorum, vehementer Pleuritide affectus fuit. ℞. *Lactis caprin. q. s. Mellis parum. Bulliant simul, & infundantur vesicæ suillæ*: quæ constricta, lateri dolenti tepidè imposita fuit. Verùm dolore, per hoc fomentum, non prorsus mitigato, sudorifer. seq. dedi. ℞. *Aquar. Card. bened. Card. Mar. an.* ℥ ij ß. *pulv. Card. bened.* ℈ ij. *M. f. potus*: ex quo calidè sumpto, per aliquot horas affatim in lecto, bene opertus, sudavit: ac postmodum, cõvalésce-re cœpit. *VI. 76.* *Fotus.* *Sudorifer.*

64.

VI. 88. 64. Quendam, Pleuritide, ſputo cruento, Dolore ventriculi, aſthmate, &c. afflictũ, unico medicamento admodum ſalutari, σὺν θεῷ, relevavi. ℞. *Hydromel. Bened.* ℥ j. Hujus virtute, Momis furentibus, convaluit.

Hydrom. Bened.

VII. 12. 65. Ruſticus, anno ætatis 41, in Pleuritidem veram lapſus, ſic à me breviter, σὺν θεῷ, ſanatus eſt. ℞. *rad. Aſari* ℈ j ß. *Vini* ℥ v. *M.* Hæc mixtura exhauſta, ſudorem profusè movit, vomitum concitavit, ac Symptomata mirè levavit. Lateri dolenti *Chamomel. in lacte coctum* appoſitum fuit. Potus loco, utebatur *decocto gran. Juniperi.*

Sudorif. Vomitor.

Fotus.

Victus.

VII. 13. 66. Quidam, 26 annorum, Pleuritide verâ correptus fuit; urinâ exiſtente ſpumoſâ & cholericâ. Huic 1. *Hepatica affecti lateris* aperta fuit. 2. ℞. *Vng. Dialth.* ℥ ij. *Ol. Amygd. dulc.* ℥ ß. *M.* Hoc inungebat crebrò latus affectum, quo cauſa proxima Pleuriſis, ſanguis vid. ex oſculis venæ Azygos jam elapſus, & concretus, maturatus fuit & digeſtus. Potus erat, *decoct. Card. Mar. cum Paſſulis.* Quibus omnibus ritè adminiſtratis, affectus, divino auxilio, depulſus eſt.

Ven. sect.

Vnguent.

Victus.

VII. 14. 67. Alius, 52 añorum, Pleuriticus factus, iiſdem uſus eſt: Præterea loco affecto Ungu. ſupraſcripto illito, calida lintea butyro perlita impoſuit, & *Linctum in Append.* deſcriptum, paulatim lambendo, ſumpſit, ad facilitandam expectorationem, cauſæque conjunctæ reſolutionem: Sicque convaluit.

Linctus.

68. Virgo, annorum 23, gravi Pleuritide, cum Symptomatis, eam insequi solitis, laboravit. 1. ℞. *pulv. Card. bened.* ʒ ß. *pulv. Asari* ℈ j. *Aq. Card. Mar.* ℥ v. *M.* Hoc sumpto sudavit & vomuit. 2. Aperuit *Medianam affecti lateris*. Bibit pro potu, *Serum lactis cum Cons. Violarum*: indeque ad pristinum sanitatis statum reversa est. *VII. 15.* *Sudorif.* *Ven. sect.* *Diæta.*

69. Quidam, anno ætatis 18 completo, in gravissimam Pleuritidem incidit; quam sequuta sunt, præter consueta symptomata, Vertigo, Deliquium animi, Inappetentia, Sitis, punctiones acerbæ, &c. Urina fuit rubẽs, & turbida. 1. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ j. *Syr. rof. solut.* ℥ *iij. M.* F. Haustus: qui operabatur, pro naturâ suâ satis: sed non planè levabatur æger ab onere symptomatum. Dedi itaque 2. salutarem hunc haustum, qui ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥ *vj.* pro duabus dosibus, unâ manè, alterâ duabus horis ante cœnam assumendis: quæ per alvum, urinam atque sodorem, evidenter operatę sunt: unde Symptomatibus cunctis remittentibus, melius valere cœpit, non autem ex toto. Quare 3. præscripsi sudoriferum tale, quod ℞. *Card. bened. Card. Mar. an. M ij. Decoq. in s. q. aquæ ad dimidias.* Decocti hujus ℥ vj. bibit singulis diebus, & in lecto benè contectus sudavit, ad morbi ejusque symptomatum omnimodã ablationem, id quod duodecimo die, à morbi principio feliciter evenit. 4. Non neglexit interim *Linctum*, in *VII. 20.* *Purgat.* *Aq. Terr. Sanct.* *Sudorif.* *Linctus.*

Ap-

Append. descriptum, quo aliorum Eclegmatum more usus est, maxime tussi urgente.

Vnguentum. 5. Dolor verò affecti lateris lenitus est, *Vnguẽto Dialth. additâ parte quartâ Ol. Amygd. dulc.* singulis horis adhibito. Potus ei fuit *deco-*

Victus. *ctum Hord. Cichor. rad. Cichor. Viol. Rosar. Liquir. Passul. Sacchari.*

VII. 24. 70. Quidam Senator, annos 30 natus, incidit in Pleuritidem, exitialem ob symptomatum magnitudinem: nimirum ob difficilimam respirationem, tussim validam, febrem ingentem, virium dejectionem, Vigilias, Inappetentiam summam, Animi deliquium, & Diarrhœam nigrarum dejectionum. Desperatus fuerat hic homo, quia jam dicta lethalia Symptomata, potissimùm verò Profluvium, idque nigrum, mortem in propinquo esse ostenderunt. Nam Hippocr. lib. 6. aphoris. 16. inquit, *A' Pleuritide aut Pulmonia detento, diarrhœa superveniens, κακόν.* Ego rogatus ab amicis, ægri uxore ac liberis, nihilo seciùs opem ei tuli. 1. Symptomaticam hanc evacuationem, à naturâ, per materiæ malignitatem irritatâ, excitatam juvi, blan-

Bolus purg. do hoc cathartico. ℞. *flor. Cassiæ* ℥ ß. *Conf. Rosar.* ℥ ß. *M. f. bolus, ante cœnam mox sumendus.* Hoc sumpto, semel atque iterum alvus citata est, quæ tamem mox substitit. (*An Symptomaticæ evacuationes Medico vel sistendæ vel juvandæ, in Quæstionibus nostris latè disputabimus.*) 2. Ad expectorationem promovendam, quia sputum dif-

difficulter processit, *Linctum in Append. descriptum* sæpissimè usurpavit. 3. Ad robur cordi conciliandum, & Deliquia animi prohibendæ, decrevi Epithema seq. ℞. *Aquar. Ros. Endiv. Acetos. Borragin. Buglos. an.* ℥ ij. *Vini Malvat.* ℥ j. *spec. De gemm. frig.* ʒ ij. *spec. Cordial. simpl.* ℈ ij. *M. f. Epithema*; quo pulsus, tempora & nares crebrò irrigentur. Cibus fuêre *Juscula*: Potus, *decoctum Hordei, Hyssop. Rosar. Viol. &c.* ut in aliis curationibus. Huic Methodo, deploratus æger, obsequutus, optatam valetudinem, præter omnium spem integrè, Dei beneficio, est adeptus. *Linctus.* *Epithema.* *Victus.*

71. Mercenarius quidam, anno ætatis 41, in gravem Pleuritidem delapsus erat. Ei primò, ad causam antecedentem, tum revellendam, tum derivandã, *vena Hepatica in affecto latere* secta est. 2. A' Venæsectione, ad proximam causam extirpandam, dedi seq. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ vj. *Elect. de succo Rosar.* ʒ vij. *M. f. haustus*: quo feliciter operante, convaluit quatuor dierum spatio. Cibi *juscula* erant: Potus, *decoctum Hord. saccharat.* *VII. 26.* *Ven. sect.* *Purgat.* *Victus.*

72. Rusticum infestatum lethali Pleuritide, cum Pedum, brachiorum & dorsi dolore, curavit unicum hoc medicamentum sive πανακεία. ℞. *Aq. Terr. Sanctæ* ℥ vj. Has bibit calidè, & posteà in lecto sudavit, solutâ etiam ubertim alvo. Potus fuit, *Decoct. Hord. Rosar. Viol. Liquirit. Passul. Man. Christi.* *VII. 42.* *Aq. Terræ Sanctæ.* *Victus.*

73. Nobilis 18 annos natus, literis invigilans, *VII. 44.*

Pleur. pestilens. gilans, *pestilentiali* Pleuritide tentatus est; erumpente sub axillâ bubone. Accersitus ego, extremè laborare adolescentem deprehendi, facultatibus vitalibus jam penè prostratis: tamen, ne officio meo deesse viderer, curam seq. institui. In primo aditu, qui erat matutino tempore, administravi hunc Bolum. *Bolus purg.* ℞. *fl. Cass.* ℥ *iij. Capiat mox ante cibum; vesperi tantundem:* utraque vice, alvus blandè laxata est. Deinde, per triduum sudavit affluenter in lecto quotidie, sumendo potionem seq. calidè. *Alexiter. sudorifer.* ℞. *Aq. Card. bened* ℥ *vj. Terræ sigil.* ℈ ß. *M.* Crebrò etiam usus est *Linctu in Append. descripto.* *Victus.* Pro potu verò bibit, *decoctum Hord. Card. ben. Hyss. Ros. Viol. Liquir. Ficuum, Passul. Sacch. candi.* Hac curandi methodo, æger citra Venęsectionem, & præter aliorũ spem, integrè convaluit. L.D.

VII. 61. 74. Virgo 22 annos nata, gravi & *pestilentiali* Pleuritide laboravit: quę tamen mox recreata est, per Dei gratiam, sequentibus adhibitis. *Ven. sect.* 1. Sanguis mediocriter *ex affecti lateris Hepatica* detractus est. 2. Cùm à Venæsectione non haberet meliùs, porrectum ei est seq. Antidotum. *Alexipharmac. sudorif.* ℞. *Aq. Card. Mar.* ℥ *v. Theriacæ* ʒ ß. *M.* Hoc epoto in lecto, probè operta affatim sudavit, meliusque protinus valuit. 3. Manus, pedes, brachia & tẽpora, immodico calore æstuantia, irrigata sunt *Aquâ & Aceto rutaceo an. p. æq.* *Epithema.* *Victus.* Potus fuit, *decoctum Hordei & Fragar. Saccharatum.*

75.

75. Civis quidam egenus, completis 40 annis, ſiniſtri lateris Pleuritide *peſtilentiali* affectus fuit, cum Bubone, juxta ſiniſtrum inguen, ad pugni magnitudinem erumpente. Adfuêre præterea Capitis dolor ingens, Sitis, dyſpnœa, & alia lethalia Symptomata. VII. 62.

℞. *Vini ex Croco noſtro metallorum confecti* ℥ v. His aſſumptis mox, præcedente malignorum & fœtentium humorum vomitu, alvus ſoluta eſt, cum copiosâ expectoratione. Poſt meridiem, *ſiniſtri brachii Medianam* aperiri juſsi. Inde mox redivivus, priſtinæ ſanitati reſtituitur, præter meam & aliorum ſpem, Dei ſolo nutu. *Γαυανεία Antidot.* *Ven. ſect.*

76. Quidam annorum 63, in graviſsimã *peſtilentialem* Pleuritidem incidit, quam comitata eſt Febris ſæva & ardens, ſitis, Delirium. 1. *Venam Medianam affecti lateris* aperuit. 2. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ vj. *Theriac. Androm.* ℈ ij ß. *M.* Hanc potionem exhauſit, & poſteà, in lecto coopertus, ſudavit ad viriũ tolerantiam. Simplici hoc medicamentorum apparatu, deploratus ſenex pancraticè, per Dei clementiam, convaluit. VII. 64. *Ven. ſect.* *Antidot. ſudorif.*

77. Fœmina quædã, anno ætatis 30, Pleuritidis æſtu, cum lethalibus ſymptomatibus, difficili vid. anhelitu, tuſsi, Linguæ ariditate & ardore, vigiliis, &c. graviter jactabatur. Huic primò aperiri juſsi *venam Medianam, lateris affecti.* 2. ℞. *Aq. Terræ ſanct.* ℥ vj. Sumpſit calidè, & in lecto operto affluenter ſudavit, VII. 65. *Ven. ſect.* *Aq. Terr. ſanct.*

ſudoremque linteis calidis deterſit. Inde protinus relevata eſt, remiſsioribus ſymptomatis factis. 3. Ad malum radicitùs e-
Sudorif. vellendū : ℞. *Origan. Card. bened. Centaur. min. an. M ß. Croci ℈ j. granor. Alkakengi contuſor.* ℥ *j. Decoq. ſimul in aquæ* ℔ *v ij. ad conſumptionem* ℔ *iij.* Accepit hujus decoct. ℥ vij. quotidie: & in lecto contecta ſudavit, ad morbi uſque declinationem. 4. Ad linguę æſtum reſtinguendum, & fiſſuras conglutinandas, os col-
Gargariſm. luit & gargariſavit cum *decocto Sempervivi, addito aceto Roſac.* Et à collutione, linguam *Butyro recenti* illevit, ſimulque ejus particulam deglutivit. Quibus omnibus ſic adminiſtratis, morbus receſsit.

VII. 67 78. Eccleſiaſtes quidam, annum 40 egreſſus, Pleuritide cum Capitis dolore, &c. laboravit. 1. Primo die ante purgationem a-
Ven. ſect. peruit *Medianam.* 2. ℞. *Aq. Bened.* ʒ *vj. Vini* ℥ *j.*
Aq. Bened. *M. f. potus:* quo ſumpto rectè purgatus, & actutum relevatus eſt. Potus in menſa fuit,
Victus. per aliquot dies, *decoctum Card. Mar. cum Paſſul. Corinthiacis.*

VII. 84. 79. Cujuſdam Ruſtici filius, 22 annos natus, Pleuritide, Aſthmate præfocante, & Diarrhœâ afflictus fuit. 1. Corporis evacua-
Aq. Bened. tionem inſtitui: ℞. *Aq. Bened.* ʒ *vj. Card. bened.* ℥ *j. Syr. de Hyſſop.* ℥ *ß. M. f. Potus:* quo noxiorum humorum reliquiæ per os & alvum expulſæ ſunt, cum manifeſto ægri levamine. 2. Al-
Ven. ſect. tero die aperiri juſsi *Medianam.* In menſa potus

tus fuit, *decoct.Card.bened.cum Passulis.* Atque his paucis adhibitis, optimè valere cœpit.

80. Cerevisiarii filius, 12 annos natus, sævâ & lethali, utriusq; lateris, Pleuritide cruciatus erat: Urina rubens & turbida apparuit. Huic ex *utriusq; cubiti Basilicâ venâ* sanguinem demi jussi, ac ex unâ pondere ℥ ij. fluere permisi. Post hanc evacuationem, dolores omniaq; confestim remitti cœperunt: & sequenti die Urina naturalis facta est, ac puer indies ad sanitatem pervenit. Cibus fuit *facilis digestionis*: Potus, *decoctum suprà* curat.39. descriptum, addito tantùm simplicibus decoquendis *Fragariæ M j.* VIII. 96. *Ven.sect.* *Victus.*

81. Civis cujusdam Uxor quinquagenaria, Pleuritica, sumpsit ℞. *Syr. rosf. sol. Mont.* ℥ j ß. *Agar.trochisf.* ʒ j. *Decoct. pectoral.* ℥ ij. *M. pro potu.* Hoc rectè evacuata, & citò curata fuit. Cibo interim usa est *humectante*, & pro potu *decoct.Hord. Saccharato.* IX. 6. *Purgat.* *Victus.*

82. Nobilis quidam, 27 años natus, Pleuritide, cum Delirio, Sputo sanguinis, &c. afflictus, & in mortis agone constitutus, sanus à nobis factus est. 1. ℞. *Aq.bened.* ℥ j. Hac epotâ, mox apostema disruptum est, & ipse multa cruenta purulentaque vomitu rejecit, ac meliùs inde habuit. 2. Sequenti die, *venæ Medianæ sectio, in affecto latere*, administrata est: quâ cura absoluta fuit, & æger indies convaluit. Victu *humectante, levi & tenui cibo, ut sunt juscula gallinarum, &c.* tractatus est: IX. 14. *Aq.Bened.* *Ven.sect.* *Victus.*

Bibit *aquam Saccharatam, cum Man.Christ.perlatis.*

IX. 35. *Aq.Bened.* 83. Nobilis alius, annorum 36, à Pleuritide, sine Venæsectione, curatus est, per *Aq. Bened.* ℥ ij. quas bibit, & toto corpore rectè purgatus fuit. Victus regimen observavit, quod aliis pleuriticis sęplùs à nobis præscriptum est.

IX. 70. 84. Agricola, 22 annos natus, Pleuriticus factus est, & αἱμοπτυϊκός. Hic citò curatus *Ven.sect.* sic fuit. Ante omnia *vena Hepatica secta est, in cubito lateris affecti.* Sequenti die datus hau-*Purgat.* stus seq. ℞. *Decoct.Sennæ, Syr. è Senna, an.* ℥ ij. *Trochisc.de Agar.* ℈ ij. *M.pro haustu*: quo multa egessit, & mox rectiùs habuit. Interea singulis tribus horis, latus affectum inunctum fuit, *Vnguent.* sæpiùs repetito Uguento, *ex Vngu.Dialth.* ℥ ij. *& Ol. Amygd.dulc.* ℥ ß. composito. Cibi dati *Victus.* sunt *humectantes*, Potus, *Hydromel.*

X. 20. 85. Juvenis 22 annos natus, Pleuritide cum Vertigine & Capitis dolore affectus, & valdè ex his morbis infirmus fuit: Urina *Purgat.* apparuit subnigra, turbida, spumosa. ℞. *Decoct.Sennæ* ℥ ij ß. *Syr.rosf.solut.Mont.* ℥ ß. *Diacathol. Elect. de succo Rosar.an.* ʒ iij. *M.pro haustu*: quo sumpto, validè & rectè purgatus est. Post *Ven.sect.* purgationem die tertio, *vena Nigra seu Mediana, in affecti lateris cubito*, secta est: & ex voto *Victus.* successit. Cibi dati sunt *humectantes & liquidi, ut juscula*: Potus, decoctum sequens. ℞. *Card.Mar. Scolopend. Cichor. an.M* ß. *Rosar.Viol. an.*

an. Pj. Liquirit. rasæ ʒ ij. Passular. ℥ j. Sacch. candi ℥ j ß. Decoq. in aquæ ℔ xij. ad tertias. Atque his, pristinam valetudinẽ deploratus adolescens recuperavit, ac Deo maximas gratias, pro reddita sanitate egit.

86. Vir ętatis anõ 30. ex Pleuritide & Hydrope periculosè decubuit: Urina fuit spumosa & rubens. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ *vij. Seri lactis* ℥ *v. M. f. haustus*: quem assumpsit, & altero die repetivit. Inde eductis copiosè ichoribus, rectiùs mox habuit, & urina naturalis facta est. Tumorem pedum removi, *Stercore vaccino in vino cocto*, & Emplastri modo sæpiùs applicato. Cibi, *juscula*: Potus fuit, *Aqua decoction. radic. Hirundinar. & herbæ Card. Mariæ.* X. 42. *Purgat.* *Emplastr.* *Victus.*

87. Rustici cujusdam Uxor, annorum 56, graviter Pleuritide affecta fuit. Cui primò, *Malvam lacte coctam* lateri dolenti apponentes, dolorem mitigavimus. 2. *Venam cubiti Hepaticam, in affecto latere,* tundi curavimus. Cibum imperavimus *liquidum, ut juscula,* &c. Potum, *Aquam mulsam pertenuem, in qua Card. Mar. coctus fuit.* Atque ita mox evasit sana. X. 48. *Fomentum.* *Ven. sect.* *Victus.*

88. Vidua sexagenaria correpta fuit mortiferâ Pleuritide: Urina ipsius crassa, rubra & lethalis fuit. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ *ij ß. Syr. ros. solut.* ℥ *ß. Elect. Diaphœnic. & de Succo rosar. an.* ʒ *iij. Troch. de Agar.* ℈ *ß. M. pro potu*: quo rectè & benè purgata fuit. Sequenti die, aperuit *venam* X. 53. *Purgat.* *Ven. sect.*

Hepaticam affecti lateris. Cibaria data *ſunt li-*
Victus *quida*: Potus, decoctum, quod ℞. *Card. Mar.*
M j. Liquirit. raſ. ʒ ij. Ficuum Num. iij. Paſſular.
℥ *ij. Decoq. in aqua* ℔ *viij, ad conſumptionem* ℔ *j.*
Atque per hæc adjuta fuit.
X. 73 89. Cauponis Uxor quinquagenaria, Pleuritidem pernicialem paſſa fuit: Urina ejus erat ſpumoſa & turbida. 1. Huic ante
Ven. ſect. omnia *vena Interna ſecta eſt, & ſanguis ex eâ co-*
pioſè detractus. 2. Singulis tribus horis, lateri
Fotus. dolenti impoſuit *lintea imbuta lacte caprino, cum butyro recenti.* Quibus dolor lateris imminutus eſt. 3. A' Veneſectione quarto die
Purgat. purgata eſt. ℞. *Decoct. aperit. cum Rhabar.* ℥ *j ß.*
Syr. de Rhabarb. ſolut. ℥ *ij M.* Potio iſta rectiſſimè & plurimùm, tam ore, quàm alvo, eva-
Victus. cuavit evacuanda. Cibi fuerunt *liquidi.* Potus, *Decoct. Hordei, cum Man. Chriſt. perlatis ſaccharatum.* Sic hæc mulier, quæ antea quoque meis curationibus feliciter uſa fuerat, à Pleuritide liberata, rectè ac baſilicè habuit.
X. 74. 90. Mulier quinquagenaria, conjunx, Pleuritide correpta eſt: cujus urina fuit rubens, confuſa, lethifera. Curavi ſtatim tun-
Ven. ſect. di *venam Baſilicam in parte affecta, & ſanguinem multum effluere permiſi*: quod valdè profuit. Altero die ſudavit in lecto benè contecta, ex
Sudorifer. hauſto ſeq. calidè ſumpto. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. rad. Aſari pulv.* ʒ *ß. M.* Interea dum iſta fiunt, uſa eſt crebrò, maximè urgente ſiti,
Linctus. *Linctu in Append. deſcripto.* Cibi fuerunt *juſcula*
&

& alia liquida. Potus, *decoct. Hordei saccharatum.* Atque his sanata statim fuit. *Victus.*

PLEURITIS SPURIA.

1. Lanius, 22 annum agens, Pleuritide nothâ laborans, potione seq. purgatus est. *I. 49.*
℞. *Decoct. pector.* ℥ j ß. *Syr. è Senna* ℥ ß. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *M. f. haustus:* cujus salubri operatione curatus illicò fuit. *Purgat.*

2. Balneator quidam, anno ætatis 34, in Pleuritidem spuriam seu mendosam incidit. 1. ℞. *Decoct. poctoral.* ℥ j ß. *Syr. è Senna* ℥ ß. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *M. f. potus:* quo multa & varia ore & alvo rejecit. 2. Altero die, ex *venâ Medianâ lateris dolore affecti, sanguinis* ℥ x. extraxi. Sic sanus redditus est. *I. 51.* *Purgat.* *Ven. sect.*

3. Studiosus adolescens, 17 annorum, lapsus fuit in Pleuresin mendosam & falsam, doluit, febricitavit, sed non tussiit. Cui seq. exhibui. ℞. *Aq. Card. Mar.* ℥ j ß. *Aq. Bened. Syr. acetos. Citri, an.* ℥ ß. *M. pro haustu:* quo multùm ore purgatus est, & continuò convaluit. Cibi fuerunt *humectantes, ut jusc ula:* Potus, decoctum, quod ℞. *Card. Mar. M ij. Passul. Sacch. candi, an.* ℥ ij. *Decoq. in* ℔ *xvj. aquæ, ad consumptionem* ℔ *ij.* Colaturam bibit, & sine Venæsectione sanitati statim restitutus fuit. *III. 29.* *Aq. Bened.* *Victus.*

4. Alius Studiosus, 18 annos natus, è notha Pleuritide similiter, sine Venæsect. statim sanus evasit, ex potione hac. ℞. *Aq. Benned.* ℥ j. *Aq. mulsæ* ℥ ß. *M. pro haustu:* quo, tam *III. 32.* *Aq. Bened.*

per vomitum quàm ſeceſſum, rectè purga-
Victus. tus benè habuit. Cibi *humectantes*, &c. Potus, *Decoctum Card. Mar. cum Paſſulis.*

III. 71. 5. Civis quidam, ætatis ſuæ anno 51, afflictus fuit falsâ & mendosâ Pleureſi, tuſsivit
Aq. Terr. Sanct. parum, & nihil per ſputum ejecit ℞. *Aq. Terræ San.* ℥ vj. Hanc calidè bibit in lecto, jejuno ventre, & benè coopertus ſudavit diu multumque, præterea etiam alvo egeſsit varia. Inde illicò liber ſanusque evaſit, abſque Venæſectione aliisque remediis. Potus ei fuit,
Victus. *Decoct. Card. Mariæ.*

VI. 91. 6. Virgo ſacrata, annos 32 nata, paſſa eſt per 8 continuos dies, in ſiniſtro latere, Dolorem νυγματώδη, ſeu pungitivum & gravem, μετὰ βάρους ἐμφάσεως καὶ θλίψεως, nocturno tempore ingraveſcentem, matutino nonnihil remittentem: Urina fuit turbida, ſpumoſa, &c. Adfuit ſimul moleſtus Dolor capitis.
Purgat. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ ij ß. *Mannæ opt.* ℥ ij. *M.* Hoc hauſtu aſſumpto, probè à noxiis humoribus
Balneum. purgata eſt. Poſteà lavit, in *Decoct. Chamom. Puleg. Arthemiſ. an. M v. Salis com. M iij.* In bal-
Sacculi. neo, ſpleni locoque dolenti *Sacculum ex Abſynth. paratum* admovit. Ante & poſt bal-
Ol. Abſynth. neum, latus perunxit *Oleo Abſynthii.* Ex quibus omnibus priſtinam recuperavit valetudinem. L.D.

EMPYEMA: PHTHISIS.

III. 78. 1. Cauponis Uxor, mulier 34 annorum, Pleuritica facta, & non rectè purgata nec curata,

rata, in Suppurationem incidit, & ulcus in pulmone contraxit. Nam aſsiduâ ac ingenti tuſsi, ex pectore & pulmone, ſputa putrilagine omni infecta & fœtidiſsima expuit, ſpiritum peſsimè olentem halavit, ad pectus doluit: anheloſa & deſperata totius corporis perturbationem ingentem paſſa eſt: Lotium fuit ſpumoſum & confuſum. Pro hujus deploratæ ſalute ejuſmodi curam inſtitui. 1. Quoties tuſsis infeſtavit, *Linctum in Append.* deſcriptum, vel *Elect. è Zizibis nuciſtæ magnitudine*, in os ſumpſit, ac ſenſim lambendo deglutivit: quibus tuſsis lenita, & ſputa craſſa viſcidaque optimè promota, ac copioſè educta ſunt. 2. ℞. *Aq. Terr. Sanct.* ℥ *vj.* Hanc manè ſtomacho jejuno in lecto calidè bibit: inde ſudavit, vomuit & cacavit, atque indies ex toto rectiùs habuit. 3. Omnia quidem ex pręcedentibus remediis remisêre: verùm quia corpus nondum ſufficienter expurgatum erat, ideò exhibui per ſiphunculum *Enema ex Spirit. Vitæ aur.* ℥ *ij.* quo per alvum nigra peſsimeque olentia excrementa dejecit, & meliùs habuit. 4. Poſt tres dies dedi Panchymagogum hoc: ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ *j* ß. quo aſſumpto, ſimiliter pituitoſa, lenta, fœtidiſsima, varia, horribiliaque excrevit alvo, & poſtea valetudo in melius, omnibus admirantibus abivit: Nam ſpiritus facilis redditus eſt, & non fœtens, ſputum album, tuſſis remiſſa, & urina naturali ſimilis, facta

Linctus.

Electuar. è Zizibis.

Aq. Terr. S.

Clyſter.

Spir. Vit. aur.

ſunt. Tamen poſt aliquot dies, ex diætæ præſcriptæ errore, recurrit tuſsis ingens, conſtipata eſt alvus, lotium ſpumoſum, confuſum ac turbidum, apparuit. Quare mox
Clyſter. iterùm injicio *Spir. Vitæ aur.* ℥ ij. Quo rectè multumque egeſsit. Altero die pòſt, ℞. *Syr.*
Spir.Vit.rub. *è Senna, Spir. Vitæ rub. an.* ℥ j ß. *M. pro hauſtulo:* quem aſſumpſit, ac alvo nigra, viridia, lenta, fœtida atque varia dejecit: Inde ſtatim tuſſis remiſſa, & urina in melius mutata eſt.
Aq.Terr.S. Poſt hæc ℞. *Aq. Terræ San.* ℥ viij. Hac calidè in tecto ebibitâ, ſudavit multùm, alvoque multùm evacuata eſt: Urina etiam naturalis reddita. Sicque, præter omnium ſpem, curatio abſoluta, & mulier rediviva, integræ
Victus. ſanitati reſtituta eſt, L.D. Cibus fuit *facilis digeſtionis & paucus.* Potus, *Hydromel. Lac Amygd. cum Man. Chriſt. perlatis parùm dulcoratũ:* item Decoct. ſeq. ℞. *Hordei* ℥ iij. *Hyſſopi M j. Roſar. Viol. an. P j. Liquir. raſ.* ℥ ij. *Ficuum Num. iij. Paſſul.* ℥ iij. *Man. Chriſt. perl.* ℥ ij. *Coq. omnia in* ℔ *xvj. aquæ ad conſumptionem* ℔ *ij.* pro decocto ſuavi & ſaluberrimo.

Ⱦ. 28. 2. Mulier quinquagenaria maritata, Suppuratione ſeu Empyemate perdiu conflictata & conſumpta erat: Ei pectus & pulmo totus pure fuit repletus. Unde crebrò tuſsiit, anhelavit & rauca fuit, fauces exulceratas habuit, tempus inſomne duxit, & mortiferè
Sacch. Bezoard. ægrotavit. 1. Uſa eſt veluti Linctu, *Sacchar. noſtro Bezoardico*, quoties tuſsis urgebat: quod

quod per tussim multam & screatum, magnam puris copiam ejecit, & plurimùm profecit. 2. Ad pectus & totum corpus expurgandum, dedi ipsi manè per 3 dies, *Infus. Trochisc. Albandal in aqua mulsa* ℥ ij. *vel iij.* Quâ benè rectęque fuit evacuata, & omnia remissiora facta sunt. Cibus fuit *levis, tenuis, liquidus, facilisq; paratu.* Potus, *Aqua mulsa, in qua aliquid Hyssopi incoquebatur.* Atque sic deplorata mulier, cum omnium stupore, brevi tempore sanata fuit. L. D.

Hydromel purgans.

Victus.

PALPITATIO CORDIS.

Studiosus quidam, 21 annos natus, diuturnâ Cordis palpitatione laboravit. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ j. *Syr. è Senna* ℥ iij. *M. pro haustu:* quo septies dejecit. A' corporis purgatione, *venam Cordis Medianam vulgò dictam* aperuit. Atque Tremor omnis remisit illicò.

VIII. 60. *Purgat.* *Ven. sect.*

SYNCOPE.

1. Experimento longo, in omni ætate & sexu, comperi, Lipothymiâ seu Animi deliquio affectos subitò recreari *Suffitu, ex accensa Carabe alba, vel ex oleo carabino naribus illito.*

X. 7. *Succinum.*

2. Nobilis quædam Mulier metu perterrita, inciderat in Anxietates & Deliquia: pro quibus tollendis admovi naribus *Oleum carabinum:* quo statim ad se rediit & convaluit.

X. 80. *Ol. Carabin.*

LIBER



LIBER TERTIUS.

DE VENTRIS INFERIORIS AFFECTIBUS.

CARDIALGIA.

1.

I. 10.  Xor mea puerpera conquerebatur mihi, de gravi Dolore, quem sensit circa os ventriculi. 1. ℞. *Vini boni ℥ viij. Vitell. ovi j. Coq. ut est*
Ius sudorif. *artis.* Jus coctum sine pane exhausit, ac postea in lecto affluenter sudavit, per 2 horas, & à tam crudeli passione liberata fuit. 2. In-
Foment. terea autem *lanam*, *oleo chamomelino calente imbutam*, orificio vẽtriculi admovi utiliter & salubriter.

II. 41. 2. Civis cujusdam Uxor, circiter annum ætatis suæ 52, de Orificii ventriculi dolore, & Tonsillarum inflammatione, conquesta
Sudorifer. est. Pro ea ℞. *fl. Centaur. min. M j ß. Chamom. Mj. rad. Asari contus. ℥ j ß. Vini & Aquæ an. ℔ iiij. Coqu. donec quarta pars absumatur.* Manè in lecto, hujus decocti ℥ viij. calidè sumpsit, & diu
Balneum. multumque sudavit. Vesperi in balneum descendit, paratum ex *flor. Chamomel. M xij.*

coctis,

coctis, in Aq. font. q. s. ad balneum. Quarto die post horum usum, *Communem venam aperuit.* Ratio victus fuit *calida & sicca*: Potus, *aqua mulsa, & interdum vinum.* Atque sic citissimè rectè valere cœpit.

Ven. sect.
Victus.

3. Alia 46 annorum, mœstissimo Dolore, os ventriculi lancinante, affecta fuit: cui datum est Vomitorium seq. ℞. *Aq. Bened. Vini albi, an. ℥j. M.* Hoc epoto mox in multum vomitum solvitur, per quem copiosè viscidam pituitam rejecit: atq; post vomitiones istas, intra diei spatium, ab ingenti hoc dolore liberata est. Cibus datus *calefaciens & siccans*: Potus, *Vinum vetus & Absynthites.*

II. 65.
Aq. Bened.
Victus.

4. Civis quidam, 25 annos natus, de magno & sævo Dolore oris ventriculi graviter conquestus est. ℞. *Extr. Esulæ ʒj. Vini ℥v. M.* Colaturâ epotâ multùm evacuatus est, & illicò sanatus fuit. Cibi fuerunt *calefacientes & humectantes.* Potus loco, *Absynthiten bibere jussi per aliquot dies.*

IV. 17.
Extr. Esulæ.
Victus.

5. Telonarii uxor, supra 50 annos nata, de Anorexiâ & Cardialgiâ graviter apud me questa est. Huic dedi seq. ℞. *Vini Absynth. ℥vj. Infundantur per noctem in Poculo nostro chymico*: quibus manè epotis, brevi faciles vomitus pituitosi & biliosi concitati sunt, & alvus aliquoties dejecit: ipsaque ægra statim rectiùs habere cœpit. Tertio pòst die idem Infusum iterum accepit, atq; consimi-

V. 8.
Poculum Chymicum.

libus

libus operationibus sequutis, sanitatem integram recuperavit.

V. 41. 6. Quidam, 34 annos natus, Ventriculi mordentem dolorem seu Cardialgiam cum

Aq. Bened. Asthmate passus, ex *Aq. Bened. nostræ* ℥j. exhaustâ, toto corpore, maximè ventriculo, suprà & infrà evacuatus valdè est, & statim cō-

Victus. valuit. Cibus fuit *facilis concoctu*: Potus, *Vinum aquosum*.

V. 50. 7. Alius 30 annorum, tristi stomachi dolore afflictus, insumpto sequenti haustulo;

Aq. Bened. statim sanus factus est. ℞. *Aq. Bened. nostræ, Vini Absynth. an.* ℥j ß. *M. Fiat haustus*: quo, multos acres, mordaces & virulentos humores, qui juxta os ventriculi hærebant, vomitu projecit.

V. 86. 8. Uxor mea puerpera, Oris ventriculi dolorem sævissimum passa erat. Huic 1. Orificii ventriculi regio utraque, anterior &

Unctio. posterior, *Oleo Chamom. calente* inungebatur.

Cataplasm 2. Cataplasma apponebatur, ex *flor. Chamom. Butyri, an. p. æq. simul coctis.* Cibis incoquebatur *Cinamomum*. Vino imponeban-

Victus. tur *fl. Chamom.* Atque sic citissimè à dolore libera evasit. L. D.

VII. 70. 9. Balneator 64 an̄orum, per multos annos, orificii ventriculi Dolore & angustiâ tantâ, ex intervallis, cruciabatur, ut vel sedens vel stans dolorē istum sentiret: quem comitabatur gravis anhelitus Difficultas,

Aq. Bened. & Tremor ac palpitatio cordis. ℞. *Aq. Bened.* ℥j.

℥ j. *Vini* ℥ ß. *Syr. de Hyssopo* ʒ iij. *M.* Mixturâ epotâ varia per os & alvum rejecit: ac eodem die à ſęviſsimis morbis, per Dei medicinam, liberatus fuit. Verùm tertio abhinc die eundem repetivit hauſtum, pari inſecutâ operatione.

10. Mulier prægnans vehementi Dolore ſtomachi affligebatur. ℞. *Vini* ℥ iiij. *Aq. font.* ℥ ij. *Croci metallor. piſi quantitatem.* Factâ ſimul ebullitione, colaturam bibit, & poſt horam multos mordentes ſuccos evomuit: ac confeſtim bellè valere cœpit. *VIII. 29.* *Crocus metall.*

11. Faber quidam ferrarius, circa ætatis annum 53, Dolorem mœſtiſsimum ſtomachi, Cordis & Capitis, cum Aſthmate conjunctum paſſus eſt, ab humore melancholico & viſcida pituita, orificium ventriculi infeſtante. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. Hauſtâ hac Aquâ, aterrimos & viſcidos humores ore & alvo reddidit, ac in uno die optimè convaluit. Cibi fuerunt *boni ſucci*. Potus, *Vinum Abſynth.* *IX. 11* *Aq. Bened.* *Victus.*

ORIS VENTRICULI INFLAMMATIO.

Nobilis quidam annum agens 32, Inflammatione oris ventriculi laborans, continuò bibit ex infuſo *Liquirit. raſæ & inciſæ* ℥ iij. *in ſ. q. aq. font.* ac indies rectiſsimè habuit & convaluit. *IX. 21.* *Infuſ. Liquir.*

ANOREXIA: DYSPEPSIA.

1. Civis quidam 50 annos natus, Inappe- *I. 58.*

tentiâ

tentiâ, Spirandi difficultate & Capitis dolore
Purgat. afflictus, sumpsit seq. purgans. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ ij. *Syr. ros. sol. Mont.* ℥ j. *Diaphœn.* ʒ iij. *Extr. Esulæ* ℈ ß. *M. f. haustus*: quo multùm solutus fuit, & ad sanitatem rediit.

III. 35. 2. Studiosus, anno ætatis 17, Anorexiâ &
Extr. Esulæ. Dolore capitis tenebatur. ℞. *Extr. Esulæ* ʒ j. *Vini* ℥ iiij. *M. & Col.* Colatura epota multa viscosa excrementa per os & alvum ejecit, & ægrum illicò sanum reddidit.

V. 83. 3. Sexagenarius quidam Anorexiâ, Dyspepsiâ & Ventris constipatione affectus, citò
Extr. Esulæ. curatus est tali modo. ℞. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *Vini* ℥ iij. *M. pro haustu*: quo benè laxatus & purgatus fuit. Tertio die ab insumpto haustu, ℞.
Sudorif. vomitor. *Vini optimi* ℥ vj. *pulv. rad. Asari* ℈ ij. *M. pro potu sudorifero*: quem matutino tempore in lecto calidè hausit, indeque valdè sudavit, ac multa vitiosa evomuit.

IX. 9. 4. Juvenis 13 annorum, Inappetentiâ, Capitis dolore, Siti, & Pedum tumore infestatus, intra paucos dies sanatus his fuit.
Sudorif. 1. ℞. *fl. Centaur. min. M. j. rad. Asari* ℥ ij. *Infundantur per 24 horas in s. q. aquæ, posteà ad lentum ignem decoqu. ad dimidias fermè*: ex hoc decocto, quotidie bibit calidè ℥ iiij. & in lecto manè sudavit. 2. Pellecto sudore caput lotum
Lixivium. fuit *Lixivio, in quo ebullierunt Puleg. Mentha, flo-*
Diæta. *resq; Chamom.* Cibi fuêre εὔπεπτοι. Potus, *decoctum Hordei saccharatum.*

VEN-

VENTRICULI DOLOR.

1. Aurifaber, annorum 46, Ventriculi dolorem, Anorexiam, Dyspepsiam & Cephalalgiam passus est. 1. ℞. *Aq. Bened. Aq. Hyssop. an. ℥ j. Syr. de Hyssop. ℥ ß. M. f. haustus*: quo assumpto benè quidem purgatus, sed nondum perfectè liberatus fuit. 2. Quare tertio die seq. propinavi. ℞. *Aq. Bened. ʒ vj. Aq. Meliss. ℥ j. Syr. de Hyssopo ℥ ß. M.* Hic secundus haustus rectiùs purgavit, & omnia prædicta mala avertit, intra paucos dies. *II. 12.* *Aq. Bened.*

2. Civis 36 annos natus, acerbum Ventriculi dolorem passus est. ℞. *Aq. Bened. nostræ, Aq. Hyssop. an. ℥ j. Syr. de Hyssop. ʒ iij. M. pro potiuncula*: per quam solam, copiosè ventriculo purgato, statim convaluit. Cibus fuit *calefaciens*: Potus, *Vinum forte.* *V. 52.* *Aq Bened.* *Victus.*

3. Quidam agens annum 50, Ventriculi dolore longissimo & inveterato, Asthmate, Tussi & Torturâ oris, per sex annos affligebatur. ℞. *Aq. Bened. Aq. Absynth. an. ℥ j. Syr. de Hyssop. ℥ ß. M. f. haustus*: quo manè sumpto, vomitus vitiosissimi ac virulenti irritati sunt, & dejectiones variæ ac fœtidæ sequutæ. Post hæc, bibit per aliquot dies usq; ad omnium malorum declinationem, potionem hydroticam seq. ℞. *Centaur. min. M j ß. rad. Asari ℥ j ß. Decoqu. in Vini generosi ℔ vj. ad dimidias.* Ex hoc decocto accepit manè ℥ vj. in lecto calidè, ac contectus benè sudavit indies, donec ex toto sanatus est: id quod in paucis die- *V. 58.* *Aq. Bened.* *Sudorif.*

Diæta. bus factum est. Cibus datus est ei *calefaciens & facilis concoctu*: Potus, *Vinum, cui imposuit Hyssopum & Salviam.*

VI. 44. 4. Senex 53 annorum, Ventriculi dolorem, Tussim, Inappetentiam passus est. ℞. *Purgat.* *Diaphœn.* ℥ ij. *Syr. de Hyssop.* ℥ iij. *Troch. de Agar.* ʒ j. *Conf. bened.* ℈ j. *Decoct. pectoralis* ℥ iij. *M. f. haustus*: ex quo perfectè, observatâ convenienti victus ratione, convaluit.

IX. 40. 5. Studiosus 18 annorum, Ventriculi Capitisque dolore & Anorexiâ affectus, mox à *Purgat.* me sanatus est, seq. haustu salutifero. ℞. *De-* *Victus.* *coct. Sennæ* ℥ ij. *Elect. diaphœn.* ℥ ß. *M.* Diæta fuit *calefaciens & humectans.* Potus, *Absynthites.*

IX. 54. 6. Agricolæ filius 19 annorum, à Ventriculi dolore, tumore, cum Febre & Asthmate conjunctis, citò liberatus fuit in hunc mo- *Sacculus.* dum. 1. ℞. *Absynth. Menth. Hyssop. an. M* iij. Concisa ponantur in Sacculo: qui coctus in aqua & expressus, admoveatur ventriculo *Pilulæ.* dolenti. 2. ℞. *Mass. pilul. Sine quib. & De Agaric. an.* ʒ ß. *Agar. trochisc.* ℈ ß. *Cum Syr. viol. solut. fiant pilul. 9.* Harum usu benè purgatus est, *Victus.* & mox sanatus. Cibi, *Juscula fuerunt & humectantia alia.* Potus, *decoctum Hyssopi.*

INFLATIO VENTRICULI.

II. 7. 1. Professor quidam, circa ætatis suæ annum 27, conquestus est de multis Ventriculi vitiis, maximè de Infirma concoctione, Inflatione, Tensione, & Appetitu amisso, &c. quæ

quæ omnia nata fuerant ex frigida & humida temperatura stomachi. ℞. *Pulv. Sennæ laxat.* ℈ iiij. *Vini* ℥ v. *Mixta, macerataq; per noctem,* in aurora frigidè ebibit, & humores multos phlegmaticos, corruptos & fœtidos alvo excrevit, ac omnimodam stomachi affectuum sedationem inde assequutus est. Tertio die post corporis purgationem, *venam Nigram aperuit, sed non multum sanguinis misit.* Sicque intra quatuor dies, Dei manu, sanitatem adeptus est. Victus *regimen calefaciens & siccans tenuit*: In mensa bibit *Vinum meracum & generosum.* *Purgat.* *Ven. sect.* *Victus.*

2. Quidam agens annum 32, gravi Ventriculi dolore ac Inflatione pressus, Ructus multos acidos, fumosos & corruptos emisit. Urina spumosa fuit, subaurea & tenuis. Ante omnia paravi ei seq. Vomitorium ℞. *Aq. Bened. Vini albi, an.* ℥ j. *Diluantur pro potu*: quo ebibito vomuit multam pituitam viscidam, & L. D. illicò sanus factus est. Victus rationem imperavi *calefacientem & siccantem.* In mensa *bibit vinum.* Manè verò, per aliquot dies, bibit *Vini adusti* ℥ j. quo ventriculi facultates plurimùm roboratæ sunt. *II. 31.* *Aq. Bened.* *Victus.*

3. Rusticus annum agens 50, vexatus est gravi Ventriculi dolore & Inflatione: adhæc Vertigine, Spirandi difficultate, Cibi fastidio, & incurvandi Impotentiâ. Lotium reddidit spumosum ac subcroceum. ℞. *Aq. Bened. Aq. font. an.* ℥ j. His commixtis epotis, *II. 33.* *Aq. Bened.*

rectè multumque purgatus, ac solâ hac potione eodem die sanus factus est.

II. 79. 4. Pastoris cujusdam Ecclesiæ Uxor, anno ætatis 36, conquesta est de Dolore & Inflatione ventriculi, Appetentiâ amissâ, Dyspnœâ & Cephalalgiâ. *Extr. Esulæ.* ℞. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *Vini* ℥ *v.* Commixta, colataque frigidè ebibit, & mox alvo copiosè purgata fuit: & postridie convalescere cœpit. Evacuato sic corpore, *venam Basilicam aperui, & sanguinem abundè extraxi*, quod multùm profuit. Diætam observavit *calefacientem & humectantem.* *Victus.*

VIII. 17. 5. Ancilla 26. annos nata, Ventriculi inflatione, Anorexiâ, Anhelatione, Capitis dolore & Auditus difficultate, non sine vitæ discrimine laboravit. Urina fuit confusa & lethalis. *Purgat.* 1. ℞. *Pulv. Sennæ laxat.* ʒ *iij. pro duabus vicibus:* quas per duos dies manè insumpsit cum ℥ iiij. Vini, ac alvus multùm inde citata fuit. 2. Post corporis purgationem, aperuit *Cephalicam, in utraque manu.* *Ven. sect.* 3. Per 3 dies *sternutator. nostrum* naribus attraxit. *Sternutat.* Et ex horum medicamentorum usu auditus rediit, aliaque Symptomata depulsa sunt.

VOMITUS.

I. 12. 1. Sartor 30 annos natus, longo tempore quęcunq; comedebat ac bibebat, evomuit. *Potio.* ℞. *Vini Malvat.* ℥ *vj. Ol. Vitrioli Roman. gutt. vj. Diluantur bene.* Ex diluto hoc sumpsit quotidie manè jejunus ℥ j: & vomitus constitit,

cibum

cibum & potum retinuit, ac rectè valere cœpit.

2. Rustico 26 annorum, Vomitu, Anorexiâ, Asthmate, Tussi, & Siti vexato, exhibui *I. 82.* 1. seq. ℞. *Aq. Bened. Aq. Hyssop. an.* ℥ j. *Syr. de Hyssopo* ℥ iij. *M. f. potio*: quâ frigidè eporâ, vitiosorũ *Aq. Bened.* humorum residuum vomitu rejecit, & secessu fœtida multa excrevit: & ab hac evacuatione rectiùs postea habuit. 2. ℞. *Absynth.* *Fotus.* *M iiij. Decoqu. in s. q. Aceti acris & aquæ. & sacculo indantur*: quo expresso ventriculus foveatur. 3. Præterea indies *Balneo aquæ dulc. chalybeatæ* *Balneum.* per aliquot dies usus est. Pro potu concessi *Vinum Absynth. & rubellum.* Atque his, omninò liber ab omnibus recensitis malis, citissimè evasit. *Victus.*

3. Jesuita 20 annorum, Vomitu cibi & *III. 44.* potus, Tussique vehementissimâ cum sanguinis rejectione, affectus erat. ℞. *Aq. fontan.* *Aq. acidul.* ℥ vj. *Ol. Vitriol. q. s. ad aquam acidam reddendam, M.* Hanc manè jejuno ventre ebibit frigidissimè, & iterum vesperi horâ unâ ante cœnam, eaque statim vomitus cohibitus fuit. Postridiè à sumpta aqua purgatus est seq. ℞. *Decoct. pectoral.* ℥ v. *Caß. recent. extractæ* ℥ j. *Purgat.* *M. pro haustu*: quo multoties egessit, & sanus citò evasit. Cibus fuerunt *jusculа & liquida*: *Victus.* Potus, *decoctum hordei saccharatum.*

4. Monachus 22 annos natus, diu cibum *IX. 45.* & potum retinere non potuit, ac insumpta revomuit: præterea Capite doluit. 1. ℞. *Ol.* *Inunctio.*

de Absynth. Mastlicin. an. ℥ *iij.* His mistis ventriculi regionem inunxit, ac posteà *sacculum ex Sale calente paratum* applicavit: quibus substitit vomitus. 2. ℞. *Aq. Meliß. Hyssop. an.* ℥ *ij. Syr. de Rheubar. solut.* ℥ *iij. M. pro duabus vicibus*: quas manè per duos dies bibit, retinuit, egessit, evasitque sanus. 3. Præter ista auxilia, *venæ Medianæ sectio* quoque adhibita fuit, haud sine fructu. Cibus datus est *concoctu perfacilis*: Potus, *Vinum Absynth.*

Sacculus. Purgat. Ven. sect. Victus.

IX. 97. 5. Senex ultra 70 annos natus, omnia quæ comedit & bibit, vomuit. Hunc valde debilitatum curavi his paucis. 1. *Sacculo ex Absynth. sicco facto*, & ventriculo sæpè applicato. 2. *Conservâ Absynth. cujus* ʒ *ij.* ante prandium & cœnam sumpsit. Quibus ita administratis, retinere cœpit, quicquid edit & bibit. Edit autem *cibos facilis concoctionis, quibus momentum Zingib. admiscuit.* Bibit aliquandiu *vinum Absynth.*

Sacculus. Cons. absynt. Victus.

X. 22. 6. Vir quadragenarius ægrâ mente sustinebat Vomitum, Dyspepsiam & Asthma: à quibus malis ipsum vindicavimus sequentibus medelis. 1. *Vino sublimato imposuit Absynth.* & manè, item post vomitum, de illo vino sumpsit cohl. j. vel ad ℥ j. Quo vomitus fuit inhibitus. 2. Suppresso vomitu, ℞. *pilul. Hier. cum Agar.* ℈ *ij. Agaric. trochisc.* ʒ ß. *Cum Syr. viol. solut. f. pilul. 7.* Has saccharo involutas à cœna devoravit, & multùm ac salubriter pur-

Antivomitorium. Pilul.

purgatus est. Victus fuit *calefaciens & humectans*. Potus *Absynthites*. *Victus.*

7. Vir 42 annorum, nullum cibum nec potum retinere potuit, sed omnia ingesta vomitu crebrò rejecit. Lotium ejus fuit turbidum & spumosum. 1. ℞. *Absynth. Menth. Meliss. an. M iij. Coqu. in s. q. Vini & Aceti, ad tertias*: fiat fomentatio pro Stomacho. 2. Per horam ante cibum sumpsit *Miva Cydonior. aromaticæ cochl. j.* Cæterùm *pauca alimenta ei data sunt, & pleraque salsa.* Potus, *Aqua chalybeata, cui admiscebatur Syr. acetos. Citri.* Atque istis medelis optimis mox vomitus ex toto cohibitus fuit. *X. 24.* *Fomentum.* *Miva.* *Victus.*

8. Quidam, post 30 ætatis annum, febricitabat, Anxietates circa præcordia perferebat, & omnia quæ edit ac bibit revomebat. Huic primò, *Mentha sicca sacculo lineo indita, ad ventriculi regionem applicata fuit.* 2. Jejuno & evacuato stomacho bibit parum *Vini sublimati*: & per dimidiam horam ante cibum sumpsit *Conserv. Absynth.* ℥ j ß. *Vinum tenue* in mensa bibit, *cui imposuit Mentham.* Et his sanatus est æger, & assumpta retinuit. *X. 59.* *Sacculus.* *Victus.*

VOMITUS SANGUINIS.

1. Vir 45 annorũ, Sanguinis in ventriculum effusi aliquot libras, me quoque spectatore, evomuit: ac per alvum nigricantem pici similem dejecit. Sine febre fuit, sed Animi crebrâ defectione & gravibus laterum *II. 68.*

punctionibus ſimul infeſtabatur, & ob hæc extremè de vita periclitabatur. Pulſus nunc deficiens, nunc intermittens, nunc μύουρ@ poſt vomitiones apparebat: ita ut aſtantes ipſum è vita diſceſsiſſe ſæpè arbitrarentur. Ego multùm rogatus deplorato adhibui ſequentia, Deo Omnip. priùs invocato, ut per me, ſecundùm voluntatem ſuam, hominem noviſsimâ valetudine conflictatum ſanaret; & ecce Dominus (ut inquit David Pſal. 145.)
Potio. propè eſt invocanti, &c. 1. ℞. *Aq. ſtillatit. rad. Vrticæ ℥ vj. Ol. Vitriol. Roman. q. ſ. ut aceſcat modicè, M.* Hæc benè diluta & frigidè epota, ventriculum ac ventrẽ firmarunt, Sanguiniſq; profluvium utrumque miraculi inſtar re-
Pulticula. preſſerunt. 2. *Panis ſecalic. medullæ M xij. Vini rubel. ſtyptici, Aceti fortiſs. an. q. ſ. concoqu. in formam pultis:* Atque hac quoque, pectori & toti thoraci ſubcalidè, manè & veſperi, inductâ, Sanguinis vomitus & fluxio ſiſtebatur. 3. Vitales interea & animales vires ro-
Suffitus. borabã *fumo, ex accenſa Carabe,* ore ac naribus admoto: qui contra Animi defectionem mirificam opem attulit. 4. Laterum porrò dolores & punctiones, ex crebro vomitu
Vnguent. obortas, removi hoc Ungu. ℞. *Vngu. Dialth. ℥ iij. Ol. Amygd. dulc. ℥ j.* Commixtis his, manè & veſperi, latera affecta perungebantur.
Victus. Potus fuit, *decoct. radic. Vrticæ: vel Vinum rubellum, in quo ignitus chalybs & aurũ candens reſtincta erant.* Cibus *ſiccus, & Aquâ aut Vino rubro*
chaly-

chalybeat. elixus. Atque ſic præter omnium ſpem, per Dei medicinam, ſanitati reſtitutus fuit: qui pro admirabili hac curatione, perpetuis laudibus & perẽnibus gratiarum-actionibus D.O.M. venerari meritò debet.

2. Civis cujuſdam Uxor, 38 annos nata, incidit in Sanguinis crebrum vomitum, circa tempus fluxu menſtruo conſuetum ac determinatum: quia natura ſuppreſſos menſes expellere conata eſt per alias vias, ſuperiores nempe. Cum hoc malo paſſa etiam eſt Vertiginem, Capitis dolorẽ, Laſsitudinem membrorum, & faciei pallorem. Lotium aqueum extitit. ℞. *Spirit. Vitæ rubei* ℥ j ß. Hunc potum cùm frigidè exhauſiſſet, protinus, mirum dictu, cohibitus eſt omnis vomitus, & fluxus ad inferiora receſsit. Sequenti die Symptomata evanuêre, & urina naturalis reddita eſt. Ratio victus *fuit calida. Aër calidus.* Potus, *Vinum tenue vel dilutum.* Somnum imperavi, & vigilias prohibui. Quietem animi & corporis ſuaſi. Hisque divinâ auxiliante manu curata eſt. *III. 4.* *Spir. Vit. rub.* *Diæta.*

3. Puella 17 annorum, circiter ℔ 8. ſanguinis, haud ſine vitę diſcrimine, vomitu rejecit: quam velociter adjuvi. 1. ℞. *Panis ſecalic. M iij. Salis M j. Aceti q. ſ. fiat Pulticula ſeu Emplaſtrũ:* quod pectori & ventriculo applicatum, citò ſuppreſsit vomitum & ſanguinis rejectionem. 2. Crebrò, maximè ante cibum *Rob de Ribes ſimpl. lambere juſſa eſt.* In- *IV. 67.* *Emplaſtr.* *Linctus.*

Victus. terea potui dabatur *Vinum rubellum, cui imponebatur rad. Vrticæ lotæ & incisæ: Lac item Amygd. dulc. ex aquâ chalybeat. confectum.* Cibus coquebatur *cum aqua chalybeat. cui admiscebatur Serpentaria major pulverisata.*

ICTERUS FLAVUS.

I. 2. 1. Vir quidam nobilis, & Professor, annos supra 30 natus, Ictericus factus est. ℞. *Extr. Esulæ.* *Extr. Esulæ ℈ ij. Seri lact. caprin. ℥ iiij.* His commixtis epotis multa biliosa excrevit, atque ab Icteritia liberatus continuò fuit. (Sed paucis post annis, per mulierum fallaciss. curam & imposturam, ex Hydrope anasarca, piè & *Victus.* placidè mortuus est.) Victus fuit *refrigerans & humectans.* Potus in mensa, *decoct. hoc.* ℞. *Fragar. M iij. Passul. ℥ iiij. Decoqu. in Aq. font. q. s.* Dentur potui, donec recedat Aurigo: valet enim optimè decoctũ hoc in morbo Regio.

I. 6. 2. Filiola mea unius anni, gravi morbo Regio oppressa fuit: quam paucis diebus *Decoctum præstans.* per hoc solum decoct. curavi. ℞. *Hord. mundi, Passul. an. ℥ j. Fragariæ M ij. Decoqu. ad lentum ignem in s. q. aquæ font. quoad rubella fiat, ac dulcis potio.* quam continuò bibebat.

II. 34. 3. Quidã, anno ætatis 20, Ictericus factus, præterea Oris amarore, Nauseâ, Vomitu, & Alvi constipatione laboravit: nam per tres dies neque cibum neq; potum retinuit, sed omnia ingesta vomitu rejecit: & alvo per septem dies constipatâ, nequicquam toto illo tem-

tempore egessit. 1. ℞. *Aq. Bened. Aq.font.an.* *Aq. Bened.*
℥ j. M. f. haustus: quo epoto, residuos vitiosos humores ejecit, & vomitus statim inhibitus est. 2. ℞. *Lactis recent.℥ vj. Extr. Esulæ ℈ ij ß.* *Extr. Esulæ.*
His permixtis & frigidè epotis, alvus, diu antè constipata, emollitur, solvitur, ac biliosa multa, utpote fomites morbi Regii, reddit: & æger continuò ab Ictero liberatur. Interim in prãdio & cœna bibit tantùm sequens decoctum, per 20 circiter dies. ℞. *Fragar.* *Victus.*
M iij. Decoqu.in s.q.aquæ ad tertias.

4. Virgo 22 annorum, Icteritiâ, Asthmate ac Tussi affecta, ex solâ seq. potione sumptâ cõvaluit. ℞. *Decocti Senn.Sabin.Puleg. ℥ iiij. Extr. Esulæ ℈ ij ß. M. & per linteum trajiciantur.* Hac ita purgata est, ut mox rectissimè valere cœperit. Ratio diætæ fuit temperatè *calefaciens & humectans.* Potus hic: ℞. *Fragar. M iij. Liquir. ras. ℥ ß. Vvar. passar. ℥ iij. Sacch. candi ℥ j. Cinam. ʒ j. Concoqu.in s.q.aquæ s.a.* *II. 89.* *Extr. Esulæ.* *Victus.*

5. Puer 10 annorum, Ictericus factus totus palluit, aliquantum febricitavit, & oculos admodum flavos habuit: Lotium fuit spumosum, croceum, vergens ad nigredinem. ℞. *flor.Cass.℥ ij. Cons. Rosar. ʒ j. M. f. Bolus*: de quo mox ante prandium & cœnam, per aliquot continuos dies, ʒ ij. vel ad nucis magnitudinem devoravit, ac rectè multumq; purgatus fuit. Victus *tenuis datus est.* Potus, *decoctum Fragariæ saccharatum.* Sicque colore *IV. 2.* *Bolus purg.* *Victus.*

faciei

faciei, oculorum & urinæ, naturali facto, in novem diebus sanatus hic puer fuit.

VII. 11. 6. Quidam 13 annorum, gravibus his malis conflictabatur: Cephalalgiâ nimirum, Lumborum & Laterum dolore, Anorexiâ, Febre, Ictero, & Alvi constipatione diuturnâ: Urina ejus erat pauca, rubens & spumosa.

Clyster. 1. ℞. *Seri lact. capr.* ℥ iij. *Ol. rosat. & violat. an.* ℥ j ß. *Butyri recent.* ℥ j. *Mell. rosati* ʒ ij. *Croci* ℈ ß. *Salis* ℈ j. *Caß. recens extracta* ℥ ß. *M. f. Enema.* Cujus beneficio alvus reserata est, & æger meliùs habuit. 2. Altero die sumpsit purgans

Potus purg. seq. ℞. *Pulv. Senn. laxat. Pulv. Rhabar. an.* ℈ ij ß. *Bulliant hæc lento igne in aq. Cichor.* ℥ iij ß. *usque dum remaneant* ℥ ij ß: *quibus percolatis & potenter expreßis adde Syr. ros. sol. Mont.* ℥ ß. *M. f. potio pro duabus vicibus, manè & vesperi sumendis.* Postquàm medicina hæc, officio suo in exterminandâ morbi minerâ satisfecit: æger omniũ remissionem evidentem sensit, præter Cephalalgiam & Anorexiam leniorem, quæ adhuc urgebant, materiâ morbificâ non radicitùs evulsâ: quare 3.

Infus. purg. ℞. *Summitat. Absynth. M* ij. *Rheubar. Pulv. Sennæ laxat. an.* ℥ ß. *M. Infundantur per noctem in s. q. Vini.* De hac infusione, bibit æger quotidie manè, frigidum haustum, ad morborum & Symptomatum omnimodam remissionem. 4. Capitis tandem dolores, graviter molestantes, placavi

Unguent. seq. Ungu. ℞. *Ungu. de Alabastr.* ℥ ß. *Opii gr. vij. M.* His ita administratis, pristinam recuperavit Sanitatem. L. D.

7. Ru-

7. Rusticus 46 annorum, Ictero & Spirandi difficultate laboravit. 1. ℞. *Juris pisor.* ℥ *vj. pulv. Sennæ laxat.* ʒ j ß. *M. f. haustus*: qui manè epotus fomitem Icteri, per alvum blandè solutam, expulit. 2. *Vena Hepatica secta fuit.* Potu usus est *Decoct. Fragar.* Atque mox in integrum sanitatis statum restitutus est. *VII. 32.* *Purgat.* *Ven. sect.* *Victus.*

8. Doctor quidam 47 annos natus, Icteritiâ, Vertigine chronicâ, & Cardialgiâ detinebatur. 1. ℞. *fl. Centaur. min.* M j. *Zarsparillæ* ℥ ß. *Ligni Guaj. pulveris.* M ß. *Decoqu. in s. q. Aquæ & Vini ad medium.* Hujus decocti ℥ vj. calidas manè per 7 dies accepit, & in lecto benè contectus copiosè sudavit. 2. Post sudoris completionem *venam Hepaticam aperuit.* In mensa *Vinum bibit infusionis herbar. Absynth. & Fragar.* Atque sic ex diuturnitate morborum evasit. *VII. 68.* *Sudoriferũ.* *Ven. sect.* *Victus.*

9. Viro cuidam, circa 37 annum ætatis, longo tempore Icterum perpesso hoc ordinavi. ℞. *fl. Centaur. min. Fragar. an.* M j. *Infundantur per horas 3 in Aquæ & Vini an.* ℔ iij. *Postmodum decoq. lentè ad medium.* Hujus decocti quotidie manè ℥ viij. calidè exhaustis, sudavit in lecto copiosissimè, & paucis pòst diebus evasit sanus. *VII. 78.* *Sudorif.*

10. Studiosus adolescens 16 annorum, ex Ictero oculos, faciem & totum corpus, etiam urinam, croceo colore infecta habuit, absq; tamen febre & alio morbo. ℞. *Decocti Sennæ* ℥ j. *Syr. de Rhabar. solut.* ℥ ij ß. *M. pro haustu*: *VIII. 30.* *Purgat.*

quem

quem ebibit, & sequenti die repetivit, ac utrâque vice multa biliosa excrevit. Inde omnis Icterus intra septem dies recessit, Urinaque naturalis facta est. Cibi dati sunt *humectantes & modicè refrigerantes*: Pro potu concessi *Cerevisiam & Vinum Absynth.* Ex oculis verò Icteritia remota est *Aquâ Rosarum*, quâ oculos manè, meridie ac vesperi, lavit.

Diata.

Aq. Ros.

Icterus Niger.

II. 56. 1. Vir annorum 41, laboravit atro morbo Regio, qui corpus colore obscuro, sublivido atque subnigro, inficiebat. Sinistrum hypochondrium nonnihil inflatum fuit, & grave ac subdurum. Febris quoque hunc Icterum sequuta est, & Capitis dolor continuus. Lotium reddidit turbidum, subnigrum. Hæc ex lienis obstructione originem duxerunt. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ iiij. Syr. rosat. sol. Syr. è Sena, an. ℥ j. Diacathol. Diaturbith cum Rhab. an. ʒ iij. Corticum Helleb. nigri ℈ ß. M. f. Potus*: quem manè jejunus quatuor horas ante cibum calidè exhausit, ac biliosa plurima egessit, atque indies, auxiliante Deo, ab Arquato nigro evasit. In prandio & cœna bibit decoct. quod ℞. *Buglos. Borrag. Cichor. an. M ß. Vvarum passar. ab acinis expurgat. & contus. ℥ ij. Liquiritiæ ras. ʒ iij. Coqu. in s. q. aquæ ad tertias, & colentur.*

Purgat. Melanchol.

Victus.

III. 24. 2. Vir 36 annorũ, Icteritiâ nigrâ afflictus est, ex Splene oppilato, indurato & dolente. 1. ℞. *Decoct. Sennæ ex sero lact. facti ℥ ij ß. Syr. è Senna ℥ j.*

Purgat.

℥j. *Diacatholic.*ʒ iij. *Troch. de Agar.*ʒ j ß. *M. f. haustus*: quem manè bibit calidè, ac inde sedes biliosas permultas habuit. 2. A' purgatione, per dies 5 continuos sudavit manè in lecto, stragulis benè contectus, ex ℥ vj decocti seq. addito croci ℈ ß. epotis calidè. ℞. *radic. Vrticæ lotar. & incis. M iij. Decoq. in s. q. Vini, ad medium.* 3. Completâ per hos 5 dies sudatione, aperuit *Basilicam sinistram, & sanguinem melancholicum copiosè emisit.* 4. Post sudorem, manè & vesperi splenis regionem inunxit calidè *Vnguento ex Vngu. Dialth. cum quarta parte Olei Amygd. dulc. additâ, mislo*, & desuper lintea calida applicavit. Quo dolor, durities & punctio remota sunt, adjuvantibus simul remediis præcedentibus. Victus fuit *calefaciens & humectans. Vino, quod bibit, imposuit radic. Filicis incisas.* Atque ita intra decem dierum spatium optatam valetudinem, Dei beneficio, adeptus est. *Sudorifer.* *Ven. sect.* *Vnguent.* *Victus.*

3. Studiosus annos circiter 20 natus, in Icterum nigrum & Hydropem anasarcam delapsus est: quibus adfuêre Asthma, Tussis, Anorexia, Sitis. ℞. *Extr. Esulæ* ʒ ij. *Aq. font.* ℥ *vj. M. pro haustu*: quem colatum frigidè bibit, ac alvo egessit multa, varia, mixta, aquosa, biliosa, moleolentiaque. Inde corpus detumuit, omniaque remissiora facta sunt. Post duos dies, iterum dedi eundem haustum, qui cõsimiles operationes, cum magno morborum decremento, exercuit. Quinto à cœ- *IV. 37.* *Extr. Esul.*

pta

pta curatione die exhibui, per tres dies ma-
Aq.Terræ Sanctæ. nè *Aq.Terr.Sanct.*℥ v. quâ assumptâ benè in le-
cto contectus sudavit, multum minxit, ac
penitissimè expurgatus est. Cibus impera-
Victus. tus fuit *facilis concoctu*: Potus *Absynthites*. At-
que sic 14 dierum spatio, Tumor totius cor-
poris, Icterus, Asthma, Tussis ac Sitis eva-
nuerunt, & Appetentia optimè restituta
fuit.

V. 31. 4. Mulier 22 annorum, à Nigrâ icteritiâ
& Diarrhœâ nigrâ, brevi tempore his libera-
Purgat. ta est. 1. ℞. *Vini decoct. Sennæ & Sabin.*℥ j ß.
Syr. è Senna ℥ j. *Elect. de succo Rosar.*ʒ j. *M. f. hau-
stus*: quo corpus à residuo humore melan-
cholico multùm expurgatum fuit. 2. Post
Ven.sect. purgationẽ corporis *Saphenam in pede sinistro*
Victus. aperuit. In mensa bibit *vinum decoctionis Ci-
chor. herbæ cum radicibus.*

VII. 27. 5. Juvenis eruditus ac modestus, 21 æta-
tis anno, Ictero nigro correptus est, vivido
totius corporis colore in sublividum muta-
to. Simul etiam Capitis dolore, Anorexiâ,
&c. laboravit. Urina fuit crocea, ad nigredi-
Purgat. & sudorif. nẽ inclinans, spumosa. ℞. *pulv. Senn. laxat.*℥ j.
*Rhab. el.*ʒ ij. *Rhapont.*ʒ iij. *Incisis incidendis, impo-
nantur mens. j. Vini Absynth. per diem naturalem.*
Hujus Infusi colati ℥ vj bibit manè calidè, &
in lecto benè contectus, ad viriũ tolerantiam
sudavit, per tres dies. Sicque hujus Vini Ab-
synth. naturâ & virtute, noxia Icterum ni-
grum causantia, tam per sudorem quàm per
alvum,

alvum, ex parte evacuata ſunt. Die abhinc quarto ſumpſit ſeq. potionem. ℞. *Vini hujus Abſynth.* ℥ iiij. *Extr. Eſulæ magnitud. caſtaneæ, M.* **Extr. Eſulæ.** Colaturam frigidam bibit, ex qua non tam pituitoſorum & bilioſorum humorum vomitus concitatus eſt, quàm excrementa citrina magno pondere per alvum dejecta. Verùm quia ex ſignis & Symptomatis non planè evaneſcentibus collegi, adhuc magnã ſubeſſe noxiorum vim, ὑποστροφὴν inducere poſſet, repetii eundem hauſtum ex Vini Abſynth. ℥ iiij & Extr. Eſulæ paratum: qui cùm ſentinam exhauſiſſet reliquam, juvenis à malis enumeratis perfectè liberatus eſt. Potus fuit *decoctum Fragar. Paſſul. Man. Chriſt.* Ad *Victus.* corneæ oculorum tunicę ictericum colorem *Color corneæ.* delendum, ſuaſi ut manè, meridie & veſperi, illam madefaceret *Aquâ roſarum*: quâ mox *Aq. roſ.* depulſa eſt oculorum citrina ac ſublivida hallucinatio.

HYDROPS.

1. Cura omnis Hydropis, à me ſemper *IX. 57.* feliciſsimè, ſummâ cum ægrotorum ſalute, experta hæc eſt. ℞. *Extr. Eſulæ à* ℈ ß *ad* ʒ j. **Extr. Eſulæ.** *Aq. font. q. v. M. Colatum bibitor.*

2. Adoleſcens 17 annorum, Hydrope, *I. 79.* Dyſuriâ, Aurium dolore & Spirandi difficultate laboravit. ℞. *Diaturb. cum Rhabar.* ℈ ij. *Purgat.* *Extr. Eſulæ* ʒ ß. *Seri lactis* ℥ iij. *M. f. potus*: quem frigidè bibit, multaſque aquoſitates egeſsit,

Aſſumpſit autem ter, quarto ſcilicet quoque
die: & intra id temporis ſpatium indies re-
ctiùs valere cœpit, & ab his omnibus corpo-
Victus. ris vitiis liberatus fuit. Pro ſedanda ſiti, *Vini*
Juniperini potum conceſsi, quod etiam ad le-
vandum morbum ipſi plurimùm contulit.

II. 63. 3. Puella 12 circiter annos nata, Hydrope,
Ventris ventriculique dolore affecta fuit.
Poſt multa fruſtrà tentata remedia, ei dedi
potionem ſeq. pergratam & ſuavem, ſine o-
mni incõmodo Hydropis materiam & cau-
Extr. Eſulæ. ſam educentem. ℞. *Extr. Eſulæ* ℈j. *Aq. ſtilla-
tit. Abſynth.* ℥ *iij. M.* Dilutam colatamque fri-
gidè hauſit: idq; ter, tertio nimirum quoque
die. Sicque his tribus vicibus expulſæ ſunt
omnes aquoſitates: ipſaque puella, annuen-
te Chriſto, perfectè ſanata eſt, L. D. Urente
Victus. aridâ ſiti, juſsi bibere *ſerum lactis, in quo grana
Juniperi contuſa macerata fuêre.*

VI. 87. 4. Adoleſcens 16 annorum, Hydropi, Si-
VII. 69. ti, Anorexiæ, &c. obnoxius erat. ℞. *Diaturb.*
Purgat. *cum Rhab.* ʒ *iij. Conſ. Bened.* ʒ*j. M. f. Boli pro tribus
vicibus.* Poſt Boli cujuſque ſumptionem ſu-
perbibit Seri lactis ℥ iij. Hoc medicamento
corpus evacuatum eſt ab ichoribus & aquo-
ſitatibus, & in integrũ reſtitutum. Cæterùm
Victus. potus in menſa fuit, *decoct. Granor. Juniperi.*

VII. 7. 5. Quidam 66 annorum, affligebatur,
Hydrope comitatâ, à Spirandi difficultate,
Inappetentiâ, &c. Is brevi priſtinæ ſanitati
Purgat. reſtituitur hoc pacto. ℞. *Diaturb. cum Rha-
bar.*

bar.in solid. ʒ *vij.Juris pisor.* ℥ *iiij.M.*Hoc sumpto sufficienter evacuatus est. Tertio die à purgatione hac sudavit affatim,ex *decocto granor. Juniper.Absynth.Chamom.stramin.Avenæ, in lixivio decoctorum.* **Laconicum.**

6. Mulier nata 32 annos,Hydrope,Tussi,Asthmate & Febre afflicta fuit: quæ mox ab his malis liberata est ex seq. potu assumpto. ℞. *Diaturb.cum Rhab.* ʒ *vij. Decoct. gran. Juniperi* ℥ *iij.M.f.potus.* Cibus fuit *facilis paratu & coctu*:Potus in mensa,*aqua decoct.granor. Juniperi.* *IX. 73.* **Purgat.** **Victus.**

ANASARCA.

1. Quidam 38 annorum,in Hydropem Anasarcam,ejusq; gravia accidentia, Tussim, Asthma, &c. devenit. 1. ℞. *Aq. Absynth.* ℥ *iiij.Extr.Esulæ* ʒ *j. M.f.haustus*: quem ebibit, & multis aquositatibus excretis meliùs habuit, omnisque tumor,præter ventris,resedit. 2. ℞. *gran.Juniper.contus.M iij. Vini generosi q.s.Decoq.ad medium.* Ex hoc decocto quotidie sumpsit ℥ vj.aut plures, calidè, & in lecto multum diuque sudavit. 3. Peractis aliquot diebus, iterum exhibui *Hydragogum superius*: quo ventris tumor, omniaque Symptomata recessêre. Diæta interea fuit *calida & sitca*: Potus, *decoctum gran.Juniperi.* Atque his, antea pro deplorato habitus, integram sanitatem adeptus est. *I. 14.* **Extr. Esul.** **Sudorif.** **Extr. Esul.** **Victus.**

2. Juvenis 18 annorum, Hydrope Ana- *I. 29.*

ſarcâ, Tuſsi, Dyspnœâ, Ictero, &c. correptus, ſequenti Hydragogo mox evaſit, ita ut alio

Extr. Eſul. præſidio opus non habuerit. ℞. *Extr. Eſulæ quantitatem nucis Jugland. minor. Aq. Abſynth.* ℥ iij ß. *M. pro potu:* quo calidè epoto, omnem excrevit aquoſitatem. Victus rationem ob-

Victus. ſervavit *calidam & ſiccam* : Quotidianus potus fuit *ſerum lactis caprin. multùm coctum atq; colatum.*

I. 52. 3. Puer, 4 attingens annum, patiebatur in teſtibus ac toto corpore malignum tumorem ex ichoribus, tuſsiebat, crebrò vomebat, & quidem vermes vomitu rejectabat.

Extr. Eſulæ. ℞. *Extr. Eſulæ* ℈ ß. *Aq. Abſynth.* ℥ j. Mixta potui dabam, & tertio die repetebam. Hac potione repetitâ, omnes aquoſitates & vermes egerebat. Poſt hanc egeſtionem vomitus conſtitit, tuſsis remiſit, ac tumor evanuit intra ſeptem dies.

III. 58. 4. Faber ferrarius, annos 26 natus, in Aquam intercutem ſeu Anaſarcam incidit: Nam ejus totum Corpus languidum intumuit, maximè ſub noctem, Spiritum impeditè traxit, inprimis cibo & potu aſſumpto: Appetitus fuit proſtratus, Urina ſpumoſa &

Extr. Eſulæ. alba. ℞. *Extr. Eſulæ* ʒ j ß. *Aq. font.* ℥ vj. *M. & percolentur pro hauſtu* : quem frigidè bibit, & aquoſitatib. plurimis eductis, morbus cum Symptomatibus imminutus eſt, ac Urina

Spir. Vit. aur. naturalis facta. Altero die manè dedi *Spir. Vitæ aur.* ℥ j. quo omnes penè aquas ejecit: & poſt

post hanc evacuationem tota corporis moles decrementum sumpsit. Morbi reliquias sequentibus diebus Laconico expulit, eoq; curam felicissimè absolvit, ac integrè intra duas hebdomadas convaluit. Cibus, *carnes, ova & siccantia pauca. A potu abstinuit*: urgente verò valdè siti, *Vinum Juniperinum pauxillum concessum fuit.* *Laconic.* *Victus.*

5. Quidam Hydropem anasarcam patiebatur, cum Orthopnœâ, Tussi, Anorexiâ, Dysuriâ, & novissimâ valetudine conjunctâ: Urina erat confusa & fœtida. ℞. *Aq. Terr. San.* ℥ *vj.* Hac frigidè epotâ, alvus multas aquositates excrevit, & urina valdè provocata fuit. Unde omnia mitiora facta sunt, nempe Urina in meliùs mutata, & respiratio facilior facta est, ut jacere supinus ipse æger & dormire potuerit: tussis remisit, appetitus rediit. Tertio die iterum dedi eandem *Aquã*: quâ alvus plurimùm soluta fuit, & urina naturalis facta. Sicque intra 6 dies, annuente Deo, veluti miraculosè convaluit. Potus fuit *rarus, & tantùm decoct. Hyssopi Saccharatum.* *III. 60.* *Aq. Terr. S.* *Victus.*

6. Præfecti mendicorum filius, 9 annos natus, humore multo pituitoso & aquoso, per totum corpus diffuso, premebatur. ℞. *Extr. Esulæ quantitatem nuc. mosch. Aqu.* ℥ *iij. M. & facta ebullitione, macerentur per noctem.* Manè colatum bibit frigidè, & alvo plurima excrementa pituitosa & aquosa rejecit. Pro residuis aquositatibus expellendis, exhibui *III. 65.* *Extr. Esulæ.*

die sequenti eandem potionem, cujus operatione multâ & bonâ confestim sanitatem recepit. L.D.

III. 69. 7. Vidua quędam post ætatis annum 70, correpta est Anasarcâ cum Orthopnœa: Urina ejus fuit alba & spumosa. ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥vj. Hanc ebibit manè in lecto calidè, & cooperta multùm sudavit, vomuit biliosa ac pituitosa multa, aquositatesq; multas dejecit. Dedi tertio pòst die iterum eandem *Aquam*, & iisdem evacuationibus subsequutis, cum omnium admiratione, Deo mecum operante, convaluit.

Aq. Terr. sanct.

III. 75. 8. Piscator, anno ætatis 40, lapsus est in Hydropem Anasarcam: quâ totum corpus quasi æqualiter intumuit, maximè virga, & scrotum, quod ad humani capitis magnitudinem distentum fuit. Hunc tumorem comitata sunt Icteritia nigra, Asthma, Inappetentia, Sitis, Terror in somnis, & Ventris dolor: Urina fuit subnigra & spumosa. Huic, invocato Deo, felicissimè adhibui seq. medicinas. 1. ℞. *Seri lactis* ℥vj. *Extr. Esulæ* ʒij. *M.* Quæ commixta & percolata frigidè bibit, & plurima pituitosa ac biliosa, vomitu secessuq; rejecit: unde mox tumor & Symptomata remiserunt nonnihil. Altero die post primam purgationem usus est Balneo seq. ℞. *Absynth. Menth. Hyssop. Puleg. baccar. Juniper. fl. Fœni, an. M v. stramin. Avenæ fasciculos aliquot: hæc omnia coquantur in s. q. lixivii pro* *Bal-*

Extr. Esulæ.

Laconicum.

Balneo sudorifero, quod multũ conduxit: nam ex eo totius corporis, & scroti quoq;, tumor imminuebatur. Post balnei usum exhibui, per duos continuos dies, *Aq. Terr. Sanct.* ℥ vij. *Aq. Terr. Sanct.* quâ alvo & ore rejecit rejicienda multa, varia. Hinc urina naturalis, & omnia remissiora facta sunt. Sequentibus aliquot diebus, iterum balneavit magno cum fructu. Pòst rursus præbui catharticum, *ex Seri lactis* ℥ v. *& Ext. Esulæ* ʒ ij. Et hoc epoto plurima per os & alvum egessit. Inde omnia indies remiserunt, ac ad sanitatem declinaverunt. Tandem elapsis aliquot diebus dedi *Spirit. Vitæ aur.* ℥ j. *Spir. Vit. aur.* quo purgante ultimò exhausto benè & rectè evacuatus æger, ad integram sanitatem deductus est. Potus erat *Vinum*, *Victus.* *cui imponebatur Absynth. aut Hyssop. aut rad. Enulæ.*

9. Quidam pellio, annorum circiter 40, *III. 89.* Hydrope Anasarcâ, cum Tussi, Asthmate, Inappetentiâ, & Siti opprimebatur. ℞. *Aq. font.* ℥ vj. *Extr. Esulæ* ʒ ij. *M. Colentur pro haustu*: *Extr. Esulæ.* quem frigidè hausit manè, & omnes aquas alvo egessit, ac illicò meliùs habuit. Post evacuationem, usus fuit *Laconico suprà descripto.* *Laconic.* Et his perpaucis intra quinque dies sanus factus est. *Vinum bibit Absynthites.* *Victus.*

10. Puer 9 annorum, Hydropicus factus *IV. 38.* est, toto corpore enervato languens atque intumescens. Urina fuit aquea. ℞. *Extr. Esulæ magnitud. nucis mosch. Seri lactis* ℥ ij. *M. pro* *Extr. Esulæ.*

haustulo: quo colato & exhausto, aquositates alvo dejecit, & intra paucos dies integram
Victus. sanitatem adeptus est. Potus erat *aqua decoctionis radic. Ebuli.*

IV. 66. 11. Civis cujusdam filia novennis, patiebatur Anasarcam hydropem lethalem, cum
Aq.Terr.S. febre Synocho,&c. ℞. *Aq. Terr.Sanct.* ℥ *iiij.* Hanc frigidè in duabus vicibus accepit, manè per duos dies, & per alvum urinamque redditis aquositatibus, indies postea consa-
Victus. nescebat. Potui dabatur *aqua infusionis granor.Juniperi.*

IV. 69. 12. Quidam,anno 50 ętatis,Anasarcâ hy-
Extr. Esulæ. drope oppressus fuit. ℞. *Seri lact.*℥ *vj. Extr. Esulæ* ʒ j ß. *M. & factâ ebullitione unicâ, macerentur per noctem.* Manè percolatum bibit tres horas ante cibum. Sequenti die iterum accepit,& quâvis vice rectè, benè multumque evacuatus fuit: atq; sic ex toto corpore ichoribus per alvum ejectis, illicò ab Hydropisi
Victus. liberatus est. Cibus erat *calefaciens & siccans:* Potus, *Absynthites.*

V. 34. 13. Puer 10 annorũ, gravibus his morbis, Hydrope Anasarcâ, Dyspnœâ, Anorexiâ, Capitis dolore & Tussi, tenebatur. Urina
Purgat. ejus erat spumosa & turbida. ℞. *Diaturb. cum Rhabar.in solid.pulveris.*ʒ *ij.* Hunc pulverem cum lacte ter sumpsit per tres cõtinuos dies: ac per alvũ omnibus aquositatibus deturbatis,integræ sanitati,divinâ ope,restitu-
Victus. tus est. Potus erat, *decoctũ Hordei saccharatum.*

14.

14. Servus Cerevisiarii, 29 annos natus, factus est Hydropicus ἀνασαρκικὸς, cum Anhelatione, Tussi Sitique. ℞. *Spirit. Vit. aur.* ℥ j. qui epotus multas eduxit aquositates. Dedi sequenti die iterum, & provocavit sedes penè innumeras aquosas. Atque statim tumor omnis cum Symptomatibus evanuit, ita ut ipsemet æger, antea desperatus, quarto die ad me venerit, seque sanum factum dixerit, D. L. Cibus ei, *juscula & facilia coctu erant.* Potui dabatur *per aliquot dies Vinum Absynthites.* *V. 89.* *Spir. Vit. aur.* *Victus.*

15. Mulier quædam anno 21 ætatis, innumerabilibus ferè malis, Tumore nempe totius corporis, Hydrope Anasarcâ, Icteritiâ, Vertigine, Capitis, Cordis, Hepatis & Ventriculi dolore, oppressa fuit ad multorum desperationem: à quibus eam, Deo auxiliante, levabam hoc modo. ℞. *Syr. ros. solut. Mont.* ℥ j. *Trochisc. de Agaric.* ʒ ij ß. *Aquar. Hyssop. Meliss. an.* ℥ j ß. *M.* *VI. 80.* *Purgat.*

16. Textor, anno ætatis 28, incidit in Hydropem Anasarcam, Sitim ingentem, Inappetentiam, &c. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ j. *bibat.* Hac potione valdè operatâ, & postmodũ *venâ Medianâ apertâ*, meliùs habuit. Sed sitis cum vẽtris tumore adhuc molestabat. Itaque dedi *Sp. Vit. aur.* ℥ j ß. Exinde, quia necdũ per omnia meliùs habuit, tertiò purgavi. ℞. *Extr. Esulæ* ʒ j. *Seri lactis* ℥ v. *M.* Colaturam bibit, ejusque energiâ sensim pristinam sanitatem *VI. 98.* *Spir. Vitæ aur.* *Ven. sect.* *Extr. Esulæ.*

Victus. recuperavit. Potus erat *decoctum Fragar. & Vinum Absynthites.*

VII. 22. 17. Civis quidam 25 annos natus, in Hydropem Anasarcam incidit: à quâ corpus æqualiter intumuit. Simul etiam Asthma & difficultas spirandi, Sitis & Inappetentia eum infestabant: Urinam minxit crudam & turbidam. Hujus curatio perbrevis quidem, certa tamen & certissima fuit, per seq. nobile catharticum, in Hydrope efficacissimum. *Potio purg.* ℞. *Troch. Alhandal. pulv.* ℈ ij. *Aq. Cichor.* (*Decoctum ejus præstat*) ℥ v. *M. & stent in loco calente per noctem.* Manè colaturam puram calidè ebibit: quæ cacochymicam corporis sentinam omnem exhausit, cum omniũ Symptomatum relaxatione conspicuâ. Potus erat *Vinum Absynthites.* *Victus.*

VII. 58. 18. Adolescentem 24 annorum, graviter Hydrope Anasarcâ oppressum, divinâ gratiâ adjutus, levavi hac curatione. *Sudorif.* ℞. *rad. Asari M ij. Decoq. in s.q. Aquæ ad dimidias:* hujus decoctionis, quotidie manè, sumpsit ℥ vj calidas, & probè stragulis opertus sudavit valdè. À meridie quandoque sudavit *in Laconico.* *Laconicum.* Potus erat *decoctum Hyssop. & granor. juniper. contusorum.* *Victus.*

VII. 89. 19. Adolescens alius 20 annorum, Hydrope Anasarcâ correptus, seq. potione restitutus fuit. *Purgat.* ℞. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ ij ß. *quas in duas dividat portiones, cum jure pisorum exhauriendas.* Inde aquositatibus plurimis dejectis, tu-

tumor subsedit, ægerque relevatus est. Potus erat *decoctum granor. Juniperi.* *Victus.*

20. Cuidam pauperi quadragenario, Hydrope anasarcâ laboranti, cum prospero successu ex Dei benedict. præscripsi seq. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ iiij. Diaturb. cum Rhabar. ʒ vij. M. f. haustus.* Peractâ purgatione, eâdemque adhuc semel usurpatâ, utatur *Laconico ex Chamom. Arthem. Serpil. Ruta, flor. Fœni, & stram. Aven. in Lixivio forti decoctis.* Potus sit *decoctum granor. Juniperi, & Vinum Absynthites.* *VII. 97.* *Purgat.* *Laconic.* *Victus.*

21. Vidua quædam pauper, ætatis anno 52, Hydropem Anasarcam, cum Asthmate & Orthopnœâ, patiebatur. Urina ejus erat aquea & turbida. Hæc utebatur quotidie, usque ad sanitatis recuperationem, *Laconico balneo, ex Avenacei straminis fasciculis in lixivio forti dococtis:* & cibo *calefaciente, siccante, coctuq; facili:* pro potu, *Aquâ decoctionis Hyssopi.* Et per hæc, in paucis diebus, ad sanitatem pervenit. *VIII. 11.* *Laconic.* *Victus.*

22. Chartarius, 50 annos natus, torquebatur gravissimè Hydrope Anasarcâ, Asthmate, Inappetentiâ, Siti & Dysuriâ. Urina ejus erat spumosa & aquea. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ iiij. Diaturb. cum Rhabar. in solido ʒ vij. M. pro haustu:* quo plurimùm evacuatus meliùs habuit, urinaque naturalis facta est. Porrò cura absoluta fuit hoc Balneo. ℞. *Menth. M v. Chamom. M iiij. flor. Fœni M x. stram. Avenæ facisc. q. s. Coqu. in lixivii fortis q. s. ad parandum* *VIII. 34.* *Purgat.* *Laconic.*

Laco-

Laconicum. Hujus usu intra paucos dies o-
Victus. mninò convaluit. Cibi erant *boni succi & calefacientes.* Potus, *Vinum Absynth.*

IX. 31. 23. Vir 27 annorum, Hydrope Anasarcâ cum Asthmate, Tussi, Anorexiâ, Siti, affectus fuit. Urina erat spumosa, livida, crassa, confusa, lethalis. Sed consilio meo usus,
Purgat. mox sanus factus est, per hoc: ℞. *Diaturb. cum Rhabar.* ʒ *vij. Seri lact.* ℥ *v. M. pro haustu:* quo fuit ab aquositatibus optimè purgatus, & inde quotidie rectiùs valere cœpit. Bibit,
Victus. quia pauper erat, *aquam decoctionis granor. Juniperi & Absynthii.*

IX. 50. 24. Mulier puerpera, Hydrope Anasar-
Purgat. câ cum Orthopnœâ afflicta erat. ℞. *Diaturb. cum Rhab.* ʒ *vij. Vini* ℥ *iiij. M. pro haustu:* qui expulit & propulsavit omnem tumorem
Victus. statim, & Orthopnœam. Cibus fuit εὔπεπτος. *Vino imposuit grana Juniperi, & bibit.*

IX. 59. 25. Pauperculus quidam puer decennis, ab Hydrope Anasarcâ, cum Tussi & Anorexiâ conjunctâ, per seq. potum sanus statim
Purgat. factus est. ℞. *Diaturb. cum Rhabar.* ʒ *j. Seri lact.* ℥ *j* ß. *M. pro haustulo:* quem per dies duos cōti-
Victus. nuos accepit. Cibaria erant τὰ πτωχικὰ, *calefacientia & humectantia.* Potus, *Serum lactis.*

IX. 87. 26. Agricola, 24 annos natus, Leuco-
Purgat. phlegmatiâ correptus fuit. ℞. *Aq. Absynth.* ℥ *v. Diaturb. cum Rhabar.* ʒ *vij. M. f. haustus:* quo omnes aquositates exturbatæ ac expulsæ fuerunt. Præterea ante prandium & cœ-

nam

nam, accepit *Conf. Abfynthii* ℥ ij. ad hepar & *Conf. abfynt.*
ftomachum roborandum. Cibus *facilis erat.*
Potus, *vinum, in quo macerebatur Cinis granorum* *Victus.*
& ligni Juniperi excorticati.

27. Ruftica gravida, matura propè par- *X. 1.*
tui, Aquâ intercute lethali affligebatur, cum vehementi Tufsi, & Tumore cæruleo, vafto ac duro, occupante inguina, uteri os & labra, adeò ut crura complicare non poffet, fed iis divaricatis dies noctesque miferrimè decumberet. 1. ℞. *pingued. Porci* ℔ *ij. Abfynth. contufi q. f. Fiat pulticula*; quæ manè & ve- *Cataplafm.*
fperi fupra uteri tumorem applicata, maximum tulit auxilium, in emollienda duritie, & leniendo dolore. 2. In lecto manè fudavit, *ex Vino faccharato calidè propinato*: quod tufsim fedavit, multumque profuit. 3. Sin- *Sudorif.*
gulis quoque 3 diebus ufa fuit à meridie hoc Balneo. ℞. *Fœni M. xxx. Puleg. Chamomel. Menth. an. M iij. Coqu. in lixiv. q. f. pro balneo aëreo.* *Laconic.*
Quo unà cum remediis reliquis, integrâ fanitatem, per Dei clementiam, mifera mulier confequuta eft. Cibi *boni offerebantur.* Potus, *Victus.*
Lac Amygd. dulc. ex colaturâ furfurum paratum.

28. Juvenis 25 annorum, corpus totum *X. 4.*
languidum, tumidum & humore plegmatico oblitum habebat, cum Scroti teftiúmque tumore, Anhelatione, Tufsi, Siti, &c. Urina ejus apparebat fpumofa, rubra, craffa & lethifera. ℞. *Trochifc. Alhandal. pulverif.* ℨ ß. *Purg.*
Seri lactis ℔ *j. Macerentur fimul per noctem.*

Ma-

Manè de colatura bibit ℥ v. totidem seq. die. Ex hoc infuso egessit plurima biliosa, crocea, pituitosa, aquosa & maleolentia: inde mox caput, brachia, venter, totumque corpus detumuerunt, præter scrotum & pedes. Igitur ad horum etiam auferendum tumorem usus est, per aliquot dies, *Laconico parato ex fasciculis fœni in Lixivio forti decoctis.* Cibi dabantur *coctu faciles.* Potus, *Aqua decoctionis Fragar. & radic. Cichoreæ.* Atque his paucis miser hic homo, brevi admodum tempore, ad sanitatem bonam pervenit. L. D.

Laconic.

Victus

X. 96. 29. Vir quadragenarius, graviter afflictus fuit Hydrope Anasarcâ, cum Asthmate & Tussi. Lotium ejus erat turbidum. Iste in lecto contectus desudavit diu multumque *ex Vini Absynth.* ℥ *vj.* calidè epotis: atque hac sudatione solutus & levatus fuit totus Hydrops, Deo annuente, in 5 diebus. Cum cibis *coctu & paratu facilibus*, dabatur potui *Vinum Hyssopites saccharatum.*

Sudoriferū.

Victus.

ASCITES.

I. 76. 1. Fœmina viro juncta, annos 32 nata, laboravit Hydrope aquoso, Ascite nominato: quam ego, per Dei gratiam, intra paucos dies curavi sequenti Hydrag. ℞. *Extr. Esulæ* ℈ *ij. Seri lactis* ℥ *v. M. diluantur.* Hac potione frigidè assumptâ, plurimum aquosita-

Extr. Esulæ.

tis

tis egeſsit. Et cùm eam ter ebibiſſet alternis diebus, totum corpus ab ichoribus expurgatum eſt. Victus rationem præſcripſi *calefacientem & maximè ſiccantem.* Potum *Victus.* conceſsi pro ſitis neceſsitate, *Serum lactis, in quo grana Juniper. contuſa incocta fuerunt.*

2. Quidam Axinopœus, anno ætatis 54, *II. 61.* contraxit perniciales morbos, Hydropem nempe Aſcitem, Tuſsim, Anhelationem & Febrem quartanam. ℞. *fol. Sennæ purgat.* *Purgat.* ℥j ß. *Cinam. Zingib. an* ʒ ß. *Sacch. candi* ℥j. *Bulliant per horæ quadrantem in ſeri lactis* ℔ *ij.* Ex hujus decocti ℥ v. per decem continuos dies, quotidie manè ſumptis, alvus optimè egeſſit. Die duodecimo exhibui hoc: ℞. *Ex-* *Extr. Eſulæ.* *tract. Eſulæ* ʒ *j. Seri lactis* ℥ *vj. M. & diluantur.* Colatura hujus ebibita, reſiduas aquoſitates & corruptos humores expulit: inde Hydrops evanuit, tuſsis remiſit, febris deceſsit, æger faciliùs ſpiravit, & Deo juvante, ad ſanitatem paucorum dierum dierum ſpatio pervenit. Regimen victus *ſiccans fuit, &* *Victus.* *calefaciens. Vino, quod bibebat, impoſuit Abſynth. & grana Juniperi contuſa.*

3. Ruſtici Uxor, anno ætatis 32, Aſcitica *II. 85.* erat: Nam venter ejus & totum abdomen, cum femoribus atque pedibus, intumuerant: vehementer ſitiebat, & difficulter ſpirabat. ℞. *Extr. Eſulæ* ʒ ß. *Seri lactis benè deſpu-* *Extr. Eſulæ.* *mati* ℥ *vj.* Diluta hæc & colata ter ebibit, tertio ſcilicet quoque die; & his totum cor-

pus

pus ab ichoribus perpurgatum fuit, ac ipsa paucis diebus ad sanitatē reducta est. Cum
Victus. cibo *calefaciente & siccante*, *Vini loco bibit hoc decoctum.* ℞. *gran. Juniper. M iiij. Seri lact. recentis* ℔ *viij. Coqu. ad tertias.*

III. 3. 4. Agricola quidam, anno ætatis suæ 43, lapsus fuit in Hydropem aquosum, Ascitem dictum. Nam aliis corporis partibus contabescentibus, venter, pedes, femora, scrotum, & virga, intumuerant: Spiritum difficilimè trahebat, & multùm sitiebat: Urina erat rubicunda. Ad hunc vocatus,
Regimen. 1. Victus regimen *calefaciens & siccans* imperavi. In aëre *calido & sicco* vivat. Cibis vescatur *calefacientibus & siccantibus, qui condiantur aromatis.* Potus in prandio *Absynth. aliàs sit Vinum Juniperinum.* Pro exercitio *frictiones* admoveantur. *Somnus nocturnus & non multus* concedatur. *Timorem, tristitiam, aliasq́ animi perturbationes* vitet. 2. Singulis quatuor diebus exhibui seq. haustum, qui mi-
Purgat. Anthydropica. raculosè depellit Hydropas. ℞. *Aq. Absynth.* ℥ *v. Extr. Diacolocynth.* ℈ *ij. Dissolvantur ad ignem.* Hæ potiones, multas aquositates, flatus & alios vitiosos humores, sine dolore & molestiâ eduxerunt, cum magno profectu. Nam tumor corporis totius indies diminutus est, anhelatio recessit, sitis remisit, appetentia cibi rediit, & urina naturalior facta est. 3. Supra scrotum & virgam maximè intumefacta, sequens Cataplasma, manè & vesperi,
ad-

admovi. ℞. *Micæ panis secalic. M iiij. Coqu. cum s. q. lixivii ad pultis formam, quæ inducatur linteis, & calidè applicetur.* Intra 12 dies omnem tumorem hoc Cataplasma deposuit. Atque sic ab hoc gravissimo & diuturno morbo, intra duos menses, per singularem DEI gratiam, liberatus est. *Cataplasm.*

5. Alius Agricola, 62 annos natus, etiam Asciten passus est, valdè intumefactis alvo, scroto, femoribus & pedibus: spiritum difficulter traxit, & appetitus simul prostratione laboravit. Urina fuit spumosa & turbida. 1. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥j ß. Hunc haustum sumpsit, & tam ore quàm alvo multos phlegmaticos humores & biliosos maleque olentes excrevit. Sequenti die ex eodem haustu repetito, insequutæ similes evacuationes sunt, & tumore ventris imminuto, faciliùs respiravit, appetitus rediit, & urina melior reddita est. 2. ℞. *Aq. fontan.* ℥ vj. *Extract. Esulæ* ʒ ij. *M. & macerentur per noctem.* Manè linteo trajecta bibit, & magnam aquarum copiam egessit alvo, tumorque ventris valdè diminutus est, & brevi tempore ex integro convaluit. 3. Verùm iis diebus, quibus non insumebat medicamentum purgans, usus est Balneo, quod ℞. *Absynth. Chamomel. Menth. bacc. Juniper. an. M iij. flor. Fœni M v. stramin. Avenæ aliquot fasciculos. Coqu. omnia in s. q. lixivii, juxta artem balnei.* Hoc etiam multum ad tumorem scroti, femo- *III. 79.* *Spir. Vit. aur.* *Extr. Esulæ* *Laconic.*

rum & pedum, resolvendum fecit. Cibus
Victus. dabatur *calefaciens & siccans.* Potus, *decoctum Hordei saccharatum, Hydromel, Vinum tenue & Absynth.*

III. 88. 6. Civi cuidam quadragenario, ex Hydrope Ascite, venter, abdomen, crura & pedes intumescebant, aliæ verò partes extenuabantur: respirabat difficulter, cibos fastidiebat, sitiebat: Urina spumosa, confusa
Aq. Terræ Sanctæ. & turbida erat. ℞. *Aquæ Terræ Sanctæ* ℥ vj. Hanc in lecto benè contectus bibit calidè, & postquam inde per tres horas sudasset, alvo sæpiùs egessit multas aquositates, ac intra biduum, omnibus admirantibus, tumor & symptomata evanuêre, urinaque natura-
Victus. lis facta est. Cibus fuit *facilis & paucus.* Potus *decoctio Hyssopi.*

III. 94. 7. Cujusdam Uxor annos nata 40, gravi & mortifero Hydrope ascite affecta fuit: Urina ejus erat spumosa & confusa. ℞. *Se-*
Extr. Esulæ. *ri lact. optimi* ℥ v. *Extract. Esulæ* ʒ ij. *Misc. pro haustu*: quem bibit manè, & tertio pòst diē repetivit. Eo sanè omnes aquositates, à toto corpore exturbatæ sunt, ut elapsis paucis diebus, ægra iterum sanitatem obtinue-
Victus. rit. Potus erat *Serum lactis: sed sitim perferebat quantùm potuit.*

IV. 14. 8. Quidam annorum 33, Hydrope Asci-
Extr. Esulæ. te cum Lumbricis laboravit. ℞. *Extract. Esulæ* ʒ j. *Seri lactis* ℥ v. *M. pro haustu*: quem de-

de tertio in tertium diem ſumpſit per tres vices: ac dejectis vermibus, aquoſitatibus & fœtidis excrementis, intra paucos dies ad ſanitatem rediit. Potus erat *decoctum Cichoreæ cum Abſynthio.* *Victus.*

9. Civis cujuſdam uxor, cùm ageret annum 65, paſſa eſt Hydropen Aſciten, Icterum, Aſthma, Anorexiam, Sitim. 1. ℞. *Aq. deſtill. Abſynth.* ℥ v. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ iij. *Extract. Pithyuſ.* ʒ ß. *Redigantur in hauſtum:* quo multùm evacuata eſt. 2. ℞. *radic. Aſari, Hirundinar. an.* ℥ ij. *flor. Centaur. min. M j. Decoqu. in ſ. q. aquæ & vini ad dimidias.* Hujus decoct. bibit manè ad ℥ vj calidè in lecto: & multùm cooperta ſudavit valdè & diu, quotidie ùſque ad morbi & ſymptomatum remiſsionem depulſionemque. Potus fuit, *Aqua decoctionis gran. Juniperi*, quia erat paupercula: Cibus *calefaciens & ſiccans.* Atque his paucis ſanata eſt intra menſem. *IV. 27.* *Purgat.* *Sudorifer.* *Victus.*

10. Equitis Uxor, 33 anno ætatis, Hydropica aſcitica facta eſt, cum Orthopnœâ, Febre & Uteri procidentiâ. 1. ℞. *Aq. fontan.* ℥ iij. *Syr. roſat. ſol.* ℥ ij. *M. pro hauſtu:* quem frigidè bibit manè, & per duas horas ante cœnam repetivit. Inde quidem meliùs ſe habere dixit, tumor tamen non imminutus eſt. Quare 2. ℞. *Extract. Eſulæ* ʒ j ß. *Aq. acidulæ* ℥ vj. *M. & macerentur per noctem.* Manè colatum bibit, & ſedes aquoſas plurimas habuit. 3. Poſt duos elapſos dies, qui.. parùm, *IV. 47.* *Purgat.* *Extr. Eſul.*

ex dictorum usu, venter detumuit, dedi *Spirit. Vitæ aur.* ℥j. *Syr. è Senna* ℥ß. *M. pro haustulo*: qui eduxit alvo copiosissimas aquas. Et exinde omnis tumor indies remisit, & ipsa ex insperato, intra mensis spatium, ex toto convaluit. Cibi dabantur, *qui faciliores sunt concoctu*. Potus *Vinum, cui imposuit Absynth. & Enulam campanam.*

Spir. Vit. aur.

Victus.

IV. 97. 11. Mulier gravida, Ascite morbo correpta fuit: ideò per decem dies continuos usa est lotione & *Balneo Aquæ chalybeatæ*: ex quo Balneo, sine fœtus detrimento, omnis Aqua intercus evanuit; & ipsa, 10 dierum spatio, per Dei misericordiam, ex toto sanata fuit.

Balneum.

IV. 98. 12. Prætoris cujusdam duo filii, quorum alter unum annum, alter verò quatuor natus erat, in Ascitem morbum devenerunt. His in umbilicum imposui *Ol. Heraclein.* minori quidem natu guttas ix. majori verò xiij gutt. idque feci manè, meridie ac vesperi, per duos continuos dies. En Dei miraculum! pueri ambo valde ex hoc oleo perpurgati alvo sunt: & in majori natu multi etiam vermes expulsi. Atque intra tres dies, omni tumore evanescente, curati fuerunt.

Ol. Heracl.

V. 46. 13. Vidua 44 anno ætatis Ascitica facta est. ℞. *Extr. Esulæ* ℈ ij. *Seri lact.* ℥ iiij. *M. f. haustus*: quo unico ab aquis universum corpus perpurgatum est, ac tumore omni subsidente, quotidie rectè & benè valere cœpit.

Extr. Esulæ.

14.

14. Honestissima quædam Matrona, gravissimâ mortiferâque Hydropisi Ascite, & lethali etiam partu afflicta, fœtum mortuum gestavit in utero. Ad deploratam hanc & miseram vocatus, ex signis lethalibus indicabam, ipsi unà cum fœtu è vita migrandum esse: nisi extrema remedia, Deo invocato, nullâ factâ morâ tententur. His auditis ægra & astantes acquiescunt: itaque festinanter compono seq. haustum. ℞. *Vini optimi ℥ v. Trochisc. Alhandal. subtilissimè pulverisat. ℈ j.* Commixtis his & parvâ ebullitione factâ, vinum per linteum rarum trajectum, totum in nomine JESU ebibendum obtuli: & mox misera multas variasque vomitiones, ac alvi plurimas dejectiones aquosas habuit, cum quibus simul etiam fœtus expulsus est, mensiumque fluor copiosus & aquosus concitatus. Atque sic, Divinâ virtute, desperata Matrona præter omnium opinionem servata fuit, ut multis pòst annis superstes incolumis permanserit, L. D. Præterea, ante & post prædicti Purgatorii sumptionem, Epithema Cordi & manuum pulsibus applicatum fuit, manè, meridie & vesperi. ℞. *Aquar. Rosar. Borrag. & Buglossi, an. ℥ v. Vini Malvat. ℥ iij. Spec. de Gemmis calid. ʒ iij. Margarit. præpar. ʒ j. fragment. Lapid. precios. ℈ ij ß. Spec. Cordial. simpl. ʒ ß. M. f. Epithema.* Victus ratio fuit, *puerperis cõsueta, & maximè conveniens extremè debilitatis. Vino, quod bibit, im-*

F. 93.

Purgat.

Epithema.

Victus.

poni Melissam jussi: sæpè etiam *Malvaticum* exhiberi admonui.

VII. 41. 15. Quidam annos 25 natus, incidit in Hydropis Ascitis principium: Symptomata adfuerunt, Difficultas spirandi, Tussis, Inappetentia. ℞. *Decocti Sennæ* ℥ iiij. *Diaphœn.* ʒ iij. *Diaturb. cum Rhabar.* ℥ ß. *M. f. haustus.* Hoc assumpto alvus sæpiùs mota, aquositates multas dejecit. Altero die, ad ventris colluviem prorsus exhauriendam, & ad Symptomata sublevanda, seq. dedi haustum. ℞. *Aq. Hyssop.* ℥ v. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ j ß. *M. f. haustus, jejuno ventriculo bibendus.* Transactis feliciter purgationibus, usus est *Laconico, ex decoct. Chamom. Origan. Hyssopi, stramin. Avenæ & flor. Fœni, parato.* Inde convaluit. Potus fuit *Vinum Absynth. & decoctio Hordei saccharata.*

Purgat. 1.

2.

Laconic.

Victus.

VII. 54. 16. Puer 8 annorum, Ascite laboravit, ventre & pedibus in vastum tumorem crescentibus, Siti clamosâ & inextinguibili, Vigiliis, Tussi & Difficultate spirandi comitantibus. 1. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar. pulv.* ʒ iij ß. *Jusculi pisorum q. s. ad duas vices. M.* Unam hujus portionem bibit manè jejunus, alteram duabus horis ante cœnam: utraque benè puerum allevavit, utpote ingentem aquei humoris & flatuum copiam exturbantes. 2. Ventrem manè & vesperi inungi calidè jussi, *Vnguento contra vermes*, cujus descriptio extat in Dispensator. Reipub. August. Suspicio enim erat, ver-

Purgat.

Vnguent.

mium adesse congeriem, quibus hæc ætas maximâ ex parte obnoxia esse solet. Etsi his factis venter detumescere conspicuè visus fuerit, ægerque liberiùs spirare cœperit: quia tamen pedum tumor contumax, reliquaque symptomata adhuc gravia conspiciebantur, sequenti purgationis genere repetitis vicibus est usus. ℞. *fol. Sennæ* ℥ ß. *Cinamom. el.* ʒ j. *Sacchari candi* ʒ iij. *Liquirit.* ʒ ij. *M. Coqu. in aquæ* ℔ ij. *per horæ quadrantem.* Decocti hujus bibit manè ℥ iij. vesperi duabus horis ante cœnam tantundem, & sic sequentibus diebus. His potionibus plurimùm se adjutum æger testabatur: aquam enim copiosè absque molestia detraxerunt. Hoc itaque peracto tantum profectum est, ut integræ sanitati æger omnino sit restitutus, L. D. Cibus *paucus & facilis digestionis erat.* Potus, *Vinum Absynthites, & Serum lactis saccharatum.* *Infus. purg.* *Victus.*

17. Pellionis filia 13 annorum, gravi Ascite hydrope laboravit. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ ij. *Ex his manè, & vesperi horis duabus ante cœnam, capiat cochl. j. altero die tantundem.* Exinde licet multa serosa dejecerit, parùm tamen adjutam puellam deprehendi. Ea propter hoc ebibendum præscripsi. ℞. *Extract. Colocynth. magnitud. avellanæ, Aq. ferventis* ℥ j. *M.* Hydragogo hoc largè per alvum operato, quarto die jubeo assumi hoc holagogum. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ ß. *Syr. de Liquirit.* ʒ j. *M. f. haustus,* *VII. 63.* *Spir. Vit. aur.* *Hydragog.* *Spir. Vit. aur.*

pro duabus vicibus exhauriendus: quo aſſumpto, ingentique aquei humoris & flatus copiâ effusâ, meliùs habere cœpit, indiesque convaluit.

VII. 76. 18. Mulier 30 annos nata, Hydrope Aſcite laborabat. ℞. *Aq. Abſynth.* ℥ *iij. Extract. Eſulæ* ʒ *j. M. in hauſtum*: quo ab aquoſitatibus evacuata fuit, & à ventris gravi tumore liberata. Bibit in menſa, *tantùm Vinum Juniperinum.*

Extr. Eſulæ.

Victus.

VII. 96. 19. Ruſtica quinquagenaria Aſcitica erat. ℞. *Aq. Abſynth.* ℥ *v. Trochiſc. Alhandal. pulveriſ.* ℈ ß. *Macerentur ſimul per noctem, manè colatura pura bibatur calidè*: cujus εὐφορία magna aquoſæ & flatuoſæ materiæ copia excreta eſt, cum tumoris epigaſtrii ſubſidentia, & Symptomatum remiſsione. Contra pedum tumorem perſeverantem, Laconicum ad ſudorem eliciendum, paravit, *ex Chamom. Arthemiſ. Serpill. Ruta, florib. Fœni & ſtram. Avenac. in lixivio forti decoctis.* Inde convaluit optimè. Potus fuit *Decoct. granor. Juniperi contuſ. & Fragariæ.*

Purgat.

Laconic.

Victus.

VIII. 25. 20. Mulier 58 annos nata, graviter & mortiferè Aſcite, Ictero, Aſthmate, Inappetentiâ, & Dorſi dolore affligebatur. ℞. *Spirit. Vit. aur.* ℥ *j* ß. Hoc inſumpto, evomuit circiter ℔ ij. ichorum & phlegmatum tenaciſſimorum, & alvo plurima, aquoſa, fœtida ac varia rejecit, & mox rectiùs habuit. Corpore

Spir. Vit. aur.

pore ab aquositatibus evacuato, Balneum parari jussi. ℞. *Pisi*, (Erbeysstraut) *Fœni*, *an*. *M* xxx. *Coqu. in fortis Lixivii q. s. pro Balneo Laconico.* Hujus quotidiano usu omninò convaluit, L.D. Cibus interim dabatur *bonus & boni succi.* Potus, *Aqua decoctionis Hyssopi & radic. Vrticæ.* *Laconic.* *Victus.*

21. Vir 59 annorum, Asciticus factus est: Urina ejus apparebat spumosa & rubens. ℞. *Aq. Absynth. & Capill. Vener. an.* ℥ ij ß. *Diaturb. cum Rhabar.* ʒ vij. *M. pro haustu*: cujus virtute excrevit ad ℔ xxx, ichorum & aquositatum. Inde meliùs statim habuit, atque indies omninò convaluit. Cibus fuit *concoctu perfacilis.* Potus, *serum lactis cum saccharo rosato.* *IX.* 86. *Purg.* *Victus.*

22. Mulier prægnans Ascite affecta fuit. ℞. *fol. Sennæ mund.* ʒ vj. *Rosar. rubr.* P j. *Zingib.* ℈ j. *Sacchar.* ℥ ß. *Seri lactis* ℔ ij. *Macerentur pro Infusione*, de quâ manè capiebat ad ℥ iiij. Postquam rectè ac benè purgata fuit, usa est per aliquot dies *Balneo aquæ salitæ, in qua chalybs candens restinctus fuit.* Atque per id Balneum ex Hydrope omnino sanata est. *IX.* 92. *Purgat.* *Balneum.*

TYMPANITES.

1. Fabri lignarii filia 11 annorum, Hydrope Tympanite graviter premebatur: nam intestina ejus crerbo rugitu obmurmurabant, venter vehementer tendebatur & do- *III.* 62.

lebat: aderant simul Asthma & Dyspepsia. Urina erat turbida, spumosa & fœtidissima.
Spir.Vit. aur. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ ß. Hic assumptus, flatibus & aquis per alvum egestis, tumorem minuit: inde tormina & reliqua Symptomata remiserunt, & urina naturalis facta est. Tertio pòst die, iterum eundem *Spiritum* dedi, qui pariter multas sedes operatus, peccantem materiam ventre expulit. Itaque intra 8 dies, per Dei bonitatem, cui sit Laus, integræ sanitati restituta est.

III. 84. 2. Puer 13 annorum, in Tympaniten hydropem lapsus fuit, cum ventris tumore flatulento, dolore, rugitu, murmure & anhelatione. Hunc paucis diebus, juvante Deo, Spir.Vit. aur. sanum feci, *Spirit. Vitæ aur.* ℥ vj. per duos dies manè sumptis: quo flatus cum aquositatibus copiosè per alvum expulsi sunt, & mox ventris dolor, tumor, omniaque sublata. Potus fuit, Victus. *decoctio baccarum Juniperi.*

IV. 32. 3. Mulier quædam, circa ætatis annum 58, in Tympaniten cum Asthmate, Anorexiâ & Splenis dolore, devenit. 1. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ ij. Spir.Vit. aur. Hoc valdè alvo dejecit, tum flatus, tum aquositates. Aq.Terr.S. 2. ℞. *Aq. Terræ Sanct.* ℥ vj. Hanc calidè bibit manè, & in lecto benè cooperta sudavit multùm, plurimaque alvo excrevit, & subitò ventris tumore & Symptomatis recedentibus, sana evasit.

X. 38. 4. Virgo 16 annorum, cruciabatur Tympanite,

panite, Lumbricis, Anorexiâ, Siti, Dyspnœâ. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ℨ iij. *Lactis recent.* ℥ iij. *M. pro haustu*: quem bibit, & sequenti die repetivit, eoque vermes, flatus, & aquositates dejecit, ac convaluit. Pro potu dabatur *Aqua infusionis farinæ lini.* *Purgat.* *Victus.*

TUMOR VENTRIS.

1. Puella 13 annorum, Ventris ac faciei tumore, cum Spirandi difficultate infestabatur. ℞. *Conser. Bened. quantitatem duorum pisor. Hydromel.* ℥ ß. *M.* Hunc haustum assumpsit manè, per biduum: ac exinde noxiis expurgatis, libera ab istis malis evasit. *VI. 15.* *Purgans.*

2. Puellus 3 añorum, Tumore ventris & Tussi afflictus fuit. ℞. *Diaturb. cum Rhabar. in solid.* ℈ ij. *Aq. mulsæ* ℥ j ß. *M. f. haustulus*: quem per biduum manè sumpsit, & recte multúmque purgatus fuit, liberque ab his malis mox evasit. Cibus erat ἄπεπτος. Potus, *Aqua saccharata.* *IX. 5.* *Purgat.* *Victus.*

3. Puer decennis, Ventris tumore, dolore, & Febre implicitus fuit: lotium reddebat spumosum & rubrum. Sed oppidò liberatus ita fuit. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ℨ ij ß. *Seri lactis* ℥ ij. *M. pro haustu*: qui per tres dies continuos assumptus, expurganda expurgavit optimè, tumoremque cum febre depulit. *Sacculus præterea ex Absynth. factus, & in lixivio coctus,* ventrique appositus, dolorem abegit. *X. 41.* *Purgat.* *Sacculus.*

Victus. abegit. Cibus concedebatur *facilis & bonus.* Potus *aqua, in qua decoctæ erant radices Vrticæ.*

DOLOR VENTRIS.

I. 50. *II. 76.* 1. Pistoris Uxori, 21 añum natæ, Ventris dolore affectæ, unico hoc haustu subveni. *Purgat.* ℞. *Decoct. Sennæ, Syr. è Senna, an. ℥ ij. Benedict. laxat. ʒj ß. Zingib. ʒ ß. Diluantur & propinentur.* *Victus.* Victus erat *calefaciens & humectans.*

I. 61. 2. Quidam Professor, circiter annum ætatis 24, de Ventris dolore diuturno conquerebatur. *Extr. Esulæ.* ℞. *Extract. Esulæ. ʒ ß.* Hoc assumpto, aquam frigidam superbibit, & aliquoties egerens, mox sanatus fuit.

II. 78. 3. Filiolus meus Martinus, 3 menses natus, jactabatur magno Ventris cruciatu, propter alvum induratam atque obstructam. Cùm autem nulla medicamenta interna admitteret, externa verò sine profectu admoverentur, paravi ipsi talem pultem. *Puls copragoga.* ℞. *Muscerdæ seu stercoris muris Num. j. Hoc pulverisatum decoquebatur in pulticula solita :* cujus esu protinus soluta fuit alvus, & dolor omnis evanuit. L. D.

III. 26. 4. Ahenarii filiolus, annos duos natus, Febriculam, Dolorem ventris & Inappetentiam passus est. Huic jejuno devorandum dedi frustum Scriblitæ, cui *Olei ligni* *Ol. Heracl.* *Heraclii gutt. vij. instillaveram :* quo alvo multùm

tùm purgatus, confeſtim convaluit, ſine aliorum medicamentorum adminiſtratione.

5. Puella 7 annorum, à Ventris dolore illicò ſana facta eſt, per ſequentia. 1. ℞. *Extract. Eſulæ* ℈ j. *Vini* ℥ ß. *M: f. hauſtulus*: quem percolatum frigidè bibit, & ore alvoq; multùm evacuata fuit. 2. Ventri *ſacculus, ex Ruta lacte coctâ factus, applicatus fuit.* III. 33. Extr. Eſulæ. Sacculus.

6. Puer bimulus, Ventris dolorem & tumorem cum Anorexiâ paſſus eſt: qui ex comeſtis *Mannæ maſticin.* ʒ iij. rectè multúmque purgatus, ſtatim valetudinem recuperavit. IV. 95. Purgat. ſuave.

7. Viro 31 annorum, Dolore ventris ac lateris, Difficili anhelitu ac Anorexiâ laboranti, Catharticum decrevi ſeq. ℞. *Syr. roſ. ſolut.* ℥ ß. *Diaphœn. Agaric. throchiſc. an.* ʒ ij ß. *Aquar. Abſynth. Hyſſop. an.* ℥ ij. *Commiſtis omnibus, fiat hauſtus*: quo exhauſto, ſanatus fuit. VI. 28. Purgat.

8. Profeſſor & Cœnobii Præpoſitus quidam, cùm ageret annum 24, Ventris dolore afflictus erat. ℞. *Conſ. Benedict.* ℈ j. *Vini optimi* ℥ iiij. *M.* Ex hujus inſumpti operatione occultâ, egeſsit varia, ac ſtatim altero die convaluit. VI. 46. Conſ. Bened.

COLICUS DOLOR.

1. Plurimi ægri Colico & Iliaco dolore affecti, præſentaneū auxilium experti ſunt, ex Clyſmate ſeq. ritè adhibito. ℞. *Decoct.* VI. 7. Clyſter.

Tapſi

*Tapsi barb. & flor. Chamomel.℥ vij. Ol.Chamom.
℥ v.Vitell.ovor.Num.j. Salis ʒ j. Sacchari rubei ℥ ß.
Bened.laxat.℥j.Diagrid.gran.vij.M.f.Clyster.*

I. 15. 2. Virgo Vestalis, 36 annos nata, incidit
Enema. in Dolores Colicos. ℞. *fol. Sennæ ℥ ß. Puleg.
Meliss. an. M ß. Incoqu. in Ser. lactis caprin. q. s.
Hujus decocti ℞. ℥ v. Sacch.℥ ß.Ol.Chamomel.℥ ij.
Extract. Esulæ quantitatem nucis Jugland. M. f.
Enema:* quod cùm bis injecissem, sana illa evasit illicò, dolore penitus sublato, nec redeunte.

I. 16. 3. Præpositus Monasterii, 35 anno suæ ętatis, vexabatur gravibus Torminibus ven-
Pulticula. tris. ℞. *Farin. avenac. ℔ j. Decoq. in fortis Aceti q. s. ad formam pultis:* quâ ventri impositâ, statim doloris mitigationem sensit, & liber ab hoc malo evasit.

I. 20. 4. Nobili puero, 9 annos nato, Tormi-
Fomentum. nibus ventris affecto, *Farinam avenaceam in lacte recenti coctam, per sacculos adhibebam,* sæpiùs mutando. Et hoc solo fomento dolor levatus fuit.

I. 74. 5. Rustici Uxor, 64 annorum, Coli & Capitis dolore laboravit, ex alvo per 40 dies
Extr. Esul. in totum adstrictâ & induratâ. ℞. *Extract.
in Gland.* *Esulæ ʒ j ß. Mellis q. s. f. Glans, instar minimi digiti duplicati, longa & crassa:* quæ butyro recenti illita, ac alvo indita, stercora prædura, multa & magna promovit. Et ægra illicò, ex Dei misericordia, sana facta est. Præter-

ea

ea suasi, ut potus loco, per aliquot dies, biberet *Serum lactis Saccharatum*: Cibis verò uteretur *humectantibus*. *Victus.*

6. Vir quidam 36 annorum, patiebatur Alvi profluvium, Colicos dolores & Vomitum crebrum, quo non solùm assumpta, verùm etiam alios vitiosos humores rejiciebat: præterea intensissimâ Siti premebatur, & lethaliter decumbebat. 1. ℞. *Aq. Bened. Vini albi, an.* ℥ j. *M. pro potu*: quo residuos humores corruptos, tam ore quàm alvo, excrevit, indeque confestim eâ nocte dolores remisêre, vomitio suppressa, alvi fluor inhibitus, totaque adversa valetudo levata fuit, ad Laudem Dei. 2. ℞. *Absynth. M vj. Vini* ℔ *iij. Aceti* ℔ *j. Coqu.* His per linteum expressis fovebatur, per duos aut tres dies, stomachus: & multùm ventriculo roborando contulit. In mensa bibit *Aquam, in qua chalybs candens restinctus fuerat*: item *Vinum rubellum*. *II. 23.* *Aq. Bened.* *Fomentum.* *Victus.*

7. Machæropœus quidam, circa ætatis annum 52, sævissimum & crudelissimum Colicum dolorem, cum cibi potusque Vomitu, perpessus est. Urina ejus erat spumosa & turbida. 1. ℞. *Spir. Vitæ aur.* ℥ j. Hoc valdè expurgatus quievit, vomitu suppresso, & urinâ naturali factâ. Quia verò dolor citò rediit: 2. ℞. *Pilul. è Cynogloss.* ℈ ij. *Cum Syrup. Violat. fiant pilul.* 5. quibus insumptis, dolor recessit. Victus ratio erat *calefaciens & hume-* *III. 5.* *Spir. Vitæ aur.* *Pilul. anodynæ.* *Victus.*

humectans. Potus, *Vinum generosum, & Absynth.* Manè jentaculi loco præbebam *Vini adusti ℥ iij. cum panis intrita.* Atque ex his factus sanus est.

III. 43. 8. Jesuita, 22 annos natus, Ventris tormina passus est. ℞. *Decocti Menth. & florum Chamom. ℥ x. Ol. Chamom. ℥ ij. Mellis rosat. ℥ j. Vitell. Ovor. num. j. Salis ʒ ß. Caßiæ medull. ℥ j ß. M. f. Enema:* quod injectum, multa stercora, multosque vitiosos humores eduxit, atque irritis existentibus omnibus aliis medicamentis adhibitis, hoc solum dolores compescuit. Victu *parco usus est, & cibis liquidis, facilis digestionis, non flatuosis aut viscosis, ut plurimùm jusculis caponum, gallinarum & carnium.* Potus erat *Vinum generosum & Absynth.*

Clyster.

Victus.

III. 49. 9. Ecclesiæ Pastor quidam, anno ætatis suæ 40, Coli dolore sævissimo & pernecante propè umbilicum, per aliquot dies cruciabatur: multa simul biliosa & pituitosa, cibum etiam potumque Vomitu reddebat, cum Anhelatione atque Syncope. Quæ omnia quum nullis aliis medicamentis leniri possent, adhibui sequentia. 1. ℞. *Ol. Chamomel. ℥ iij. Ol. Rutac. & Laurin. an. ℥ ij. Ol. è Castor. Mellis rosat. an. ℥ ß. Butyri recent. ℥ vj. Croci ℈ ß. Misc. pro Enemate:* quod calidè per Siphonem injeci, & per horam retinere jussi: sicque multis vitiosissimis & male-olentibus excrementis ejectis, dolor ac vomitus subitò remittere cœpit. 2. Antè, & in

Clyster.

&c in Enematis applicatione, ventri ſiccum fotum admovi. ℞. *Milii M ij. Salis M j ß.* *Sacculus.* *Cymini M j. Miſc. Inſerantur ſacculo:* qui crebrò appoſitus calidè, multùm leniebat dolorem. 3. Poſt Enematis uſum, alvo ſolutâ, &c remittente vomitu, per tres continuos dies, ſequentem Bolum dedi, paulò ante prandium &c cœnam. ℞. *Caßiæ re-* *Bolus.* *cens extractæ ℥ ij. Conſerv. Abſynth. ℥ ß. Miſc. pro Bolo:* quo multa fœtida egeſsit alvus, &c ægrotus ſe ex toto meliùs habere dixit. 4. Ventriculum, ejuſque orificium affectum &c dolens, curavi ſæpiùs inungi *Ol. maſticino opt.* *Ol. maſticin.* quod multùm profuit. 5. ℞. *Panis* *Scutum ſtomach.* *ſecal. toſti ac pulveriſati, q. ſ. Aquarum Abſynth. Menth. an. q. ſ. Incorporentur in formam pultis, quæ inducatur ſuper linteum, ventriculi magnitudinem habens, & inſpergatur ſeq. pulvis.* ℞. *Cinamom. acerrim. Nuc. moſch. Caryophyll. an. ℥ ß. Macis ʒ ß. Maſtich. ʒ iij ß. F. pulvis ſubtiliſsimus.* Scutum hoc pulvere conſperſum, maximo cum fructu applicabam calidè, manè &c veſperi. Nam vomitum ſiſtit, &c ventriculum plurimùm roborat. Cibus erat *facilis dige-* *Victus.* *ſtionis, & liquidus, cui piperis momentum* admiſcebatur. Potus, *Vinum generoſum, Abſynth. aliquando Malvaticum.* Atque ex his, Deo annuente, perfectè curatus fuit.

10. Pannarius quidam, annorum 30, Co- *IV. 37.*
lico dolore acutiſsimo &c flebili afflictaba-

Clyster. tur. 1. ℞. flor. Tapſi barbat. Chamomel. Mar-
1. rub. an. M. ß. Decoquantur in Vini ſ. q. ad ℔. j.
remanentiam. Poſtea ℞. Colaturæ hujus ℥ xj.
Ol. Chamomel. & Rutac. an. ℥ j ß. Vitell. ovorum
num. j. Mellis roſati ℥ j. Salis ℈ ij. Croci ℈ j. Be-
nedict. laxativ. Caſsiæ extract. an. ℥ j. M. pro Ene-
mate: quo injecto, dolor nonnihil remiſit;
2. ſed mox rediit. 2. Ergò ℞. flor. Tapſi barb.
M ß. Ficuum num. iij. Decoqu. in ſ. q. vini boni, ut
ſuprà. Colaturæ ℞. ℥ xj. Oleor. Roſar. Chamom.
an. ℥ j ß. Ol. Rut. ℥ j. Mell. roſ. ℥ ß. Salis ʒ ß.
Croci ℈ j. Caſs. extractæ ℥ j. Benedict. laxat. ʒ vj.
Diacathol. ℥ ß. M. f. Enema: quod injectum
cùm retinuiſſet per horam, mox domatus
omnis dolor funditùs receſsit, permultis &
variis alvo excretis. 3. Interim dum Cly-
Foment. ſteres injiciebantur, flores Chamom. in Lacte
caprino decoqui feci, & ſacculo incluſos extrin-
Victus. ſecus accomodavi. Cibus fuêre juſcula ex vi-
no parata. Potus, Abſynthites.

IV. 60. 11. Vir quadragenarius, Colicâ paſsione
cum Vomitu complicatâ, lethaliter afflige-
Fomentum. batur. 1. ℞. Rutæ M v. f. decoctio in Aceto q.
ſ. pro fotu: quo crebrò admoto, dolor mitior
Suffitus. reddebatur. 2. Naribus Aſphaltum accenſum
Aq. Bened. ſuffiebatur. 3. ℞. Aq. Benedict. ℥ j. Ol. oli-
var. modicum. Miſta potui dabantur, & ex
eo rectè evacuatus, ſtatim ex lethali morbo
æger liber evaſit.

VI. 21. 12. Dux quidam Colicâ paſsione tenta-
tus,

tus, *ex Stercore suillo recenti*, calidè dolenti ventri, in forma Emplastri, applicato, confestim convaluit. *Fomentum.*

13. Nobilis quidam 40 annorum, Coli & Ilei intestinorum doloribus tam sævissimis torquebatur, ut mortem sibi ipsi consciendi omnem occasionem captaret. Ego accitus, immanem hunc dolorem multis ritè adhibitis pharmacis demulcere sedulò dedi operam, sed frustrà. Tandem Enemate hoc usus sum. ℞. *Juris pisor.* ℥ *viij. Sacch.* ℥ ß. *Aq. Benedict. nostræ* ℥ *ij* ß. *Ol. commun.* ℥ *iiij. M. simul s. a. & injiciantur quâvis horâ doloris recrudescentis, calidè.* Ex hujus Clysteris repetitione, miraculosè omnis dolor sopitus est, &, causâ doloris noxiâ exclusâ, æger convaluit. *VI. 22.* *Clyster ex Aq. Ben.*

14. Cœnobii Præpositus quidam, vir 34 annorum, ex diuturnâ alvi Constipatione, delapsus est in exitialem Colicam passionem: quæ ex clysmatis & potionibus, operosâ aliorum Medicorum manu administratis, nihil relaxata est, quin potiùs dolor magis magisque invaluit, & omnia Symptomata in deterius abierunt. Accitus ego ad deploratum hunc virum, medicamenta, tam suprà quam infrà, à Medicis antè exhibita plurima, corpori adhuc inhærere, & malum exacerbare intellexi. Igitur 1. seq. Enema exhibui. ℞. *Juris gallinar. benè saliti* *VII. 35.* *Clyster.*

℥vj. *Extract. Esulæ* ʒj ß. *M. bulliant ad ignem, & colentur. Colaturæ adde Ol. sem. Lini* ℥vj. *M. f. Clyster*: quem tepidum injeci. 2. Verùm cùm hujus operatio per dimidiam horam differretur, sequent. haustum porrexi. ℞. *Aq. ferventis* ℥iiij. *Extract. Colocynth. magnitudinem exiguæ castaneæ. Dissolv. ad ignem excitatâ unicâ ebullitione. Colaturæ adde Mannæ mastic. opt.* ℥iij. *Aq. Cinamom.* ℥ß. *M. f. Potus*: quo exhausto, mox obstructio alvi expedita fuit, semel atque iterum tenacissimis scybalis & fœtidissimis excretis, ad aliquot libras. 3. Quia à tribus dejectionibus alvus supprimebatur, neque dolor colicus mitigabatur, jussi illum descendere in *Balneum aquæ dulcis, in quâ flor. Chamom. & granæ Juniperi fuerant incocta.* Exinde non modò operatio medicamentorum egregiè promota est; sed etiam, dolore sopito omni, reddito somno & appetitu, cunctisque Symptomatibus sublatis, pristinam sanitatem recuperavit. L. D.

Purgans potus. *Balneum.*

VII. 45. 15. Studiosus adolescens 18 annorum, Colico dolore, suis Symptomatibus comitato, afflictus fuit. ℞. *Extract. Esulæ* ℥ß. *Aq. fontan. claræ* ℥iiij. *M. f. haustus*: quem colatum calidum bibit, & probè expurgatus est, cum doloris remissione. Altero die hunc haustum iteravit: Sicque Sanitatem obtinuit. *Victus. Vinum Absynthit.* potus loco bibebat.

Extr. Esulæ.

16.

16. Ecclesiæ Pastor quidam, continuo IX. 13.
& acerbo Coli cruciatu dies noctesque torquebatur, cum crebro Vomitu, quo varia rejecit. Primò *Rutas cum aceto contusas & coctas,* Sacculi.
duobus sacculis imposui, quos frequenter applicavi admodum calidè, unum ventri toti dolenti, alterum ad anum. Et ex hoc fomento, spatio unius horæ, dolor cum Symptomatis frenatus fuit, non sine adstantium amicorum stupefactione. 2. Os interea atque nares *Asphalto accenso* suffiebam. Vino, Suffitus.
quod bibebat tepidiusculè, *Absynth. & Cyminum imponebam.* Victus.

17. Vir 30 annorum, à Coli Ventrisque IX. 12.
sævo dolore citò liberatus est sequentib.
1. *Stercus suillum linteo exceptum* calidè supra Foment.
ventrem imposuit. 2. ℞. *Decoct. Sennæ* ℥ iij. Purgat.
Diaphœnic. ʒ vij. *M. pro haustu*: quo rectè purgatus fuit. Cibi fuêre *calefacientes & humectantes.* Potus *Vinum Absynth.* Victus.

18. Mulier lactans, cruciabatur pertristi X. 5.
Ventris dolore, cum Pectoris angustia, Vertigine, & Animi deliquio: propter flatus retentos multùm crepitantes. ℞. *Decoct. aperit. cum Rhabar.* ℥ ij. *Mannæ mastichin.* ℥ ij ß. *M. f. potio*: quæ multas sedes magnas fecit, & flatus omnes sine molestiâ exturbavit. Cibus ipsius erat *facilis digestionis, non flatuosus,* Purgat. Victus.
non viscosus, nec assus: sed liquidus, utpote juscula Caponum, pullorum, gallinarum, vitulorum, hædo-

rum, &c. Potus, *vinum generosum, in quo macerabantur radic. Fœniculi.* Atque his in una die convaluit, cum L. D.

X. 39. 19. Quidam 22 annorum, Colicum dolorem valdè intensum perpessus est. Huic sanitatem citò restituerunt sequentia. 1. ℞. *mass. pilul. de Agaric.* ℈ij. *pilul. Sine quibus* ℈j. *Troch. de Agaric.* ℈ß. *Diagrid. gran.* iiij. *Cum Syr. ros. solut. Mont. f. pilul. 8. involvantur Cinamomo:* quibus benè expurgatus fuit. 2. Pro ventris Fomento decoquebatur *Mentha in aquâ:* quo multùm etiam levatus est. Potus erat *vinum, cui imponebat flor. Chamom.* Cibus, *calidus humidus.*

Pilulæ. *Fotus.* *Victus.*

X. 61. 20. Vir annorum 34, infestè cruciabatur Coli dolore cum Asthmate. Urina ejus erat turbida & spumosa. ℞. *Trochisc. Alhandal.* ʒj. *Seri lactu* ℥x. *Macerentur per noctem in loco calido, fiatq; infusio:* de quâ colatâ bibit calidè ℥v. in Balneo aquæ dulcis sedens. Tantundem bibit & fecit sequenti die. Atque statim sanatus est.

Purgat.

ILIACA PASSIO.

VII. 74. 1. Cœnobii Præpositus quidam, 38 annum egressus, afficiebatur intolerabili Iliacâ passione, gravissimis comitatâ Symptomatibus, scilicet Comitiali malo, Vomitu tam alimentorum quàm excrementorum,

creber-

creberrimo, & Dolore testium acerbo. Morbus hic acutissimus, & Symptomatum insolentissimè prementium vehementiâ stipatus, nullas inducias dabat, sed celerem Clysterum opem requirebat. Verùm ægrotanti, more aliorum Germanorum, ab enematum salutarium applicatione abhorrenti, propinavi seq. haustum, ad proximam caûsam dictorum Symptomatum, in Ileo intestino commorantem, educendam. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ j ß. Hujus assumptione, fœtidissima excrementa, eaque Scybalica excreta sunt, & vomitus sedatus est. Ventris autem sævum crutiatum lenivi, *sacculo ex suillo stercore, in aceto cocto, confecto.* Testiculorum verò dolorem demulsi fotu sequent. ℞. *Ol. Violac. Lactis caprin. an.* ℥ iij. *M. Linteola lenia his madefacta testibus calidè aptabantur.* Ad inflammationem præcavendam, & materiam revellendam, *venæ Malleoli sectionem* imperavi: quâ natura à premente sarcinâ deonerata est: aliâs corpus erat succulentum & benè habitum. Postridie exhibui potum hunc manè. ℞. *Seri lactis caprin. benè diuq; cocti & despumati* ℔ j ß. *In hac infundebam per noctem, fol. Sennæ à stipit. mund.* ℥ ß. *gran. Pœon. excortic. & contus.* ʒ iij. *Cranii hominis, Zingib. an.* ʒ j. *Sacchari parum. Manè hæc omnia simul ebulliant unâ ebullitione, pòst colentur.* Colati seri capiebat ℥ vij calidos: sequenti

Spir. Vit. aur.

Fotus.

Ven. sect.

Purgat.

die tantundem. Quibus vicibus, diu adſtricta alvus ex magna copia flatuum, & humorum pituitoſorum & acrium inteſtina coarctante, ſoluta eſt: atque æger, qui ab omnibus deploratus mortique vicinus videbatur, evaſit incolumis. L. D.

X. 99. 2. Vir quidam miſeriâ & paupertate preſſus, ad me veniens, conqueſtus eſt, ſe Doloribus, nunc ſuprà nunc infrà umbilici regionem, torqueri vehementiſsimè, & propter eos non erecto, ſed tantùm incurvato corpore incedere poſſe: præterea ſe quotidie gravibus vomitibus excruciari, quibus non ſolùm cibos & potus, ſed ſtercora etiam ejiceret, cum magno oris & corporis fœtore. Addebat, ſe jam per 18 hebdomadas alvum ex toto ſuppreſſam habere, & niſi actutum ſuccurratur, ſibi pereũdum eſſe. (Vocatur hoc malum Græcis εἴλεος & χόρδαψος: Latinis Ilios, Iliaca paſsio, & Volvulus: olim Miſerere mei Deus, nuncupatum; quia acutiſsimus eſt hic morbus & penitus exitialis, niſi citò & rectè ei ſubveniatur.) Ego miſerrimi hujus hominis, qui benè de me ſperavit, miſertus, invocato Deo, curam talem inſtitui. *Clyſter.* ℞. *Ol. Sem. lini ℥vj. Troch. Alhandal. ʒjß. M. fiatq; ebullitio parva.* Hoc clyſtere umbilicum benè inunxi, & reliquum per Siphunculum injeci. Quo facto, poſt duas horas cœpit egerere ſtercora duriſsima,

ma, mucoſa, purulenta, fœtidiſsima, varia & plurima: quibus excretis, eâ die ſanatus eſt, non ampliùs vomuit nec doluit, & erectus ambulavit. L.D.

ALVUS ADSTRICTA.

1. Stannarius quidam, annos 30 natus, per tres hebdomadas conſtipatam alvum habebat, quæ nec ſuppoſitoriis, nec clyſteribus, nec aliis medicamentis per alios Medicos tentatis, emolliri aut ſolvi poterat: ut metus eſſet, ne mox ſtercora per os reddere cogeretur. Tandem meum petenti auxilium, *Olei olivarum ℥ iiij. injeci per ſiphunculum ſingulis horis.* Hoc alvus laxa facta, & ipſe poſt tres horas cœpit Scybala duriſſima & prædura ſtercora ejicere: & deinceps his clyſmis adjutus, laxâ & fluidâ manente alvo, ſponte ſuâ ſemper egeſsit. *IV. 99.* *Clyſter.*

2. Adoleſcens 18 annorum, Alvum per duodecim dies conſtipatam habuit, cum Tumore ventris & Aſthmate. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ ij. Syr. è Senna ℥ ß. Diaphœn. ʒ iij. Trochiſc. de Agaric. ʒ ij. M. f. hauſtus:* quo inſumpto mox, ſed difficulter per alvum ejecit prædura Scybala, liquidis ſtercoribus multis inſequentibus. Poſtridie ſanum ſe eſſe ægrotus dixit. Cibis *liquidis* utebatur. Potu, *aquâ paſſularum.* *V. 61.* *Purgat.* *Victus.*

V. 87. 3. Puerpera Alvum per 20 dies constipatam habebat, & stercora per os cum maximo fœtore rejiciebat. ℞. *Juris pisor.* ℔ *j. Ol. sem. lini* ℥ *iiij. Extract. Esulæ* ʒ *j. M. pro Enemate:* quo injecto alvus copiosè soluta fuit, ipsaq; mulier indies revaluit.

Clyster.

V. 90. 4. Senex nonagenarius, Xenodochii alumnus, Alvi constipatione per integrum mensem laboravit, cum Febre quotidianâ, Dyspnœâ, Anorexiâ, Siti, Dysuriâ, ac Pervigiliis. Urina ejus apparebat confusa & lethalis. Desperatus hic Senex intra 12 dies, Deo Omnipotente invocato, sanus evasit ex sequent. Infuso. ℞. *Vini Absynth. opt.* ℔ *ij. fol. Sennæ mundat.* ℥ *j. Macerentur simul, fiatq; infusum:* quod bibit in prandio & cœna, & aliâs pro sedanda siti. Ubi ebibit primum vinum, infudit supra eadem folia Sennæ priùs macerata, secundâ & tertiâ etiam vice, aliud recens vinum Absynth. Hoc cùm indies biberet, indies etiam laxatus & purgatus fuit sine molestia, & lotium liberè ac absque dolore reddere cœpit: febris etiam desiit, sitis remisit, appetitus rediit, ut & sine difficultate respiratio somnusque.

Infus. purg.

VI. 26. 5. Rusticus quidam 42 annorum, Constipatione alvi per 12 dies integros, cum acerrimo dolore, laborans, sanitati pristinæ, Deo auxiliante, restitutus est sic. ℞. *Cons. Bene-*

Cons. Bened.

Benedict. ℥ ij. *Pro duabus vicibus, alternis diebus manè usurpandis, pauxillum vini superbibendo.*

6. Quidam Ecclesiæ Minister, ex Alvi diuturnâ obstructione, passus est Tremorem manuum, Vertiginem, omniumque sensuum Debilitatem. Alii Medici, multis potionibus & pharmacis aliis, ad alvum laxandam & inde natos affectus propulsandos, incassum tentatis, de ægri salute desperarunt. Ego accersitus, dedi sequens. *VI. 45.*

℞. *Conserv. Benedict. castaneæ quantitatem, Seri lactis* ℥ iij. *M. pro haustu*: quem frigidum assumens, post dimidiam horam primò resiccatas & induratas fæces, postea etiam liquida & diversa excrevit. Atque sic apertâ viâ consuetæ evacuationis, omnia enumerata Symptomata cessaverunt, ægerque sanitati restitutus est. *Conf. Bened.*

7. Pro leproso 48 annos nato, adversus Alvum constipatam, Ventris & Capitis dolorem, ℞. *Mass. pilul. de Fumar.* ℈ j. *pilul. Aromat.* ℈ ß. *cortic. Helleb. nigri gran.* iij. *Cum Syr. rosar. solut. Mont. fiant pilul. parvæ*: quibus copiosè valdè evacuatus, postridie optimè habere cœpit. Cibus fuit *humectans & calefaciens*: Potus *Absynthites.* *IX. 7.* *Pilul.* *Victus.*

8. Rusticus septuagenarius, per plures dies constipatus, nihil suâ sponte, neque maximo etiam conatu egerere alvo potuit: quia stercora instar lapidis indurata erant, *IX. 55.*

ac ven-

ac ventrem durum, tumidum & dolentem effecerant. Quare ad emollienda & subducenda stercora, ℞. *Oleum seminis lini* ℥ v.
Clyster. 1. *fiat Enema*: quo Scybala prædura egesſit.
2. Post dimidiam horam rursus injeci *Olei semin. lini* ℥ v. *cum Trochisc. Alhandal* ʒ ß. Cujus beneficio, mox iterum dura, magna, multa & varia stercora dejecit: & intra diem evasit liber, sanusque decessit.

X. 79. 9. Cuidam Doctori, Alvus per 14 dies suppressa erat, nec potuit Clysmis ullisve medicamentis, ab aliis præstantibus Medicis adhibitis, solvi. Ego statim dedi *Electuar. è Zizibis* ʒ j. mox ante cibum devorandam: quo certè alvus continuò fuit emollita, & subducta quotidie, nec deinceps supprimebatur.
Elect. è Zizib.

VERMES.

I. 31. 1. Civis filia, 14 annos nata, Vermibus ventriculum, ejusque orificium lancinantibus, afflicta fuit. ℞. *Decoct. Absynth. & Sabinæ* ℥ iij ß. *Diaturbith. cum Rhabarb.* ʒ iij. *M. f. haustus*: quem ebibit per horas 5 ante cibum jejunè, & post vermium ejectionem convaluit.
Purgat.
Victus. Victus ratio erat *calida & sicca, acris, amara, parca*. Potui dabatur in *mensâ vinum Absynthites*.

I. 34. 2. Puerum septennem Vermes miserè infesta-

infestabant, potissimùm autem ventriculum arrodebant: horum aliquot per os & alvum reddebat. Ego reliquos lumbricos omnes expuli, & Deo annuente puerum sanavi, sequenti purgante exhibito. ℞. *Extract. Esulæ* ℈ ß. *Vini Absynth.* ℥ ß. *M. f. haustulus.* *Extr. Esulæ.*

3. Virgo 21 annorum, Vermibus ventriculum mordentibus, Dolore capitis, Spirandi difficultate, ac Tussi, &c. cruciabatur. *I. 80.*
℞. *Decoct. Centaur. min.* ℥ iij. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ j ß. *Extract. Esulæ* ʒ ß. *M. f. haustus:* quo permultos vermes, per os & alvum rejecit, ac statim rectiùs habuit. Tertio die ejusdem repetiti potus operatione felici, sanitati restituta est. *Purgat.*

4. Puella, tres annos nata, Vermium lancinatione valdè vexabatur: nam ei nares pruriebant, venter distendebatur, cum multa torsione collique dolore: infesta erat sitis, & vermes cum stercore sæpè ejiciebantur, &c. ℞. *Extract. Esulæ magnitudinem avellanæ, Aquæ* ℥ j. *Mixta*, colataque potui dedi: atque ipsa, vermibus omnibus rejectis, sanata est. Victus ratio erat *sicca*. Potus, *Vinum.* *II. 19.* *Extr. Esulæ.* *Victus.*

5. Rustici filiolus, 3 annorum, Vermium morsu jactabatur: Febriebat, Capite dolebat, tremebat, nares scalpebat, in os digitos immittebat, &c. ℞. *farin. Lupinor. amar. Aloes hepat. an.* ʒ iij. *Succi Absynth.* ʒ ij. *M. & extendantur* *II. 21.* *Emplastr.*

tendantur supra petiam, ac umbilico applicentur. Post hujus Emplastri applicationem exhibui sequent. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ ß. *Seri lactis* ℥ j. *M. pro potu*: quem cùm calidè exhausisset manè jejuno stomacho, vermes omnes per secessum emisit, & L. D. convaluit. Pro sedanda siti per tres dies, durante curatione, bibit *Aquam font. in cujus* ℔ *iij. infundebatur per noctem* ℥ *j. Cæpar. incisarum*: quæ in abigendis vermibus maximè profuit.

Purgat. *Potus.*

II. 24. 6. Alius Rustici filius, annorum circiter 8, Vermibus vexabatur, cum febre sine ordine, Icteritiâ, Ventris dolore ac distensione, murmure & multa torsione, Siti ingenti, Pallore faciei, &c. ℞. *Decocti Sabinæ* ℥ *ij* ß. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ *j* ß. *Extract. Esulæ* ℈ ß. *Sem. Lumbricorum* ℈ *j. M. f. potiuncula*: quâ vermes & varia egessit, & mox omninò convaluit. Huic etiam, urgente siti, per tres dies, potui data est *aqua, cui Cæpæ concisæ per noctem immaceratæ fuerant.*

Purgat. *Potus.*

II. 28. 7. Puer 12 annorum, Vermibus, cum Ventris dolore ac tumore, afficiebatur. ℞. *Extract. Esulæ* ʒ ß. *Lactis recent.* ℥ *ij. M. f. potus*: quem colatum manè sumebat, per tres continuos dies. Et rectè multumque purgatus, vermes propulsati, ventris dolor mitigatus, ejusque tumor omninò sublatus fuit.

Extr. Esulæ.

8. Ado-

8. Adolescens 17 annos natus, Vermibus laborans, febricitabat sine ordine & lege, cibum fastidiebat, Sitim & ventriculi morsus patiebatur, Ictericus erat & pallidus. Lotium ejus croceum & spumosum apparebat. ℞. *Aq. stillat. Fragar.* ℥ *iiij. Extract. Esulæ* ʒ ß. *Mixtis, colatis, frigideq́; ebibitis* rectè purgatus fuit: & statim rectè quoque valere cœpit. In mensa bibit decoctum *Fragar. M. iij. in s. q. aquæ ad tertias.* II. 35. *Extr. Esulæ.* *Victus.*

9. Juvenis rusticus, 22 annorum, ex Vermibus ventre dolebat, quem inflatum ac si Hydropicus esset habebat, Tussi, difficili respiratione, Siti, Febre inordinatâ afficiebatur. ℞. *flor. Centaur. min. M ß. Sabinæ, fol. Sennæ purgat. an.* ʒ *ij. Agar. albi* ʒ *j. Decoqu. in aquæ* ℥ *x. ad remanentiam* ℥ *iij. Quibus colatis adde Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ *v. Syr. de Absynth.* ℥ ß. *Agaric. trochisc.* ℈ *j. Cort. Helleb. nigri* ℈ ß. *M.* Propinabatur tota hæc potio, unâ vice jejuno stomacho: quâ multùm purgatus fuit, & ejectis omnibus vermibus, ex toto convaluit. II. 50. *Potio Helminthagoga.*

10. Civis annos 24 natus, Vermibus longis & teretibus vexabatur, cum totius corporis intumescentiâ & aquâ intercute: Aderat ciborum fastidium, Sitis inexhausta, faciei tumor & color albus, lividus: Urinam reddebat rubeam & paucam. ℞. *Extract. Esulæ* ℈ *ij. Juris pisor.* ℥ *v.* Mixta colataque sum- II. 64. *Extr. Esulæ.*

ſumpſit ſingulis 3 diebus, ac poſt aliquot vi-
ces, vermes longos, teretes ac magnos per
os ejecit; alvo autem omnes aquoſitates e-
geſsit. Sic præter omnium ſpem, inte-
gram ſanitatem intra menſem, Dei auxilio,
Victus. adeptus eſt. Victus ratio erat *tenuis. Vinum
bibebat ſubtile & album*: frequenter etiam
hoc decoctum diureticum. ℞. *Baccar. Juni-
per. contuſ. M iij. Decoqu. in aqua fontan. q. ſ. ad
tertias.*

III. 21. 11. Infans 4 circiter annorum, Lum-
bricos, Vomitus atque Anorexiam perpeſ-
Purgat. ſus eſt. ℞. *Lactis recent.* ℥ *j. Diaturb. cum Rha-
bar.* ʒ *j. Extract. Eſulæ* ℈ ß. *M. pro potu*: quem ca-
lidè ebibit, vermes ejecit, & actutum ſanus
Victus. factus eſt. Pro potu dabatur *Vinum paſſul.*

III. 39. 12. Fœmina annos 32 nata, Lumbricis,
cum Ventris & Matricis dolore, affecta fuit.
Purgat. ℞. *Syr. de Rhabar. ſolut.* ℥ *j. Decocti Sennæ, Meliſſ.
Pulegii ex Vino* ℥ *iij. Trochiſc. de Agar.* ʒ *j* ß. *M. pro
hauſtu*: qui cum variis excrementis vermes
Victus. longos expulit. *Vino*, quod bibit, *Meliſſam
impoſuit.* Atque pauca iſta optimum adju-
mentum ſtatim attulerunt.

V. 29. 13. Filia 11 annorum, à Lumbricis, Ven-
Purgat. tris dolore & tumore, liberata ſic eſt. ℞. *Aq.
Abſynth.* ℥ *ij* ß. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ *ij* ß. *M.
f. hauſtus*: quo vermes dejecit, dolore & tu-
more recedentibus. Sequenti die poſt pur-
gationem, manè & veſperi bibit hauſtum
Infuſ. cæpar. *aquæ infuſ. Cæpar. inciſar.* 14.

14. Hoſpita quædam, annos 26 nata, Vermibus ventriculi, cum Febre, Siti, & Capitis dolore infeſtata eſt. ℞. *Aq. Benedict.* ℥ j. *Vini tantundem, M. f. potio*: quâ per vomitum omnes projecit vermes, ac confeſtim ſanata eſt. Cibus dabatur *concoctu perfacilis, nulli piſces, nec lacticinia: Vinum Abſynth. bibit per tres dies.* *V. 94.* *Aq. Bened.* *Victus.*

15. Puer quidam 12 annorum, infeſtabatur Lumbricis. ℞. *Conſerv. Benedict.* ℈ ij. *Lact. recent.* ℥ ij. *M. & fiat hauſtulus*: quo exhauſto tota vermium colluvies illicò expurgata, ac ipſe, ventris tumore ſubſidente, priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. *VI. 3.* *Conſ. Bened.*

16. Puella 3 annorum, Vermibus, cum Ventris & Pedum tumore obnoxia fuit. ℞. *Conſ. Benedict.* ℈ ß. Hac panaceâ plurimi lumbrici, & excrementa multa aquoſa, & pituitoſa ejecta ſunt, exinde inflatio ſubſedit, & puella convaluit. *VI. 19.* *Conſ. Bened.*

17. Cerevifiarius quidam, 28 annos natus, hypogaſtrium Lumbricis ſcatens habebat. ℞. *Conſ. Bened.* ʒ j. *Vini* ℥ iiij. Hæc potio ab ipſo exhauſta, vermium colluviem cum variis excrementis expurgavit. *VI. 70.* *Conſ. Bened.*

18. Puella 3 annos egreſſa, ob vermes, Tumore ventris, Siti ac Inappetentiâ laborabat. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar. in ſolid.* ℈ ij ß. *f. Infuſio in lacte*: quam capiebat manè. Ter- *VI. 85.* *Purgat.*

tio tantundem accipiebat. Atque per has potiunculas, vermium lernâ exturbatâ, sana evasit.

VIII. 36. 19. Filiola añum nata, Ventris tormina cum Vermibus patiebatur. Cui manè & vesperi, labra & umbilicum, *Oleo Heracleino* illinebam: quo unius diei spatio vermes necati & exturbati sunt, dolorque cessavit. *Ol. Heracl*

IX. 25. 20. Puer 8 annorum, de Vermibus, Dolore Ventris, Siti & Anorexiâ, querebatur. *Purgat.* ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ℨ ij. *Vini* ℥ ij. *M. pro haustulo*: quem bibit, & sequenti die repetivit. *Cataplasm* Interea *cæpas cum butyro & aceto coctas, & in pultem redactas*, supra ventrem gestavit: quibus multos vermes egessit, & brevi omnino sanatus est. *Potus.* Potus erat *aqua maceratarum cæparum.*

IX. 93. 21. Filia 17 annorum, multis vexabatur Vermibus cum Febre, Capitis dolore, Anorexiâ Dyspnœâ. Urina ejus erat cholerica & turbida. *Purgat.* ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ℥ ß. *Seri lactis* ℥ iij. *M. pro haustu*: hoc sumpto, evomuit quinque vermes. Sequenti die iterum accepit eundem haustum, atque ejecit tam ore quàm alvo 25 vermes. Inde mox, in quatuor nempe diebus, sana evasit.

X. 6. 22. Puella 12 annos nata, Ventris torsionem passa est à Lumbricis: nam horum aliquos nonnunquam cum stercoribus ejecit. *Sacch. Bezoard.* ℞. *Sacchari Bezoard. magnitud. nucis Jugland.*

Hoc

Hoc manè deglutito, vermes enecti, & omnes deturbati sunt, ipsaque puella benè sic expurgata, statim sana evasit.

23. Filiola sexennis, graviter conflictabatur Vermibus, Torminibus & Febre ardente. Urina ejus fuit rubra, crassa, turbida & spumosa. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar. in pulv.* ℈ *j. Seri lactis* ℥ *j. M. pro haustulo:* quo epoto, & sequentis diei manè repetito, enectos vermes omnes dejecit, cum variis stercoribus, ac inde rectè valuit. Cibus dabatur *satis liberalis & εὔχυμος:* Potus, decoctum sequens. ℞. *flor. Viol. P ij. Liquirit.* ʒ *iij. Passul.* ℥ *j. Coqu. in aquæ* ℔ *v. ad quartæ partis absumptionem.* Colaturam bibit ad placidum. *X. 14.* *Purgat.* *Victus.*

24. Puella 10 añorum, Vermibus, Ventris torminibus, Capitisque dolore afflicta est. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar. in solida* ʒ *ij. Oxymel. simpl.* ℥ ß. *M. f. Lohoh.* Hujus operatione vermes expulsi sunt, & ipsa extemplò sanata. Potui dabatur *aqua infusionis Cæparum per biduum.* *X. 37.* *Purgat.* *Potus.*

25. Mulier sexagenaria multùm à Vermibus lancinata fuit. ℞. *Diaturbith. cum Rhabar.* ʒ *vj. lact. recent.* ℥ *v. M. pro potu:* quem manè bibit, & per tres horas ante cœnam: inde valdè purgata, multos vermes ore & alvo rejecit, atque sanitatem iterum obtinuit. *X. 69.* *Purgat.*

RANÆ.

VII. 28. Rustici filia 18 años nata, tentabatur Ventris tumore & inflatione, cum murmure & coaxatione Ranarum sonora, ita ut, jejunâ existente puellâ, ranas coaxantes audire potuerint omnes non obtusè audientes. Originem hujus mali se ex potu aquæ palustris contraxisse ajebat, quum Verno tempore in solis intenso æstu sitibunda pecoris curam haberet, nec suppeditaretur alia aqua præter dictam. Et quia ab eo tempore indies deteriùs habebat, ventre in tumorem sublato, & mensis spatio ranarum vociferatione molestâ subortâ, suspicabatur se cum aqua illa palustri Ranarũ genituram, Froschleich, ebibisse. Suspicionem puellæ confirmabat, præter manifestam ranarum coaxationem, tempus Vernum, quo multa ex semine, pleraque sine paris complexu & adminiculo, ex limosa udaq; uligine, Solis tepore, & interno principio ac λόγῳ πλαστικῷ, mediante putredine, nascuntur. Bestiolas autem & ejusmodi animantia in corporibus nostris progenerari posse, anile deliramentum non est, nec physicis præceptis adversum. Sed ad curam. Usa est hæc Virgo rustica multorum remediis, citra tamen evidentem relevationem. Ipsi ad me deductæ, primùm exbiheo Vomitivum hoc & Catharticum. ℞. *Aquæ Terræ Sanctæ* ℥ iiij. Inde

Aq. Terr. S.

vomi-

vomitus copiosus citatus est. Postero die exhibeo hanc potionem. ℞. *Extract. Colocynth. magnitud. nucis, Aq. font.* ℥ *v. factâ ebullitione macerentur per noctem: manè colaturam claram bibat.* Hoc purgante tota radix & seminarium animalculorum istorum fuit exectum, plurimis sordidis, tenacibus & phlegmaticis humoribus excretis. Transactâ purgatione & corporis evacuatione, ægra sanitati restituitur integræ; ita ut per victus rationem probam & exactam, depulsâ macie, incrementum corporis conspicuum capiat, evanescente lurido colore, eleganter florescat quasi mangonio perpolita. Ranas autem vivas vel mortuas, cum excrementis fœtidis, etiam ultrò citroq; percunctati lustrare non potuimus. An flatus, ex colluvie ista & impuritate in Epigastrio coërcita à calore innato suscitati, coaxationem istam ranarum (quod verisimile) fuerint ementiti? An verò tenella & cerea ranarum corpuscula, vi medicamenti, angustiâ locorum, caloris innati virtute, ἀναστοιχειώσει dissoluta in aqueam, ex qua sunt conflata, naturam? Docti judicent. Et ego judicarem, si certò mihi constaret de antecedentibus. Hoc affirmo: sonitum vel murmur, quod meis percepi auribus, planè coaxationem ranarum expressisse.

Extr. Colocynth.

FLUXUS VENTRIS.

LIENTERIA.

IV. 73. 1. Fabri ferrarii filius, juvenis 26 annorum, per dimidium fermè annum, Cibum & potum incoctum crudumque per secessum remittebat quotidie. Mucagines nempe in ventriculo contentæ, impedivêre facultatem retentricem & concoctricem: ad Spir. Vit. aur. eas igitur evacuandas, ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ j. Ex hoc rectè habere cœpit, ac retinuit per diem & noctem quæ assumpsit. Sequenti die manè iterum bibit eundem *Spiritum* frigidè, & excretis humoribus pituitosis, biliosis & corruptis, ventriculus cibum & potum retinuit, recteque concoxit. Post corporis evacuationem usus est, per aliquot Balneum. dies, *Balneo aquæ dulcis, in qua Salis M iij. incoquebantur*: hoc multùm roboravit ventriculum. Victus. Victus ratio erat *calefaciens & siccans*. Potus, *vinum Absynth.*

VII. 37. 2. Virum 46 annorum, Lienteriâ gravi affectum, Dei auxilio, quod mihi semper in desperatis & gravissimis curandis morbis præstò est, sanavi vulgaribus his reme-Emplastrũ. diis. Emplastrum *ex mica panis secalic. & aceto forti conflatum*, regioni stomachi accõmo-Victus. datum fuit. Cibi omnes *ex aqua chalybeata parabantur*. Manè comedit *panem benè co-*

ctum,

ctum, in vino adusto maceratum. Potus erat, *Vinum Absynth. & Aqua chalybeata.*

3. Puerpera quædam Lienteriâ, cum intestinorum Cruciatu, per 7 septimanas affligebatur. 1. ℞. *Micæ panis M iij. Salis commun. M j. Aceti q. s. M. fiat pulticula, formâ Emplastri manè, meridie & vesperi ventriculo calidè admovenda.* 2. ℞. *Morsell. ex specier. Imperial.* ℔ ß. Capiat unum ante cibum, superbibens haustum vini Cretici. Cibus *σύπεπτ@ coquebatur ex aqua chalyb.* Potus *vinum rubellum erat, & ante cibum vinum Malvatic.* Hac medelâ, Dei gratiâ, tantum obtinuit, ut unico die convalaerit. *VII. 57.* *Cataplasm.* *Morsell.* *Victus.*

4. Mulier 30 annorum, in Leprodochio mortiferè ægrotavit: nam passa est Lienteriam, Febrem, Vomitus, Anhelationem, Sitim, Anorexiam, &c. 1. ℞. *Conserv. Absynth.* ℥ ij. *Aq. Vitæ* ℥ ß. *M.* sumpsit ante cibum. 2. Fomentatio crebrò facta fuit ad anum, *ex furfuribus in Aceto decoctis.* 3. ℞. *Absynth. Menth. an. M v.* Ex his sacculus paratus fuit, pro ventriculi fotu. Cibus datus fuit *facilis concoctu, cum aqua chalybeata paratus.* Potus, *aqua vel vinum rubellum, chalybis candentis immersione alterata.* Atque his solis, desperata mulier, brevi sanitatem consequuta est. *IX. 43.* *Conf. absynt.* *Fotus ani.* *Sacculus.* *Victus.*

5. Sacrificulus sexagenarius, incurrit Intestinorum lævitatem, quam Græci λειεντερίαν vocant: nam cibos assumptos liqui- *X. 10.*

dos & aquosos, nihil immutatos absque putredine & dolore, mox reddidit alvo. Huic *Victus.* *cibum ex aqua chalybeata coctum* dari jussi. Potui verò *aquam chalybeatam, vel ex hac paratum Lac Amygd. dulc.* Interdum *Vinum Malvaticum, etiam scriblitas in hoc maceratas comedit.* Atque ex hac victus ratione sola, intra diem convalescere cœpit benè ac rectè.

DIARRHOEA.

VI. 5. 1. Adolescens 18 annorum, Diarrhœâ & *Sudorif. Vomit.* Asthmate tenebatur. ℞. *pulv. radic. Asari* ℥ ß. *Aquar. Hyssop. Prass. Meliss. Card. bened. an.* ℥ j. *M. f. Potus*: quem calidè in lecto sumpsit jejunus, & affatim sudavit, cum copiosa per vo- *Victus.* mitum excretione. Cibus erat *siccans, & ex aqua chalybeata præparatus.* Potus, *aqua & vinum rubeum, à chalybis candentis restinctione*, facultatem Diarrhœam sistendi sortitum. Ex his remediis æger triduò convaluit.

VII. 60. 2. Gravida partui jam vicina incidit in gravem Alvi fluxum, eumque diuturnum: huic deliræ muliérculæ, multa stultè & frustra adhibuerant, donec tandem meam operam exposcenti, ego in hunc modum medi- *Electuar.* catus sum. 1. ℞. *Syr. rosat. Rob de berber. Myvæ Cydoniorum, an.* ℥ j. *Boli Arm. Terræ sigil. Sangu. dracon. C. C. usti, an.* ʒ ß. *Conser. Rosar. antiquæ q. s. M. f. Conditum*: de quo manè, ante prandium & cœ-

& cœnam, magnitudinem nucis Jugland. absorbeat. 2. ℞. *Oleorum Cydon. Myrtill. Rosar. Anethin. an.* ℥ j. *Trochisc. de spodio* ʒ j ß. *Boli Armen. sem. Myrtill. an.* ʒ j. *Mastic.* ʒ ß. *Ceræ parum. M. f. Vnguent. molle*: quo venter manè & vesperi inungatur. Potus erat *Vinum rubens stipticum*, item *aqua chalybeata*. His factis, profluvium alvi suppressum est, & ægra tertio curationis die convaluit. *Vnguent.* *Victus.*

3. Civis quidam perdiu Diarrhœâ, cum Siti penè insatiabili, laboravit, & multùm consumptus fuit. ℞. *furfur. Tritic. M xx. Aquæ ferrariorum q. s. f. pulticula*: hæc applicabatur supra anum, & totum ventrem inferiorem, manè, meridie ac vesperi. Omnis cibus coquebatur *ex aqua chalybeata*. Potus erat *Lac Amygd. dulc. ex aqua decoction. fol. Quercus paratum*. Atque his 4 dierum spatio cessavit fluxus, & Sitis, ægro optimè convalescente. *VIII. 27.* *Cataplas.* *Victus.*

4 Senex septuagenarius, diuturno fluctuabat ventris Profluvio, cum cibi Nausea, & Respiratione difficili. Urinam exhibebat spumosam & turbidam. ℞. *fol. Sennæ mund.* ℥ ß. *Cinamom. el.* ʒ j. *Vini Absynth.* ℔ ij. *Macerentur simul pro Infusione*: ex qua bibit in lecto jejunus ℥ vij. calidè, & coopertus benè, sudavit multùm, & per hanc sudationem profluvio continuò remittente, ex integro senex convaluit. *X. 68.* *Sudoriferū.*

DYSENTERIA.

III. 13. 1. Adoleſcens 17 annorum, Dyſenteriâ cum Anhelatione conjunctâ laboravit: qui ſanus mox evaſit per ſequent. medicamenta.
Aq. Terr. ſanct. 1. ℞. *Aq. Terræ Sanct. noſtr.* ℥ v. Hanc manè, in lecto bene coopertus, ebibit frigidè & ſudavit: Sequenti die iterum accepit, & ſtatim remiſit Dyſenteria & Aſthma. 2. Anus
Fotus. interea fovebatur *Fotu, ex glandibus Quercinis*
Victus. *in Aceto forti coctis.* Cibum imperavi *tenuem, modicum & ſiccantem:* Potum *aquæ claræ frigidæ, cui imponebatur Argilla uſta contuſa.*

IV. 40. 2. Quidam Civis 54 annos natus, Dys-
Purgat. enteriâ correptus fuit. ℞. *Ol. ſem. Lini* ℥ iiij. Hoc calidè bibito, acres, bilioſi & pravi humores educti ſunt, dolores ſedati, & inteſtina exulcerata mundificata ſunt & conſolidata.
Sacculus. Ventri præterea applicavit *Sacculum ex cine-*
Fotus. *ribus calidis.* Anus verò *linteis in lac calidum*
Victus. *recens intinctis* fovebatur. Cibus *facilis concoctu:* Potus *Vinum fuit rubellum.* Atque his, intra paucos dies, ſanitatem obtinuit.

IV. 92. 3. Scribæ cujuſdam Uxor, anno ætatis 37, Dyſenteriâ lethali laborabat, excrementa cruenta & purulenta dejiciens, cum fre-
Spir. Vit. aur. quenter deſidendi cupiditate. ℞. *Spirit. Vitæ aur.* ℥ ß. Hoc ſumpto vomuit, & alvo nitroſa retrimenta, ac oleta depoſuit cum Verme, cujus latitudo ſemini cucurbitæ ſeu cucumeris aſſimilabatur, longitudo verò erat

4 cubi-

4 cubitorum: incredibilis profectò longitudo. Post istas excretiones, meliùs & rectiùs indies habebat. Attamen elapsis tribus diebus priorem haustulum iterum propinavi, quo quinque habuit sedes, & rursum Tineam latam & longam dejecit, ut antea. Post hæc in pristinum sanitatis gradum indies restituta fuit. *Tinea.*

4. Studiosus adolescens 18 annorum, cecidit in Dysenteriam. Hic cibo vescebatur *siccante, tosto, assato, & decocto in aqua vel lacte chalybeat.* Potui dabatur *Lac Amygdal. dulc. ex aq. chalybeat. confectum.* Præter hæc *Sacculos calidissimos, ex furfuribus in forti Aceto coctis* factos, ano crebrò applicavit. Atque his bidui spatio convaluit. *V. 18.* *Diæta.* *Sacculus.*

5. Alius Studiosus 20 annorum, Dysenteriâ laborans, solo etiam Victu, Deo operante, restitutus est. Nam ei cibus erat *Caro assa, Oryza, Milium, in lacte chalybeat. cocta: ova dura: item brodia carnis vel leguminum, ex aquâ chalybeatâ præparata.* Potus autem *aqua sola chalybeata, vel vinum rubrum, in quo chalybs extinctus erat.* Porrò *Scriblitas ex sartagine ferventes, imbutas prædicto vino,* sæpè comedebat, vinumq; postea superbibebat. *VI. 19.* *Victus.*

6. Præfecti in pago Uxor, 39 annorum, correpta est Dysenteriâ, cum Siti inexplebili, gravi Inappetentiâ, & acerbo Hypogastrii Dolore conjunctâ. Dies noctesque ad libras *VII. 39.*

ali-

aliquot, fęculenta, cruenta, & purulenta plurima excrevit. Gravis fuit hæc Dyſenteria, inteſtinis videl. jam exulceratis. Primùm ad inteſtina à ſordibus detergendum, & humores acres (quibus totum corpus redundabat) cum impetu affluentes expurgandum, dedi hoc vinum purgans. ℞. *Rhabar. opt. pulv.* ℥ j ß. *Imponatur in* ℔ j. *vini Abſynth. & factâ ebullitione, manè* ℥ vj. *colatæ calidè ægro exhibeantur, tantundem veſperi ante cœnam.* Hujus vini virtute, ingens vitioſorum humorum cruore permixtorum copia fuit evacuata: fluxu dyſenterico tardiùs procedente. Potus erat *aqua chalybeata, Lac Amygd. dulc. ex aqua chalybeat. paratum, vinum craſſum rubrum:* item *decoctum Hord. Roſar. Violar. cum Fonte rubente juxta inclytum cœnobium Medingenſe, in diœceſi Palat. ſcaturiẽte, vulgus* Rotbrun *vocat.* Mirificam habet ille fons medicatus facultatem medendi omnis generis fluxionibus: quod certâ fide & experientiâ teſtari queo. Cibus fuit *ſiccans ex aqua chalybeat. & fonte hoc medicato confectus: cui pulvis Biſtortæ, aliis Serpentariæ, aſpergebatur.* Cùm autem dolore ventris adhuc torqueretur, nec fluxus ex toto conſiſteret, ſuaſi hoc nobile Enema. *Accipiat* ℔ j ß. *lactis caprin. recentis, in eo ſilices igniti aliquoties extinguantur: poſtea tepidè loco clyſteris injiciatur:* idque ſingulis diebus, ad quartum uſque diem repetat, donec videlicet

Vinum purgans.

Victus.

Rotbrun.

Clyſma nobile.

delicet remittat & auferatur malum. Denique *Sacculo ex foliis Quercinis in Aceto forti decoctis fovebatur anus.* Quibus omnibus, quarto die, *σὺν θεῷ*, rediviva reddita est ægra, alvo firmatâ, nec ampliùs fluxâ, & intestinorum ulcere obducto. *Sacculus.*

7. Ejusdem Matronæ filius, cùm annum ætatis 10 excederet, matris vitio Dysenterico, cum enumeratis Symptomatibus infestabatur. Hic bibit *aquam chalybeat.* Cibus ex *eadem aqua, & ex Fonte medicato rubente parabatur: pulvis etiam Serpentariæ alimentis admiscebatur.* Nidorem & fumum, *ex Quercinis glandibus in Aceto forti decoctis, per sedem perforatam, ano excipere* jussi. Hinc dolor sedabatur, sistebatur fluxio, & puer in septem diebus vires integras recuperavit. *VII. 40.* *Victus.* *Suffitus.*

8. Studiosus 18 annos natus, afflictus est gravi Dysenteriâ, cum magna ventris torsione & cruciatu. 1. ℞. *Rhabar. torrefact.* ʒj ß. *Myvæ cydonior. simpl.* ℥j ß. *Syr. è Ribes* ℥j. *Aq. Plantag.* ℥iij. *M. pro potione.* 2. *Lintea in lacte chalybeato calente intincta ventri sæpiùs applicavit:* quo dolor remisit. 3. Ano autem frequenter admovit *Sacculos calidos, ex Furfur. Secaliceis, in Aceto rosac. coctis, factos.* Cibi fuêre *εὔχυλοι καὶ εὔχυμοι:* Potus, *aqua chalybeata, cum Syr. acetosit. Citri:* item *Lac Amygd. dulc. ex aq. chalybeat. paratum.* His ita administratis cum preci- *IX. 44.* *Potio anti-dysent.* *Fotus.* *Sacculi.* *Victus.*

precibus ad Deum, hic desperatus, quinque dierum spatio, sanitati restitutus est.

X. 23. 9. Anno salutis humanæ per Christum recuperatæ 1573. plures feliciter curavimus, Dysenteriâ epidemicâ correptos: inter alios Adolescentem Studiosum, quindecim aut circiter annos habentem, cujus lotium

Potio. erat rubens. 1. ℞. *Rhabar. torrefact.* ʒ j ß. *Myvæ Cydon. Syr. è Ribes an.* ℥ j. *Aq. vel decoct. fol. Quercus* ℥ iiij. *M. pro potione*: de qua capiebat manè & vesperi, ante cœnam & prandium, ℥ ij.

Fotus. 2. *Argilla usta comminuta coquebatur in forti Aceto*, indeque ani crebra fomentatio fiebat.

Victus. Cibus offerebatur *coctus ex aqua chalybeat. vel ex lacte chalyb.* Potus, *aqua vel vinum rubellum, candente chalybe restinctum.* His administratis in unius diei spatio convaluit.

X. 24. 10. Alius Studiosus 20 annorũ, Dysenteriâ quoq; epidemicâ lethali distorquebatur, Ventre multùm dolebat, subinde copiosum sanguinẽ alvo egerebat, & mortiferè ægrotabat: Urina quam reddebat erat crassa,

Potio. confusa, fœtida, mortalis. 1. ℞. *Rhabarb. torref.* ʒ j. *Myvæ Cydon. simpl.* ℥ ß. *Syr. è Ribes* ℥ j ß. *Aq. Plantag.* ℥ iiij. *M.* De hoc potu sumpsit je-

Fotus. junus, cochl. iij. vel ad ℥ j. 2. ℞. *fol. Quercin. M x. Decoqu. in aperta olla vel vase cum Aceto forti, pro fomento*: quo fovebatur anus sæpiùs, maximè post assellationem (ut nominant) vaporem calidissimè ano excipiebat: Unde

intra

intra diem, cum magna amicorum admiratione, remisit fluor, & stercus crassiusculum absque cruore dejecit adolescens, ac indies rectiùs valens, à plaga mortifera ereptus fuit. Victum observavit, ut in præcedenti annotatum est. Præterea pro virium confortatione, *panem vino Malvaticum intinctum* frequenter edit. *Victus.*

11. Mulier quinquagenaria, Dysenteriâ diu oppressa fuit, unà cum Hydrope Ascite: Urina ejus erat rubra & spumosa. Dysenteria curata est, 1. Cibo *paratu facili & siccante, ex aqua chalybeat. cocto.* 2. *Sacculis ex furfuribus in Aceto coctis, ano & ventri subinde pro fotu admotis.* Adversus Hydropem ℞. *Diaturb. cum Rhabar.* ʒ *vij. Seri lactis* ℥ *iij* ß. *M. pro haustu:* quo aquositates expulsæ sunt, & statim ventris tumor remotus est. *X. 25.* *Victus.* *Sacculi.* *Purgat.*

12. Virgo 20 annorum, patiebatur Dysenteriam, cum Capitis dolore & Deliramentis. Huic Cibi dati sunt *liquidi & sorbiles:* Potus decoctum, quod ℞. *flor. Bugloß.* P *iiij. Ros. Viol. an.* P j. *Sacch. cand.* ℥ j. *M. & coqu. in aquæ* ℔ *viij. ad consumptionem* ℔ *j. fiatq; decoctum.* Fronti applicabatur sæpius seq. Cataplasma. ℞. *Ros. rubr.* ℥ *iij. Semperv.* ʒ *v. contundantur cum Aqua rosar. in formam emplastri.* Atque his sanè mox restituta sanitati est. *X. 38.* *Victus.* *Cataplasm.*

TENESMUS.

Nobilis 45 annorum Tenesmo affli- *VI. 75.*

stabatur.

Fomentum. ctabatur. ℞. *fol. Tapſ. barb. Abſynth. an. M vj. Decoqu. in lacte recenti, & conficiantur Sacculi, alternatim toti ventri, & ano calidè ſæpius applicandi.* His dolor remiſit, cum ſtercorum facili ejectione.

ANI PROCIDENTIA.

V. 85. 1. Peregrina mulier 40 annorum, Ani & Matricis procidentiam multis annis patiebatur, cum Menſium fluore: urinam reddere non poterat, niſi intromiſsâ manu uterum priùs removeret. Hæc in multis Germaniȩ locis, doctiſsimis uſa Medicis, nec tamen ſanata, quinimò in pejorem ſtatum his malis abeuntibus, ad me tandem venit, & poſt 14 dies, per ſubſequentia præſidia, juvante Deo, ſana facta receſsit. 1. Per 4 continuos dies Balneo hoc manè utebatur. ℞.

Balneum. *Meliſſ. Roſmar. Cynogloſ. an. M x. Decoqu. in ſ. q. aquæ pro balneo, in quo aliquoties candens chalybs*

Sacculus. *extinguatur.* 2. Ante & poſt balneum, *Sacculus ex ſtercore equi factus calidè applicabatur.*

Ven. ſect. 3. Quinto à Balneo die *venam Baſilicam in utroque cubito aperuit*, mox ante novilunium.

Odorament. 4. *Roſmarini flores linteolo incluſos frequenter o-*

Victus. *dorabatur.* Cibis etiam, qui erant *faciles concoctu, incoquebatur Roſmarinus.* Potus erat *vinum rubellum, in quo infundebatur Meliſſ. & Roſmarinus.* Corpus præterea omni quieti ſemper dabat, quoad omnino, L. D. ſanata eſt.

2. Puer

2. Puer bimulus Ani exitu laboravit, qui antè Tuſsi gravi & moleſtâ tortus fuerat. 1. In anum ejus, priùs *vino rubro calido ablutam, candela ſebacea* indita fuit. 2. ℞. *Maſtich. Thur. Sumach. Roſ. rubr. cortic. Granat. an.* ℥ ß. *Balauſt. Myrtill. an.* M ß. *Omnia cum vino rubro ſtyptico redigantur ſ.a. in Emplaſtri formam, quod calidè ano applicetur*: vel anus proluatur *vino rubro*, in quo prædicta fuerint decocta. Ex his paucis puerulus convaluit. *VII. 83.* *Lotio: Glans.* *Emplaſtr.*

3. Puero quatuor annorum Anus prolapſus, ad inſtar pugni intumefactus erat & induratus, ac nonnihil frigefactus & niger apparebat: quem cùm alii ad locum ſuum reducere non poſſent, me conſulente ita repoſitus eſt. Ano priùs *oleo roſato calente* benè inuncto, ſedit in *Balneo aquæ chalybeatæ ferrariorum.* Poſt balneum iterum inunxerunt, & repoſuerunt perfacilè ad ſitum ſuum: ſicque ſtatim & firmiter in ſede ſua manſit. *VIII. 26.* *Vnguent.* *Balneum.*

CONDYLOMATA.

1. Pharmacopœus meus, Mariſcarum ſeu Condylomatum dolore acerbo affectus, ita curatus eſt. ℞. *Aq. Fœnicul.* ℔ ß. *Croci metall.* ʒ ß. *Stent infuſa per diem naturalem: ſubſidente jam pulvere colentur. Colatæ aquæ addatur Olei Vitriol. Rom. chymicè parati q. ſ. ad adſtringendum.* Hac miſturâ madidum linteolum *VI. 71.* *Fotus.*

loco affecto sæpiùs applicetur. Hæc præsentanea, raroque fallax curatio est.

VIII. 47. 2. Vir quadragenarius patiebatur diu Ani procidentiam, & Mariscam valdè dolentem. Hic balneabat manè & vesperi in *Balneum.* *aqua chalybeata*, semper ante ingressum bal- *Ol. Sulph.* nei anum imponens. Post balneum, *Oleo nostro sulphuris seu Balsamo*, ficum perungebat. Sic intra octiduum alvus reposita in sede sua mansit, & ficus ex toto submotus est.

HÆMORRHOIDES CÆCÆ.

I. 86. 1. Pistor quidam, circa annum ætatis 50, delapsus est in Ani procidentiam, & Hęmorrhoidas cæcas, cum doloribus vehe- *Insessus.* mentibus. ℞. *Alumin. crudi ℥ vj. Decoq. in aqua pluviali, cui chalybs vel ferrum candens aliquoties intinctum fuerit.* In hoc ἐγκαθίσματι insidebat manè & vesperi, per 8 dies, & tertio quoque die innovabat: Antè autem anum ad locum suum digito reducebat. Post bal- *Bals. Sulph.* neum Hæmorrhoidas *Balsamo sulph.* inungebat: quo dolor omnis quievit, anus retentus fuit, & sic intra octo dies sanus, cum Dei summi laude, evasit.

I. 87. 2. Frater Ordinis Jesuitarum cruciabatur infestissimo & intolerabili Hæmorrhoidum

dum dolore, ad quem ſublevandum alius Medicus, multa variaque auxilia fruſtra adhibuit. Tandem ad me venienti, *Balſami ſulph.* ℥ ß. exhibeo: quo calido hæmorrhoidas ſæpè, maximè poſt excretionem, perunxit, ac ſtatim ab acerbiſsimo & odioſo illo dolore liber ſanusque factus eſt. Nam valet hoc Balſamum certò in hoc vitio, nec unquam fallit, ut experimenta innumera edocebunt. *Balſ. Sulph.*

3. Sacerdos quoque ab Hæmorrhoidibus cæcis ſæviter dolentibus curatus eſt per *Oleum Sulph.* *X. 33.* *Ol. Sulph.*

HÆMORRHOIDES FLUENTES.

1. Ego ſæpenumerò per multos dies, imò etiam menſes, gravi Hæmorhoidum venarum fluore opprimor, adeò ut vires hujus vacuationis copia dejiciat, & pro ſanguine nigro ac craſſo, ruber jam fluat. Siſto autem hunc fluxum, adaptando crebrò *alternos ſacculos calidos, ex rubro panno, & contuſis glandibus vel foliis quercinis, in forti aceto multùm decoctis factos*, quibus ocyùs fluor conſiſtit. *I. 7.* *Sacculi.*

2. Virgo veſtalis, circa ętatis annum 36, ſanguinē per Hęmorrhoidas quotidie miſit: *II. 14.*

Vngu.stricti-vum. ac duravit iste fluor ultra annum. ℞. *pulv. Trochisc. è Carabe* ℥j. *Adipis hircin.* ℥ß. *Succi vel pulv. radic. Consolidæ,* ʒj. *Ceræ q. s. Cum modico oleo myrtino f. Vnguentum:* quo inungebatur, à medio infrà, tota spina dorsi usque ad caudam. Inungebantur quoque Hæmorrhoides, relinquendo unam apertam. Hoc linimento indies sanguis constringebatur, ac ipsa brevi tempore integræ sanitati restituta est. *Victus.* Diætam observabat *siccantem & adstringentem.* Potus erat *Aqua, vinum album austerum, aut rubellum.*

RENUM PASSIONES.

DOLOR.

VII. 81. Caupo quidam, ex Dolore lumborum, crurum & renum, cum Asthmate & Febri conjuncto, in una die convaluit, hujus divini *Aq. Bened.* potus virtute. ℞. *Aq. Benedict.* ℥j. In mensa *Victus.* bibit *decoctum granor. Juniperi.*

CALCULUS RENUM.

III. 28. 1. Telonarii Uxor, cùm esset annorum 32, patiebatur in loco Renum acerbissimum dolorem, ab arenulis & calculis. Ante o-*Balneum.* mnia usa est *Balneo aquæ dulcis.* Dein à balneo inunxit lumbos, renum & ureterum re-*Ol. Scorp.* gionem, *Oleo Scorpion. calente.* Pòst Enema *Clyster.* applicavi seq. ℞. *Lactis recent. colati* ℥x. *Ol. Chamom.*

Chamom.℥ ij. Ol.lil.albor.℥ j. Mellis, Bened.laxat. an.℥ ß. M. f. Clyster: quo injecto multa excrevit, & calculis progressis dolor cessavit. Cibus erant *carnes elixæ, juscula, &c. Lacticinia & viscosa vitabantur.* Potus, *vinum juniperinum,* per aliquot dies. Atque sic intra triduum per Dei clementiam sana evasit. *Victus.*

2. Nobilis mulier 56 annorum, Calculo renum affligebatur, cum gravissimo dolore ad coxendicem excurrente, cum Vomitu, Cibi fastidio, Animique deliquio. ℞. *Aq. Fragar. Vini albi, an.℥ ij. Extr. Esulæ* ʒ j ß. *M.* Colaturam bibit, & duarum horarum spatio Calculus, Deo juvante, exclusus, Symptomata mitigata sunt, & ipsa ad salutem reducta. *IV. 65.* *Extr. Esula.*

3. Scholasticus 19 annos natus, Urinæ stillicidio, Calculo, & Lumborum dolore affectus fuit. ℞. *Aq. Raphan.℥ vj. Extr. Esulæ* ℈ ij. *M. f. haustus:* quem per linteum trajectum bibit, ac inde alvus valdè soluta, urinaque multa provocata fuit. Sequentibus diebus aliquot sumpsit manè *Aq. Raphan.℥ vj.* quâ multum urina citata est. Dolor renum & lumborum levatus est *Vnguent. anodyno in Append. descripto.* In mensa potus erat, *decoctum Musci terrestris.* His remediis Calculus ruptus est, arena etiam ac urina liberè ejecta. *V. 23.* *Extr. Esula.* *Diuret.* *Vngu. anod.* *Victus.*

4. Quidam 20 annos natus, Dysuriâ, Calculo & Lumborum dolore afflictus est. ℞. *Aquar. Raphan. radic. Vrtic. an.℥ ij. Bened. laxat.* *V. 69.* *Purg. diuret.*

ʒ iij. *Extr. Esulæ* ℈ j. *Trochisc. Alkek.* ʒ ß. *Redigantur in haustum* : qui exhibitus, postquam unam horam in Balneo decoct. Raphan. sedit, præter alvi multam evacuationem promotam, urinam etiam affluenter prolectavit. Lumbi post balneum, ad doloris amotionem, inuncti sunt *Oleo Scorpion. calidissimo.* *Vino quod bibit imponebat Raphanum incisum.* Atque sic mox sanatus fuit. L.D.

Balneum.

Ol. Scorp.

Victus.

VI. 20. 5. Vir quidã gravi dextræ Coxæ dolore, ex Calculo renis prognato, tenebatur, ut inversâ curãdi methodo, neglecto ipso morbo, sævi doloris rationem habere fuerim coactus. ℞. *Rapar. q. s. Vini, olei Scorp. an. p. æq. Decoqu. in pultis formam, & apponantur calidè in modum Emplastri* : quod protinus dolorem leniebat.

Cataplas. anodyn.

VII. 31. 6. Sacrificus 30 annorum, gravi Lumborum & Renum dolore cum Febre erratica affligebatur. Mingebat urinam cruentam & confusam. ℞. *Aq. rad. Vrticæ* ℥ vj. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ j ß. *pulv. Leporis comb.* ʒ ß. *M. f. potio* : à cujus operatione statim meliùs se habere sensit, & minxit, urinam naturalem. Potus erat *vinum, ad Nephritidem & Lithiasin efficacissimum, nempe in quo radic. Vrticæ contusæ per diem naturalem maceratæ sunt. Manè Hepaticam, à meridie Ischiadicam venam juxta malleolum exteriorem aperuit.* Hac curandi viâ liberatus est Sacricola iste.

Potio purg. diuret.

Victus.

Ven. sect.

7. Qui-

7. Quidam ſenex ſexagenarius, dolore acerbo ex Calculo renali infeſtatus fuit. ℞. *Chamom. Melil. Anethi, Fœnugr. ſem. Lini, an. M ß. Abſynth. Menthæ, Puleg. Calament. Abrotan. Carui, Ameos, Polypod. querc. Beton. flor. Stœchados Arab. Salv. Acori, Herbæ Paralyſis, Origan. gran. Juniper. bacc. Lauri, an. M j. Roſ. rubr. Chamæd. Chamæp. gran. Myrt. Spicæ, an. M ß. Salis Nitri ℥ ij. Sulph. vivi ℥ v. Inciſa atque contuſa indantur Sacculo, & coqu. in ſ. q. aquæ pro Inſeſſu* : Cui cum ſe mandaſſet æger, & ſacculos ex eadem ſuprà notata materia conflatos, alternatim loco dolenti applicaſſet, in horæ quadrante, dolore mitigato, evaſit incolumis. *VII. 95.* **Encathiſma.**

8. Cujuſdam Uxor 42 annos nata, Calculo renali cum incredibili dolore conflictabatur: ſed hæc, Dei nutu, mox ſana facta eſt, per ſequent. medicamentorum uſum. 1. ℞. *fol. Quercus* ℥ ß. *Saxifrag.* ʒ *vj. baccar. Lauri* ʒ *v. ſem. Lappæ majoris* ℥ j ß. *Leporis combuſti* ℥ *ij. M. f. pulvis.* Cujus ʒ j. quotidie ſumatur cum vini ℥ iiij. 2. ℞. *Lactis caprini recentis* ℥ *vij. Extr. Colocynth. magnitud. caſtaneæ. M. f. ebullitio per horæ quadrantem: dein colentur. Colaturæ adde ol. Lini* ℥ *vij. Salis com.* ʒ *ij. M. f. Enema, quod tepidum injiciatur.* Poſtquam ægra primam pulveris doſin accepit, & ſimul Clyſterem præſcriptum injiciendum curavit, dolor intolerandus, quem paſſa eſt, protinus remiſit, urina antè ſuppreſſa abundanter fluxit, & aliquot *VII. 100.* **Lithontripticum.** **Enema.**

lapillos arenosos pisi magnitudine ejecit. Sequentibus porrò diebus, ex usu & ἐνόργειας pulveris, urina copiosissima cum sedimento prædenso & arenoso prodibat, & dolor universus mitigatus est. Potus fuit *decoctum granor. Juniperin. contusorum.*

Victus.

VIII. 100. 9. Janitor Monasterii, vir 65 annorum, Renum & Vesicę calculis, Dysuriâ, Stranguriâ & Ischuriâ, per multos annos laboraverat: Urina modò rubens apparuit, modò lactea & spumosa, modò purulenta & cruenta. 1. ℞. *Spirit. vitæ aur.* ℥ ij. Hoc sumpto plurimùm commota fuêre & stercora & urina. 2. Porrò quotidie usus est *Balneo decoctionis granor. Juniperi, & ligni ejusdem incisi.* 3. Manè sumebat ex *Saccharo Heraclein. magnitud. dimidiæ nucis Jugland.* Cibi fuerunt *jus*-*cula*: nam pauper erat & indigus: Potus, *aqua decoction. Viticæ.* Atque his adminiculis simul adhibitis, urina indies multùm promota est: ac lapilli rubentes, albi, pallidique multi, pisi & avellanæ magnitud. ejecti sunt: ac ęger urinam facilè & naturalem reddens, brevi tempore liber evasit, auxiliante Deo.

Spir. Vit. aur. *Balneum.* *Sacch. Heraclein.* *Victus.*

IX. 37. 10. Quidam annos natus 41, ex Arenis & Calculis renum chronico lumborum cruciatu affectus fuit; qui statim, per Dei gratiam, seq. remediis adjutus est. 1. ℞. *Decoct. aperit. maj. cum Rhab.* ℥ iij. *Bened. laxat.* ℥ ß. *Elect. de succo rosar.* ʒ ij. *Trochisc. de Alkeken.* ℈ ß.

Purgat.

M. f.

M. f. haustus : quo optimè expurgatus est. 2. Peractâ purgatione, usus est *Balneo aquæ decoction. granor. Juniperi.* 3. Post balneum perunxit lumbos *Vnguento anodyno in Append.* Cum cibis *eupeptis* bibit *vinum Juniperinum.* *Balneum.* *Vngu.* *Victus.*

11. Monasterii Præpositus annos multos perpessus fuit Nephritidem, & Renum calculos, non sine magno dolore. Huic, postquam multis incassum fuisset usus, meorum experimentorum certum aliquod antidotum petenti, dedi *herbam Donum Dei dictam, ut in vino sublimato maceraret, & de infusione posteà ad ℥ j. in curatione biberet, in præservatione verò ad ℥ ß.* Hoc cùm fecisset, arenulas, & sæpè calculos permultos exclusit, & aliquot annis liber & securus ab omni Nephritide, renumque calculo, permansit, solius herbæ hujus usu & ope : pro quâ herbâ D.O.M. celebrat & laudat. *X.* 15. *Donum Dei herba.*

CALCULUS VESICÆ.

Textoris filiolus semestris, per multos dies nihil mingere potuit, & virgâ valdè intumescente gravissimè discruciatus fuit. Ei primò *Sacch. Bezoardici magnitudinem avellanæ* exhibui ante pastum. 2. Post hujus exhibitionem impositus fuit *in Balneo Aquæ decoction. Raphani, Capill. vener. & Nasturtii aquat.* Ubi mox excrevit lapillos magnitudine pisi, & expeditè ac liberaliter minxit, statimque à sævo malo liber evasit. L. D. *IX.* 100. *Sacch. Bezoard.* *Balneum.*

DIABETES ET URINÆ INCONTINENTIA.

II. 88. 1. Agricolæ uxor, 52 annum agens, incidit in eam renum & veſicæ affectionem, quâ potum, qualem aſſumebat, non mutatum prorſus ſtatim per urinam invita reddebat, & avidam ſitim perferebat. Malum hoc Græci Διαβήτην, & Δίψακον, Latini Urinę incontinentiam, urinæ fluorem, urinam involuntariam, Hydropem matulæ, vel Aquam intercutem ad matulam vocant: Vitium rarum, curatuque perdifficile eſt, maximè in ſenibus. Veruntamen ego, invocato Deo, ſequent. adhibui. 1. Manè & veſperi in *Balneo aquæ dulcis reſidebat, in qua ferrum vel ignitus chalybs aliquoties extinctus erat.* 2. Poſt egreſſum balnei, *Plantaginem aquâ chalybeatâ decoctam, renum & veſicæ regionibus applicabat.* Cibum præſcripſi *ſiccantem, ex chalybeata aqua vel lacte coctum.* Pro potu conceſſi *aquam, modò vinum rubellum, in quibus chalybs candens ſæpiùs extinctus fuerat.* Ac his quidem ſolis intra dies paucos ſanata eſt, ut ipſamet & cognati ſuis mihi confirmarunt teſtimoniis.

Balneum. *Foment.* *Victus.*

IV. 5. 2. Textoris filius 14 annorum, Urinam novem annis continere non potuit, ſed absque acrimoniæ & doloris ſenſu, tam vigilanti quàm dormienti ea ſponte profluxit: erat autē urina planè aquea & tenuis, ipſe verò puer alioquin bonâ valetudine præditus, non

non magnâ siti afficiebatur, nec Anorexiâ, nullum æstum in visceribus perferebat, non tumorem pedum, testium, coxarum aut lumborum, nullamque tabem: tantùm facie pallebat. Ex urina & aliis indiciis arguebam, hoc vitium ortum traxisse ex multo phlegmate, quod vesicæ colli musculum semper laxum redderet: itaque seq. ordinavi ac obtuli. 1. ℞. *Spir. Vitæ aur.* ℥ j. Hoc, vomitu & secessu, pituitosa permulta & varia excrevit. Dedi sequenti die iterum eundem *Spiritum*: qui similiter operatus est. Purgato sic benè rectèque corpore, tertio die urina naturalis facta est, aurea nimirum & pura, habēs subsidentiam albam, levem & sine vitiosis recrementis: & quarto die urinam cōtinere facilè potuit. 2. Post corporis purgationem, statim dedi manè jejuno, 5 horis ante prandium, ʒ j. vel nucis magnitud. seq. Electuar. ℞. *Mucilag. sem. Cydonior.* ℥ ij. *Myrobal. citrinorum, Ossium dactyl. Corall. rubr. an.* ʒ ij. *Pulverisanda pulverisentur, & cum Sacchar. q. s. fiat Elect.* quo consumpto, ex toto liber ab hoc malo factus est, nec unquam postea recidit. 3. Diætam verò post purgationem, per quinque septimanas observavit hanc: *Cibus omnis coquebatur aquâ, in qua tegulæ ignitæ extinctæ fuerant: Eandem etiam aquam pro potu bibit.*

Spir. Vit. aur.

Elect. sistens serosi sangu. motum.

Victus.

3. Puer 12 annorum Ἐνέργησιν, Urinæ incontinentiam patiebatur diu. 1. Electuario *IX. 81.*

Elect. ctuario suprà descripto usus est. 2. Quotidie bis sedit in Balneo seq. per horam, manè & tribus horis post prandium. ℞. *gran. Myrti, Balaust. cortic. Granat. cort. Pinear. Gallar. Hypocyst. Acaciæ, an. M j. Spodii ʒ iij. Ros. rubr. Coriand. præp. an. M ß. Bulliant in s. q. aquæ chalybeatæ usq; ad consumptionem tertiæ partis, deinceps colentur.* 3. Post balneum hepar & renes ungebantur seq. Ungu. ℞. *Ol. Rosat. Myrtini & Cydonior. an. ℥ j. Sandal. rubr. & alb. an. ʒ j. Succi Plantag. & Semperv. an. ℥ j. Pulveris. pulverisentur, & cum modico Ceræ fiat Vnguentum molle.* Cibi dabantur, qui *nonnihil ad frigidum declinabant, interim bonum succum generantes: ut Ova, ptisanæ succus, pyra, oryza, caro bovina, vitulina, &c.* Potus, *vinum rubellum astringens, vel Decoctum Plantaginis, addito Saccharo.* Atque his, intra paucos dies, bonam valetudinem integrè, Deo auxiliante, adeptus est.

Balneum.

Vnguent.

Victus.

ISCHURIA.

II. 96. 1. Rusticus, post ætatis suæ annum 50, incidit in omnimodam Suppressionem urinæ: quam comitabantur gravia symptomata, nempe Animi defectio, Nausea, Sudores frigidi, & Vitæ desperatio. 1. ℞. *Raphani herbæ M xx. radic. Raphan.* ℔ *ij. Decoq. in aqua com. q. s. ad Balneum.* 2. Cùm ad horam unam consedisset in hoc jejunus adhuc, propinavi ei *Spi-*

Balneum.

ei *Spirit. Vitæ aur.* ℥ *j.* quo ebibito mox cœpit *Spir. Vitæ aur.*
expeditè mejere, alvoq́ue multùm excernere, & intra diei ſpatium, quod magnam omnibus admirationem movebat, ad ſanitatem pervenit. Cum cibo *calefaciente & humectante*, uſus eſt per aliquot dies potu tali: *Victus.*
℞. *rad. Vrtic. mundat. & inciſ.* ℥ *v. Decoqu. in aqua q. ſ. ad tertias.*

2. Lanifex quidam, 52 annos natus, incidit in Suppreſsionem urinę omnimodam, cum tanto cruciatu circa veſicam, ut in vitæ deſperationem veniret. 1. ℞. *Aq. ſtillat. Gratiæ Dei,* ℥ *v. Extract. Eſulæ* ʒ *j* ß. *M. & colentur pro hauſtu:* quem calidè ebibit, & ſtatim urina expeditè ac copioſè fluxit, alvoq́ue multa & varia egeſsit. Sicq́ue ex inſperato ilicet liber à deſperato hoc malo, & ipſo cruciatu, evaſit. Nihil aliud bibit per duos dies, niſi *decoctum Gratiæ Dei,* quod plurimùm contulit. *III. 67.* *Potio purgãs & diuret.* *Victus.*

3. Civis quidam, circiter 53 ætatis annum, Iſchuriâ ſeu Urinæ retentione affligebatur: nam, ob humores veſicæ cervicem obturantes, urina in totum ſupprimebatur, cum ſævisſimo & flebili dolore dies noctesq́ue afficiente. Hunc intra horam per Dei gratiam liberavi ſequent. 1. *Olei ligni Heraclii gutt. xxxx. in umbilicum* juſsi inſtillari, ægro ſupino cubante. 2. Inſtillato oleo, inſedit *Balneo aquæ dulc.* 3. Mox in balneo *III. 86.* *Ol. Heracl.* *Balneum.*

con-

Purgans diuret. confidenti exhibui haustum hunc. ℞. *Aq. stillat. Gratiæ Dei* ℥ vj. *Extr. Esulæ* ʒ ij. Mixta colataque ebibit, calidè, & in horæ spatio copiosè & expeditè minxit. Cibi erant *liquidi* *Victus.* *& pauci*: Potus, *decoct. radic. Vrticæ.*

IV. 63. 4. Nobilis matrona, 70 annorum, devenit in omnimodã Urinæ suppressionem. *Purgat. diuretic.* ℞. *aquar. radic. Vrtic. Raphan. an.* ℥ ij ß. *Syr. rosat. solut. Mont.* ʒ ij. *Bened. laxat.* ʒ j. *Extr. Esulæ* ℈ j. *M. pro potione*: quâ insumptâ ocyssimè & copiosè alvus & urina commota sunt. Pecti-*Fotus.* ni simul imposuit sæpè *cæpas incisas & aceto* *Victus.* *coctas.* Cibus erant *juscula Gallinæ, quibus incoquebatur Raphan. sylvestris incisus.* Potus, *decoctum Fragariæ saccharatum.* Atque ex his paucis sana facta est, intra 4 horas.

IV. 90. 5. Mulier septuagenaria, Ischuriã, gravissimum & mortiferum malum passa est, *Sp. Vit. aur.* cum diuturna Alvi constipatione. ℞. *Spirit. Vit. aur.* ℥ iij. *pro duabus vicibus, per duos continuos dies sumendis.* His sumptis, primò multa prædura & magna stercora, inde liquida eges-*Victus.* sit, urinamque facilè reddidit. Cibus *juscula*: Potus *vinum erat juniperinum.*

VIII. 7. 6. Illustris quidam Baro, 60 ætatis anno, Urinæ omnimodam suppressionem, à Calculis renum, passus est, cũ vitæ periculo. Huic Chirurgi multa instrumenta, absque omni profectu, admoverunt. Tandem ego vocatus, sine instrumentis medicas manus *Ol. Heracl.* salutiferas ipsi adhibui. 1. Umbilico *Ol. Heracleum.*

raclein. sæpiùs apponebam & imponebam.
2. *Cepas & Allia incisa, butyro ac aceto frixa* imposui calidè pectini, & regioni inter anum ac scrotum. Cibis incoquebatur *Gratia Dei*: Vino *grana Alkekengi contusa* imponebantur. Et his simul adhibitis, post Dei devotam invocationem, urina intra horæ spatium ad multas libras profluxit, cum nonnullis calculis & arenis: atque Generosus vir, ab aliis Medicis desperatus, à diuturno & perniciali morbo, L.D. liberatus est. *Fotus.* *Victus.*

7. Civis quidam, 52 annorum, Ischuriæ magnos cruciatus dies noctesq; sustinebat. Huic primò & ante omnia *Ol. lign. Heracl.* ʒ j. in umbilicum impositũ fuit. 2. Postea in *Balneum aquæ dulcis* descendit. 3. ℞. *Aq. Gratiæ Dei* ℥ vij. *Extr. Pithyusæ* ʒ j. *M. & colentur.* Colaturam bibit in balneo, ac post horam copiosè minxit citra omne impedimentum, & intra diem optimè, laus Deo, convaluit. Potus per biduum erat, *decoctum rad. Vrticæ.* *VIII. 89.* *Ol. Heracl.* *Balneum.* *Extr. Pith.* *Victus.*

8. Nobilissimus adolescens Studiosus, Urinam toto biduo prorsus cohibitam habuit, adeò ut tota pubes ei valdè intumuerit & doluerit. Ego adveniens seq. Enema paravi. ℞. *Brodii pisor.* ℥ v. *Ol. olivar.* ℥ iij. *Extr. Pithyusæ* ʒ j. *Salis* ℈ ij. His mixtis & ab inferiore parte injectis, statim alvus & vesica copiosè exoneratæ fuerunt, ipseque eodem die convaluit. Potui dabatur ei, per 3 dies, *Vinum cui incoctæ erant rad. Vrticæ.* *VIII. 90.* *Clyster.* *Victus.*

9. Qui-

IX. 24. 9. Quidam 30 annorum, non potuit Mingere nec Cacare, simulque Ventris tumorem passus est. 1. ℞. *Elect. Bened. laxat.* ʒvj. *Troch. de Halicacab.* ℈ij. *Aquar. rad. Vrtic. & Raphan. an.* ℥ijß. *M. pro haustu*: quem sumpsit residens in *Balneo, ex Rapis in aqua coctis parato.* Sicque alvo & vesicâ benè multumque respondentibus, tumoreque remoto, statim convaluit. Potus fuit *aqua decoct. granor. Juniperi.*

Purgat.

Balneum.

Victus.

STRANGURIA.

IV. 64. 1. In Stranguria seu Urinæ stillicidio à me sæpiùs expertum suffimigium. *Raphani incidantur & decoquantur in vino, vase benè obturato: quibus ebullientibus imponatur vas sellæ, cui æger insideat, & vesicæ regionem suffumiget.* Nam suffimentum hoc meatus reserat, & lotium abundè provocat.

Fotus per vaporem.

I. 44. IV. 61. 2. Adolescens, 20 ætatis anno, in Urinæ stillicidium seu difficultatem lapsus est. ℞. *aq. rad. Vrticæ* ℥iij. *aq. Raph.* ℥j. *Bened. laxat.* ʒij. *Extr. Esulæ* ℈j. *M. f. haustus*: quem sumpsit calidè in *Balneo decoction. Raphan.* In balneum autem ingressus, totam virgam retracto præputio *in Raphanum majorem excavatum* immisit. Vice potus propinabam decoctum hoc: ℞. *rad. Vrtic. contus.* ℥iiij. *Raph. incisi* ℥ij. *Incoqu. in s. q. vini.* His omnibus ritè administratis, continuò ac expeditè mejere cœpit, ac bellè habuit.

Purgans diuretic.

Balneum.

Victus.

3. Mulier

3. Mulier quinquagenaria, Urinam guttatim, magno conatu & dolore exprimebat: insuper Anhelatione, Inappetentiâ & Capitis dolore affligebatur. ℞. *Aq Terr. Sanct.* ℥ *vj.* Hoc potu manè insumpto calidè, in lecto benè contecta sudavit, vomuit, ac statim mejere expeditè cœpit. *IV. 33.* *Aq. Terr. sanct.*

4. Scholasticus quidam 19 annorum, laboravit Urinę stillicidio, à Calculo grandiusculo alterius Ureteris capiti impacto (nam ex utriusq; obstructione Ischuria, non Stranguria, in quâ nonnihil urinæ per alterum liberum perlabitur, orta fuisset) ac obstructionem efficiente, cum lumborum gravitate & dolore. 1. ℞. *Aq. Raph.* ℥ *vj. Cons. Bened.* ℈ *j. M. f. haustus*: quem colatum exhausit. 2. Sequentibus diebus manè jejunus bibit *Aq. Raphan.* ℥ *vj.* 3. Dolorem renum & lumborum mitigavi *Unguento anodyno in App. descrip.* Potus in mensa erat *decoctum Musci terrestris.* Atque sic dissoluto calculo, & ἀναστοιχειώσει in arenulas mutato, urina liberè fluxit, & adolescens pristinam sanitatem recuperavit. *VI. 57.* *Purgat. diuretic.* *Aq. Raph.* *Ungu. Anod.* *Victus.*

5. Vir annorum circiter 40, ad me venit cum urina spumosa & subruente: conquerebatur de Urinæ stillicidio, & quòd liberis operam nullam dare posset. Cui paucis diebus opitulatus fui, ut sequitur. 1. ℞. *Sp. Vit. aur.* ℥ *ij.* Hoc alvus egessit plurima & varia. 2. *Vino sublimato imposuit Gratiam Dei*, de quo manè & ante introitum lecti bibit ad *VIII. 15.* *Spir. Vit. aur.* *Diuret.*

Balaeum. ℥ij. 3. Per viginti dies usus fuit *Balneo aquæ dulcis, cui Tartari contusi M j. incoctus fuit.* Cibi
Victus. erant *calefacientes, humectantes & boni succi:* Bibit *vinū generosum, cui imposuit Gratiam Dei.* Ex his rectè convaluit, facilè minxit, & uxori absque omni impedimento debitum conjugale reddidit.

DYSURIA.

I. 13. 1. Nobilis vidua, anno ætatis 63, in Dysuriam lapsa fuit, ad quam vocatus, seq. haustum exhibui. ℞. *Aq. rad. Vrticæ* ℥ij. *aq. Raph.* ℥j. *Syr. ros. solut. Mont.* ℥j. *Bened. laxat.* ʒiij. *M. f. haustus:*
Potus diuret. in Calculo. quo calidè per quinque horas ante cibum sumpto, non solùm per alvum purgata fuit, sed urinam etiam copiosam turbidam ac crassam reddidit: eodemque die optimè valere cœpit.

II. 30. 2. Alia vidua circa ætatis suæ annum 50, Urinam magna cum difficultate & acredine emittebat, ac lumbis dolebat: ejus lotiū
Purgat. diur. erat album, crassum, spumosum. ℞. *decoct. Sennæ* ℥j ß. *aq. Vrticæ* ℥ij ß. *Syr. ros. solut.* ℥ß. *Bened. laxat. Trochis. de Agar. an.* ʒj. *Diluantur.* Dilutam hanc potionem unâ vice propinabam. Hujus operatione dolor quievit, ipsa expeditè minxit, seque sanam esse affirmavit. Vi-
Victus. ctus regimen interea instituì tenue: Potus in mensa fuit decoct. seq. ℞. *Granor. Juniper. nigror. & mundat. contusorumq;* ℔ß. *Decoqu. in s. q. aquæ ad tertias.*

V. 27. 3. Adolescens 18 annorum, detinebatur

tur Mingendi difficultate & dolore, Melancholiâ, Anhelatione. 1. ℞. *Syr. rof. sol. Mont.* *Purgat. diur.*
ʒ v. Aquar. rad. Vrtic. Raphan. an. ℥ j ß. Bened. laxat. *laxat.*
ʒ iij. M. f. potus: quo urina mota, alvusq; multùm laxata fuit. 2. Fronti *Emplastr. ex cancris vivis contusis factum*, crebrò applicabatur: *Frontale.*
quo capitis dolor & melãcholia sedata sunt.
3. Post corporis purgationem *venam Medianam aperuit*. Potus fuit *aqua, cui Juniperi grana integra imposuit*. Quibus omnibus perfectè curatus fuit. *Ven. sect.* *Victus.*

4. Mulieri cuidam 25 annos natæ, Mingendi difficultate cum incredibili dolore afflictæ, curationem vero experimento ritè decrevi hanc. 1. ℞. *Bened. laxat. ʒ v. Trochis. è Myrrh. ℈ ij. Decoct. Savin. ℥ iij. M. f. haustus*: quo dolor omnis levatus, & omnis mejendi difficultas remota est. 2. Supra locum vesicæ, *Cataplasma ex cæpis in aceto coctis conflatum, imponi ordinavi*. Potus fuit, *decoct. rad. Vrticæ ex vino.* *VII. 72.* *Purg. diuret.* *Cataplasm.* *Victus.*

5. Studiosus 15 annos natus, Urinæ difficultate seu Dysuriâ laboravit. ℞. *Decoct. aperit. maj. ℥ ij. Syr. rof. sol. ʒ ij. Bened. laxat. ʒ iij. Aq. Cinam. ℥ ß. M. pro haustu*: quem assumpsit residens in Balneo seq. ℞. *Saxifrag. M v. gr. Junip. M x. rament. Juniper. M iij. Salis M j. Decoq. in aq. q. s. ad balneum.* Potui datum est *decoctum granor. Juniperi.* Atq; horum usu mox, multa minxit & cacavit, recteque revaluit. *IX. 32.* *Purgat.* *Balneum.* *Victus.*

6. Vir 64 annorum diu perpessus fue- *X. 31.*

rat Urinæ difficultatem & ventris flatus, cum torminibus multùm crepitantes. Huic manè per tres continuos dies exhibuimus
Sacch.bezoard. de *Sacch. bezoard. circiter ℥ij.* quod plurimùm promovit & urinam & flatus, cum multis magnisque crepitibus, ac tormina omnia compescuit.

MICTUS SANGUINIS.

V. 44. Puerum 14 annorum, Sanguinis mictu & Ventris dolore affectum curavi his. 1. ℞.
Purgat. *Diaturb. cum Rhabar. ʒ iij ß. Seri lactis caprini ℥ iij. M. pro haustulo*: quem jejuno stomacho bibit,
Balneum. differendo cibum per 6 horas. 2. Sequentibus aliquot diebus lavit in *aqua decoctionis Chamom. & gran. Juniperi.* 3. Supra ventrem
Sacculus. *sacculum ex Absynth. & Chamom. factum, ac in la-*
Victus. *cte caprino coctum* adhibuit. Potus fuit *vinum infusionis granor. Juniperi.*

VESICÆ VULNUS: ULCUS.

IV. 89. 1. Puer quinquénis Calculo sectus fuit, & vulnusculum vesicę illatum, propter Chirurgi imperitiam non curatum, apertum mansit toto anno, & ex illo continuò urina guttatim effluebat. Parentibus consilium petentibus suasi, ut manè & vesperi, puero supino decumbente, lavarent vulnusculum *vino rubello calente*: postea linteolis siccato ei
Ol. Sulph. *Oleum Sulphuris* adhiberent, ac desuper, *Em-*
Empl. Diasulph. *plastrum Diasulphur.* Hoc ita peracto, intra sex

ſex dies vulnus optimè coaluit,& puer ſanus factus eſt.

2. Pharmacopola quidam ſexagenarius, Veſicæ exulceratione diu infeſtatus fuit,& ob hanc ſæpè totius urinę ſuppreſsionem valdè longam perpeſſus eſt,haud ſine vitæ diſcrimine. Ad hunc accitus ego *candelam ceream Venetam diureticam, oleo Scorp.perlitam*,per meatum urinarium uſque ad veſicæ fundum immiſi : quam ubi poſt horæ quadrantem extraxi,prorupit copioſè urina cum cruore , ſanie, & pure multo fœtido. Deinceps hoc inſtrumento aliquoties ſic adhibito, urinæ meatus apertus manſit, facilè minxit æger, & exulceratio curata fuit. Cibus interea dabatur *calefaciens*, *humectans & facilis digeſtionis*. Potus *lac amygd.dulc.* VIII. 4. *Candela diuretic.* *Victus.*

GONORRHOEA.

Nobilis Polonus temperaturâ Sanguineus,20 annos natus,ſtudiis operam navans ad me venit, & queſtus eſt, ſibi diu ſemen, præter voluntatem & modum,elabi:& quia aliorum Medicorum curas fruſtrà pertentaſſet, vehementer me rogavit,ut ſibi fidele auxilium ſubminiſtrarem. Id quod lubens feci in hunc modum: 1. *Venam Baſilicam dextri cubiti aperui,& ſanguin.℥ vj.emiſi.* 2. Poſt Venæſ. die ſecundâ bibit ſequent. emulſionis ℥ vj.vel ℥ viij. tepidas, & pauco ſaccharo dilutas: idque in aurora per quatuor dies. *Ven.ſect.*

℞. *Sem. Melon.℥ iij. Contundantur in mortario* *Emulſio.*

lapideo optimè cum aquæ font. q. ſ. Deinde colentur,& f.potio lactea. 3. Interea renes,dorſum, ilia & pecten manè & veſperi inungebantur quotidie ſeq. Unguento. ℞. *Oliban.*℥ij. *Gallar.*ʒj. *Laudani* ʒß. *Ol. Maſtich. Spicæ, Myrtini, an.*℥ß. *Pulveriſ. pulveriſentur ſubtiliſſimè & cum Cera q. ſ. fiat Vngu. molle, in fine addendo Camph.* ℈ß. Cibus erat *frigidus, ſiccus, acidus: partim calidus & ſiccus:* Potus *aqua fontana chalybeata,* item *Vinum rubellum: verùm unicuique hauſtui admiſcebat aliquot guttas Aceti roſac.* His, in diebus perpaucis, bonum & priſtinum ſanitatis gradum adeptus eſt.

Vnguent.

Victus.

GENERANDI IMPOTENTIA.

V. 96.

1. Nobilis eximius, ex uxore prima aliquot liberos genuit: ſed hac mortuâ, anno ætatis 36 iterum ſponſus factus, re Venerea uti non potuit, maleficio impeditus. Item alius, Vir doctiſs. quum anno ętatis 30 ſponſus eſſet, querebatur ſibi genitalia membra adeò debilitata eſſe, ut nec erigi, nec ſperma ejaculari poſſent. Similiter eques quidam, ut & ruſticus, ex maleficio malè affecti erát, ut uxoribus debitum reddere non potuerint. Iſti viri remedia apud me quæſiverunt, quibus rei Venereæ liberiſque operam dare poſſent: eis paucula ſeq. dedi. 1. ℞. *Spir. Vitæ aur.*℥ij. Quo omnes, tam ore quàm alvo, multa mala maleficiataque excreverunt. 2. Perpurgato omnium corpore, exhibui ipſis,

Spir. Vit. aur.

ipsis, manè & vesperi, *Conditi nostri spermat.* Condit.sperm
℥ ij. *vel plus.* Cibaria & nutrimenta daban- mat.
tur *optimi succi:* Potui *vina generosa.* Atque Victus.
his adjuti præsidiis, omnes uxoribus suis
bellè & pancraticè satisfecêre, liberosque i-
terum procreavêre.

2. Illustris quidam in Ungaria, 40 an- VIII. 86.
nos natus, mœsto animo apud me de semi-
ne amisso cōquerebatur, dicens se in coeun-
do nullum posse semen emittere. 1. ℞. *Spir.* Spir.V.aur.
Vitæ aur. ℥ ij. Hoc sumpto universum corpus
ita fuit perpurgatum, ut nihil remanserit im-
puri. 2. ℞. *Diasatyr.* ℥ ij. *Diagalang.* ʒ ij. *Spec.* Condit.sper-
Diambr. Diamosch. an. ℈ ij. *ra*[illegible] *Pudendi cervi-* mat.
ni aridi ʒ ß. *Nuc. pinear. Pistac.* [illegible]*d. dulc. mund.*
an. ℥ ß. *Carnis Scinci* ʒ ij. *Sem. Erucæ, Vrtic. Nasturt.*
an ℈ j. *pectusculi Capi cocti* ℥ iij. *Cont. conterantur,*
& cum melle opt. fiat Conditum. (cujus etiam
mentionem facit præstantiss. Medicus A-
matus Lusitanus in IX Centur.) Ex hoc cō-
dito ad ʒ iij. manè & ante cœnam sumpsit,
ac superbibit vinum Malvaticum. Cibus ei
administrabatur *calefaciens & mediocriter hu-* Victus.
mectans, facilis concoctu, ac bonum sanguinem ge-
nerans: ut sunt Ova recentia, carnes gallinar. ca-
pon. pullor. perdicum: Aves sylvestres, maximè pas-
seres, &c. Pisces mollis carnis, Spinachia, &c. Po-
tui dabatur *vinum album generosum.* His o-
mnibus quotidie assumptis, mox semen re-
suscitari ac augeri indies sensit Generos. hic

Dominus, & factus est miles fortis in aphrodisio polemo.

VIRGÆ EXULCERATIO.

X. 33. Nobilis quidam Virgæ exulcerationem
Ol.Sulph. passus, per *Ol.Sulph.* curatus est.

TESTIUM TUMOR: DISLOCATIO.

IV. 46. 1. Pellio 42 annorum, habebat in dextro Testiculo inflãmationem, & tumorem magnum pugni instar, foris sese prodentem, cum dolore, sed absque febre. Hic manè,
Ol. Sulph. meridie & vesperi, tumorem perunxit *Oleo Sulph. calente*, calidisque obligavit fasciolis: quo indies ipse tumor decrevit, adeò ut intra decem dies omnino evanuerit.

IV. 59. 2. Quidam 58 annorum, gravi Hydrope, cum Testiculorum magno tumore & dolo-
Cataplasm. re, correptus fuit. ℞. *Nymph. Nasturt. aquat. an. M xv. Contundantur in Aceto rosato: in fine addatur Ol. rosac. parum, fiatq; Emplastrum.* Quod calidè manè & vesperi, testibus applicatum, quotidie multas aquositates extraxit, & omnem tumorem, in quatuor diebus absumpsit: qui tamen antea nullis neq; Unguentis, neque Emplastr. neque aliis pharmacis cedebat.

V. 91. 3. Puer quadrimus, Tumorem induratum in dextro teste patiebatur: qui sequentibus

tibus divinis præsidiis, intra dies paucos solutus & dissolutus est. 1. *Oleo Sulph. calente testiculum affectum*, manè & vesperi perunxit. 2. Post inunctionem, *Empl. Diasulph. calidum* applicavit. His meo jussu factis, quotidie tumor emollitus & diminutus est. *Ol. Sulph.* *Empl. Diasulph.*

4. Duo fratres Germani orphani, in oppido Gundelfinga nati erant: quorum unus habebat annos 12, alter 15. Isti cùm ad me adducerentur, exponebant tutores casum, & conquerebantur de ipsorum scrotis carentibus testiculis. Rogatus ego scrota puerorum contingo & pertingo, inaniaque ipsa & omninò vacua & parvula invenio. Verùm ubi intra ventrem altiùs & penitiùs pervestigo, nimirum in, circa, & paulò supra pectinem, inveniuntur conditi ambo testes, non quidem infra pubis ossa, sed supra utrinque cohærentes in ventre. Post inspectionem & investigationem hanc inquiro, an ab utero defectum hunc habuerint? Affirmat nutrix, confirmatque obstetrix, sese infantes ex utero exceptos invenisse, in scrotulis testiculis omninò carentes: nec scivisse an alibi haberent, aut ubi locorum latitarent, ad hunc usque diem, quo ipsos pervestigavi & inveni. Factâ itaque inquisitione hac, me puerorum Cognati & Tutores orant, ut eos in integrum restituam, testesque suo loco dimotos, extra ventrem in scrotum reponam, veriti nimirum, ne olim testium, in situ *V. 97.*

ſuo non collocatorum, actiones lædantur, debilitentur & impediantur. Ego itaque, experientiâ ejusmodi caſus edoctus antea, curationem adhibeo talem. 1. Manè & à
Balneum. meridie uſi fuêre *aquæ dulcis Balneo, in quo incoquebantur flores fœni.* 2. Ante & poſt bal-
Ol. Sulph. neum, *Oleo ſulph. calente* locus ſupra pubis oſſa utrinque inunctus fuit, detorquendo ſemper teſtes deorſum ad ſcrotum diſtenſum,
Ligatio. *oleoq;* inunctum. Ubi cum ambo conſiſterent: 3 Conſtrinximus ſub virga, ne relabi poſsint ad priorem ſedem. Et ſic quidem proceſsimus ad duos menſes, poſteà ligamentum à colligatis teſtibus removimus: qui ſuâ ſponte deinceps cõmansêre in ſede ſituq; ſuo naturali, qui debet eſſe extra ventrem in ſcroto.

V. 98 5. Adoleſcens quidam perdoctus Laugingæ ſtudens, habebat perdiu dextrum teſtem valdè inflammatum, cum magno dolore & tumore: ſiniſter verò teſticulus in ſcroto non erat, ſed ſupra os pubis transpoſitus intra ventrem latebat. Hic à me curatus ſic fuit. 1. Inflammatum teſtem perun-
Ol. Sulph. gi curabam *Oleo Sulph.* manè & veſperi: quo indies dolor tumorque imminuebatur.
2. Et poſtquam omnis inflammatio ſublata fuit, teſtem alterum in ventre inhærentem repoſuimus, & compoſuimus cum altero, omni & ſimili modo, quem obſervavimus in curatione pręcedente, excepto balneo, quod ob in-

ob inflammationem intermiſimus. 3. Dum haec topicè tractamus, purgationem ſimul exhibuimus, quæ ℞. *pulv. Sennæ laxat.* ʒ ij. *Vini* ℥ *v. M. pro hauſtu*: quem frigidè ebibit, eóque multa vitioſa egeſsit. Atque iſtis ſubſidiis, 20 dierum ſpatio, priſtinæ ſanitati optimè reſtitutus fuit. *Purgat.*

6. Nobilis quidam Studioſus exhibuit mihi inſpiciendos teſticulos, quos cùm obſervarem affectos inflatione ac duritie, ſuſtuli mox utrumque malum, *Oleo ſulphur.* ſolo, manè & veſperi multùm inuncto. *IX. 75.* *Ol. Sulph.*

HERNIA.

1. Quidam Herniam aquoſam, ὑδροκήλην vocant Græci, patiebatur, quam citiſsimè removit *Oleo Sulph.* quo totum Ramicem perungebat manè & veſperi, ac applicabat *Sacculum ex calentibus cineribus factum.* *VIII. 82.* *Ol. Sulp.* *Sacculus.*

2. Puero 15 annorum, inter & juxta teſticuli dextri tunicam, Tumor cohæreſcebat durus, gravis, longus, magnusque inſtar ovi longioris: quem Græci vocant σαρκοκήλην, Latini Ramicem carnoſum. In hoc curando alii ſectionem machinati fuiſſent: ſed ego abſque inciſione facilè ita curavi, & curo in aliis multis. 1. ℞. *pulv. Sennæ lax.* ℥ ß. *Vini Abſynth.* ℔ j ß. *Macerentur pro Inſuſo*: de quo bibit ad ℥ iij colatas, quotidie. 2. Poſt ſufficientem purgationem, utebatur ante & poſt meridiem *Balneo aquæ, in qua coquebatur Tartarus ad* ℥ *iij.* 3. Ante & poſt balneum, inungebatur *IX. 66.* *Purgat.* *Balneum.*

Ol. Sulph. ungebatur tumor *Oleo Sulph. nostro.* Cibus
Victus. dabatur *bonus & facilis ad concoquendum.* Potus *vinum dilutum.* Motus *rarus erat:* quies verò in lecto *multa.* Atque his ſanè remediis tumor indies decrevit, & per Dei gratiam, in quatuor ſeptimanis, ex toto evanuit.

MENSIUM RETENTIO.

I. 30. 1. Mulier annos nata 21, Menſium ſuppreſsione cum Tumore faciei, &c. laborans,
Purgat. ſumpſit 1. ℞. *Decoct. Sennæ ℥ j ß. Syr. de Senna ℥ j. Bened. laxat. ʒ iij. Zingib. Cinam. an. ℈ j. M. f. hauſtus:* quo alvus optimè reſpondit, & ipſa ægra illico meliùs habuit. 2. Sequenti die ve-
Ven. ſect. ſperaſcente, *Saphenas aperuit:* quâ ſanguinis miſsione ſanitatem obtinuit. Adhibebam autem curationem hanc, ſtatim poſt conjunctionem Lunæ & Solis.

I. 96. 2. Cujuſdam Uxor 40 annos nata, ex Menſibus ſuppreſsis, in Cordis anguſtiam, Capitis dolorem, Anorexiam, & alia gravia
Purgat. Symptomata incidit. 1. ℞. *decocti Sennæ, Savin. flor. Centaur. min. ℥ ij. Syrupi roſ. ſolut. Mont. Bened. laxat. an. ℥ ß. Trochiſc. de Agar. ʒ j. M. f. potus:* quo circa Novilunium inſumpto, multa excernebat. 2. Sequenti die poſt pur-
Ven. ſect. gationem, *Saphenas utriuſque pedis aperuit.* In
Victus. prandio & cœna *Vinum pulegiatum bibit.* Ac per

per hæc præſidia Menſes fluxêre, & Symptomata omnia curata fuêre.

3. Ruſtici filia, 16 ânum egreſſa, ex Menſium retentione paſſa eſt Capitis dolorem, Anorexiam, aliaque Symptomata. Huic ſtatim poſt Novilunium inſtitui hanc curam. (tunc enim in ejus ætatis puellis menſes habent ſuum naturalem curſum) ℞. *Extract. Eſulæ* ʒ ß. *Seri lactis* ℥ v. Commixtis, percolatis & epotis, multùm evacuata fuit. Sed quum menſes nondum provocarentur, ſequenti die eundem potum repetivit, & mox menſtrua effluxerunt, alvusque iterum citata fuit, ac ipſa puella ſana evaſit. Bibit in menſa *Vinum pulegiat.* — *II. 73.* *Extr. Eſulæ.* *Victus.*

4. Virgo 22 annorum, perpeſſa eſt Menſium obſtructionem, & Vermes, cum Aſthmate. ℞. *Hydromel. Benedict.* ℥ j. Hujus potu ejecit vermes tam ore quàm alvo. Altero die poſt ſumptum hauſtum, *à meridie ſecuit utramq; Saphenam, pedibus priùs calidæ per horæ quadrantem impoſitis.* Quibus in Lunæ incremento factis, Menſes fluxêre, & ægra ex omnibus malis ſana & incolumis emerſit. — *IV. 12.* *Hydrom. Bened.* *Ven. ſect.*

5. Cantoris filia, annorum 20, ob Menſes retentos varia ſymptomata ſuſtinebat, nimirum aſthma, tuſsim, dolorem capitis, dorſi & lumborum, anorexiam. ℞. *flor. Centaur. min. M. j. Savin. rad. Aſari, an. M ß. bacc. Lauri excort. Num. xiij. Decoqu. in aq. & vini an.* ℔ *ij. ad tertias, pro decocto:* ex quo, tempore — *V. 15.* *Sudorif. menſtru.*

Men-

Mensibus determinato, scilic. in Lunæ conjunctione, bibit calidè ad ℥ v. in lecto manè, & benè contecta, benè sudavit, per 6 dies.
Ven. sect. His 6 diebus transactis, *Saphenam in dextro pede secuit.* Unde protinus Menses prorupe-runt, Symptomata evanuerunt, ipsaque sa-
Victus. na evasit. Potus erat *vinum Melissatum*: Cibus, *jusçula calefacientia, aliaq; humectantia.*

V. 88. 6. Virgo 20 annorum, Menstruorum suppressione, cum Syncope, Dyspnœâ, Anorexiâ, aliis Symptomatis laborans, & ab aliis Medicis pro desperata habita, à me tan-
Purgat. dem unico sequ. haustu curata est. ℞. *Syr. ros. sol. Mont.* ℥ j ß. *Benedict. laxat.* ʒ ij. *Troch. de Agar.* ʒ j. *Troch. de Myrrha* ʒ ß. *Vini Malvat.* ℥ iij. *M. f. potus*: qui ipsi propinabatur Mensium profluendorum tempore, quod non longè fuit à Plenilunio. Hoc haustu multùm alvo evacuata est, & menses multùm fluxêre: inde remittentibus Symptomatis, sana evasit ex
Victus. toto sine venæsectione. Cibi erant *concoctu faciles. Vino, quod bibebat, Melissam imposuit.*

VII. 10. 7. Filia 17 annos nata, incidit in Mensium suppressionem, Pleuritidem, Tussim gravem, & Sitim. Erat præterea, à nutrimenti defectu, macie fermè confecta: Urina ejus apparebat cruda, tenuis, phlegmati-
Purgat. ca. 1. ℞. *fol. Sennæ mund.* ℥ j. *Agar.* ʒ j. *Passular.* ℥ j. *Zingib.* ʒ ß. *Cinamom. opt.* ℈ j. *Sacchar.* ℥ j. *M. & f. decoctio in s. q. aquæ, ad tertias.* Bibit inde quotidie, manè & vesperi, haustum calidè,

quoad rectè purgata, levamen luculentum perciperet. 2. *Aperuit Saphenam utramq;.* Usa est in potu, *decocto Passularum.* *Ven. sect.* *Victus.*

8. Ephippiopœi filia 27 annorum, Mensium retentione correpta, incidit in grave Hydropis principium, toto ventre & pedibus intumescentibus, & concomitantibus Pleuritide, Febre, Linguæ ardore, Siti, Tussi, Difficultate spirandi, &c. 1. Os colluit frequenter gargarisando, *cum decocto Raparum*, & postea lambebat *cremorem lactis, succumq; Rapar.* deglutiebat. 2. ℞. *Aq. Card. bened.* ℥ iiij. *Elect. de succo rosar.* ʒ vj. *M.* Hac probè purgabatur, cum Symptomatum relevatione. 3. ℞. *Card. benedict. Card. Mar. an. M* ij. *Decoqu. in s. q. aquæ ad dimidias.* Ex hoc decocto bibebat quotidiè, ad ℥ vj. calidè, & in lecto arctè contecta sudabat affatim. Potus erat *Decoct. Hordei saccharatum.* Ex his paucis brevî integrè convaluit. *VII. 51.* *Gargarism.* *Purgat.* *Sudorifer.*

9. In quadam Virgine 19 annos natâ, Menstrua retenta provocavimus, & Symptomata, Asthma, febrem, tussim, &c. removimus, ad hunc modum feliciter. 1. ℞. *fol. Sennæ à stipit. select.* ℥ ß. *Troch. de Agar.* ʒ j ß. *Troch. è Myrrh.* ʒ j. *Zingib.* ʒ ß. *Savin.* ℈ j. *Sacch.* ℥ ß. *Vini* ℔ ij. *Macerentur simul factâ ebullitione per noctem, & fiat infusum:* de quo manè & vesperi, per duas horas ante cœnam, potui dabantur ℥ v. tempore fluendorum Menstruorum, nimirum post conjunctionem Lunæ. 2. Post *IX. 15.* *Infus. purg.*

suffi-

Ven.sect. sufficientem purgationem, *venas pedum Saphe-*
Victus. *nas aperuit.* Cibi dabantur εὔχυμοι. Potus *vi-*
num, cui imposuit Puleg. & Passulas.

IX. 84. 10. Mulier quadragenaria, Mensium obstructionem, cum Asthmate, Febre, & I-
Pilul. cteritiâ, passa est. 1. ℞. *Pilul. de Agar.* ℈ ij. *Troch. de Agar.* ʒ ß. *Cum Syr. ros. solut. f. pilul. 9. involvantur Cinamomo.* Has pilulas cum pomo cocto accepit: quarum operatio multa fuit & salutaris. 2. Post corporis purgationem
Ven.sect. *aperuit venam Nigram.* Atque sic sanata mox fuit.

MENSTRUA PER OS REJECTA.

IX. 78. 1. Cujusdam Uxor circa ætatis suæ annum 50, Menstrua per os rejecit, cum dolore Capitis, Asthmate & Inappetentiâ. 1. ℞.
Pilula. *Pilul. de Agar. Trochis. de Agar. an.* ℈ ij. *Diagrid. gran. iij. Cum Syr. ros. solut. formentur pilul. 9. quas Cinamomo involutas* devoravit, tribus horis
Balneum. ante cœnam. 2. ℞. *Puleg. Origan. an. M x. Arthemis. M xx. Decoq. in aqua, q. s. ad Balneum.*
Ven.sect. 3. Post hujus balnei usum, *Saphena in utroq; pede secta fuit.* Cibi dabantur, *coctu faciles &*
Victus. *paratu.* Potus *vinum, cui imponebat Card. benedictum.* Atque sic, meâ istâ operâ, servata fuit & salvata mulier.

IX. 83. 2. Vidua 43 annorũ, Sanguinem menstruum per os mittebat, febriebat, anhelabat, graviter tussiebat, Artuumque dolore

vexa-

vexabatur. Urina erat rubra. *R. Trochisc. Alban-dal.* ʒ *j. pulv. Senæ* ℈ *ij. Macerentur per noctem, in loco calido, in juris pisorum* ℔ *j. pro duabus vicibus:* quibus manè colatis & ebibitis, multùm alvo purgata est, & sanguis ad uterum diversus & retractus fuit, cùm remissione & dimissione omnium Symptomatum. Cibi dabantur *calefacientes & humectantes, facilesq; coctu.* Potus, decoctum, quod *R. Salv. Melis. Hyssop. an. M* ß. *Mellis* ℥ *ij. Decoqu. in aqua* ℔ *viij. ad* ℔ *j. consumpt.* *Purgat.* *Victus.*

MENSIUM PROFLUVIUM.

Fœminæ quadragenariç, Mensium chronico fluore cum Cephalæâ & Vigiliis detentæ, atq; multis in cassum pharmacis usç, sequent. adhibui. 1. *R. fol. Sennæ mund.* ℥ *j. Zingib.* ʒ *j. Troch. de Agar.* ʒ *iij. Sacch.* ʒ *vj. Passul.* ℥ *ij. Decoqu. lento igne in seri lactis* ℔ *iiij. usq; ad* ℔ ß. *consumpt.* Hujus decocti ℥ j. capiebat manè ac vesperi, per 3 continuos dies: quo corpus probè, ab humoribus ista Symptomata causantibus, fuit ex purgatum. 2. Quarto die *venam Hepaticam & Cephalicam secari curavi.* 3. Ad capitis refocillationem utebatur crebrò *Lixivio, in quo Majoran. Puleg. & Asari rad. ebullierant:* 4. Vigiliæ autem removebantur decoctione, quæ *R. Lactuc. M ij. Capit. papav. alb. Num. vj. Sem. papav.* ℥ ß. *fl. Nenuph. M j Violar. M j* ß. *f. horum omnium in aqua ebullitio.* Hac vesperi, ante somnum, crura brachiaq; abluebantur. *Ol. 34.* *Purgat.* *Venæsect.* *Lixivium.* *Lotio somnifera.*

tur. & ſiccari, abſq; abſterſione artificiali, ex ſe ſinebantur. Poſtremò, ante cibum fruebatur *Manib. Chriſt. perlatis.* Ex quibus omnibus citò & rectè convaluit.

Man. Chriſt.

HÆMORRHAGIA UTERI.

VII. 99. Civis opulenti Uxor abortiens, incidit in vehementiſsimum Fluxum ſanguinis, per menſem, durantem: quem ego, aliis plurima fruſtrà adhibentibus, ſiſtere ſtudebam ſedulò hunc in modum. 1. *Cibus omnis coquatur ex aqua chalybeata*: manè & veſperi parentur *juſcula ex aqua roſacea pura, & vitellis ovorum recentium.* Potus ſit *vinum rubellum, in quo aurum candens crebriùs ſit extinctum*: *Lac item Amygd. dulc. ex Aqua chalybeata & Man. Chriſt perlatis conflatum.* 2. Vincula porrò dolorifica digitis auricularibus, brachiis pedibuſq; injiciantur. 3. *R. Corall. rubr. ſubtiliſs. pulveriſ. Ambræ citrinæ, an. ʒ j. Boli Arm. ʒß. Sem. Anther. Plantag. an. ℈ j. Syr. roſ de roſis ſicc. ℥ j. M. f. Electuarium ſ.a.* de quo horâ ante cibum ſumat nucis Jugl. quantitatem. 4. Sellæ perforatæ inſidens, *Suffitum ex ſeq. excitandum ſuſcipiat. R. Thur. Maſtich. an ʒ ij. gum. Tragacan. ℈ iiij. Vngul. equi ℥ j M. f. pulvis.* 5. Deniq; regio pubis, perinei & renum oblinatur calidè ſeq. Ungu. *R Vnguent. Comitiſs. ℥ iß. Ol. Myrtill. Cydon. Roſar. an ʒ vj. Boli Armen. Sangu. dracon an. ʒ j. Balauſt. ʒß. Aceti roſac. parum. M. f. Vnguent.* Atque ita honeſta Matrona,

Victus. Ligatura. Electuar. Suffitus. Vnguent.

ab

ab immodica sanguinis laudabilis evacuatione, incolumis evasit, L.D.

MATRICIS DOLOR.

1. Mulier quædam 34 annorum, Matricis, ventris, & lumborum dolore, cruciabatur. *R. Puleg. Rosmar. an. Mj. Decoqu. in vini ℔ vj. ad consumpt. tertiæ partis.* Ex hoc decocto manè quotidiè ℥ vj. calidè sumebat, & in lecto affatim sudabat, donec tandem pristinam valetudinem penitùs L. D. obtinuit. *VI. 67.* *Sudorifera*

2. Mulier 39 annorum, ob Matricis & Ventris dolorem vehementem & assiduum, erigere se non potuit, sed incurvata decubuit. *R. Sacchar. Olei lign. Paradisi ʒ j.* A cujus purgatorij anodyni usu cõfestim sana facta est. Cibus εὔπεπτος *fuit, cui incoquebatur Rosmar.* Potus, *vinum in quod Melissa imponebatur.* *IX. 8.* *Ol. lign. Par.* *Victus.*

3. Fœmina quædam, post gemellorum difficilem partum, mox pati cœpit gravem dolorem in Matricis orificio, cum Urinæ omnimodâ suppresſione, per multos dies durante. *R. Arthemis. M xx. fiat decoctio in s.q. aquæ. foveatur eâ os uteri.* Hoc statim urina provocata fuit, & dolor sedatus. *X. 11.* *Fomentum.*

UTERI SUFFOCATIO.

1. Mulier 40 an. in matrimonio, suffocatione matricis laboravit. 1. *R. Syr. ros. sol. Mon. ℥ j.* *I. 28.*

Trochis. de Agar. ʒ ij. *decoct. Senæ* ℥ j ß. *Aq. Cinam.* ℥ ß. *M. f. potus:* quo vēter optimè solutus fuit, & ipsa rectiùs habuit. 2. Post purgationem per aliquot dies utebatur *Balneo decoctionis Puleg. & flor. Chamomeli*: quod multùm profuit. Victûs ratio erat *calefaciens. Vino, quod bibit, imponebat Pulegium*: quod cum cæteris ægram ad sanitatem reduxit.

Balneum.

Victus.

l. 78. 2. Cuidam mulieri maritæ, annos 40 natę, Uterus veluti globus efferebatur sursũ ad ventriculum, quem graviter premebat, vomitum concitabat, pręcordia angustabat difficilemq; reddebat spiritum. *R. Trochis. Alhand. pulveris.* ʒ j. *Cons. Dianthos* ʒ ij. *Macerentur per noctem in Vini* ℥ vij. Infusi hujus percolati ℥ v. manè epotis, aliquoties egessit, matrixq; ad sedem suam delata est. Victûs ratio fuit *calefaciens & humectans.* Potus *Vinum, cui per noctem Rosmarinus impositus fuerat:* quo uterus valdè pacatus est.

Purgator.

Victus.

l. 99. 3. Quædam quum attigisset 47 ætatis annum, in conjugio vivens, Uteri motionibus, & acerbis doloribus ac suffocationibus septem ferè annis torta fuit. 1. *R. radic. Bryon.* ʒ iij. *fol. Senæ mundat.* ℥ ß. *Zingib.* ℈ ß. *Cinamon.* ʒ j. *Sacchar.* ℥ ß. *Infundantur per noctem in seri lactis caprini calentis* ℔ j ß. Hujus infusionis ℥ v. jejuna calidè bibit, per aliquot dies: inde alvus multa egessit, & uteri vitia, præsertim cruciatus, ex toto sedata sunt. 2. Post has purgationes, usa est per aliquot dies *Balneo.*

Infusum purgans.

R. Menth.

℞. Menth. M iiij. Puleg. M v. fl. Chamom. M xv. Decoquantur omnia in aquæ q. s. ad balneum. In hoc manè & vesperi sedit, cum magno profectu. Diæta erat *calefaciens & siccans. Vino Rosmarinum imponebat.* His paucis, integram sanitatem ex insperato & ocyssimè recepit: nec unquam in posterum hæc mala repullularunt. *Balneum. Victus.*

4. Cujusdam Uxor 29 annos nata, Uteri motum & dolorē, Arthritidem & Inappetentiam patiebatur. Hanc in paucis diebus Dominus per me sanavit, seq. adhibitis. 1. *℞. fol. Senæ Alex. ℥ ij. Agar. albi ʒ j. Puleg. Meliß. an. P ß. Cinam. ʒ i ß. Decoqu. in s. q. aquæ. ℞. Iuris hujus colati ℥ iij. Bened. laxat. ʒ v. Troch. de Agar. ʒ ß.* Hæc diluta bibit, ac rectè purgata fuit. 2. Purgato corpore, usa est manè atq; vesperi hoc Insessu. *℞. Arthemis. M x. Puleg. M vj. Meliß. M v. incoqu. omnia in aqua, q. s. ad balneum. Aëris frigus, animi & corporis motus vitare jussa est.* Cibos verò *calefacientes & siccantes assumat: Vino quod bibit Melissam imponat.* *Il. 39. Purgat. Balneum. Victus.*

5. Mulier conjunx, cùm esset 46 annorum, ex Uteri ascensu decubuit: nam matrix ejus de suâ sede modò ascendens, modò in alterutrum latus inclinans, vomitum, difficultatem spirandi, præcordiorum, dorsi & lateris dolorem inferebat. 1. *℞. decocti Hyssop. Meliß. & rad. Bryon. ℥ ij ß. Syr. ros. sol. Mont. ℥ ß. Agaric. trochis. ℈ iiij. Redigantur in haustum:* quem manè calidum sumpsit, & *Il. 74. Purgat.*

ejus usu operationeq; mox rectiùs valuit.
Balneum. 2. Pòst usa est balneo seq. *R. Arthemis. Puleg. Meliß. Origan. Cynogloß. flor. Chamom. an. M v. Chelidon. M x. Incoq. simul in s. q aquæ.* In hoc balneo manè & vesperi insidebat, per quatuor dies: quod in utero placando multum fecit. 3. Post balnei usum, *Saphenas venas a-* Venæsect.
Victus. *peruit. Vino, quod in mensa offerebatur, imposuit fl. Rorismar. & Melissam.* Atque his ita administratis ocyssimè salva & incolumis, Dei nutu, evasit. L.D.

II. 83. 6. Uxor cujusdam 46 annorum, incidit in Uteri strangulatum seu præfocationem, (quod vitium Græci πνῖγα ὑστερικὴν vocant) cum Spiritu perdifficili, crebrò ac brevi, ventris Rugitu, Nauseâ &c. Hæc, per Dei gratiam, mox optimè curata fuit, per seq.
Pilulæ.
Dialoes.
Venæsect. *1. R. Maß. pilul. Dialoës ℈ j. formentur pilulæ instar pisorum:* quibus deglutitis multùm dejecit, rectiusq; habuit. 2. Sequenti die utramq; *Saphenam aperuit*: quæ Ven. sect. plu-
Victus. rimùm contulit. Cum cibo *calefaciente & humectante vinum bibit, in quo Melissa, herba utero dicata, macerabatur.*

IV. 23. 7. Mulier quędam maritata, circa ætatis suæ 48 annum, Matricis motum, præfocationem, & dolorem ingentem perpessa est,
Purgans infus. per septem annos. 1. *R. fol. Sennæ mundat.* ℥ ß. *rad. Bryon.* ʒ iij. *Zingib.* ʒ ß. *Sacchar.* ℥ ß. *Infundantur per noctem in vini* ℔ i ß. Ex hoc Infuso ℥ vj. quotidie manè bibens, multùm evacuata fuit,

fuit, & uteri mala sedata fuêre. 2. Pòst, per aliquot dies *balneo decoctionis Menthæ, Puleg.* *Balneum.*
& Chamom. usa est. Diæta erat *calefaciens & siccans: Cibus parcus: Vinum bibit, in quo Rosmar.* *Victus.*
contusus macerabatur. Atq; his integram sanitatem recepit.

8. Cujusdam Civis conjunx, annorũ ætatis 28, Suffocatione matricis, Vētris fluxu, Vomitu, Asthmate & Tussi laborans, & deplorata, à me citò curata fuit per seq. 1. R. *IV. 35.*
Hydromel. Bened nostri ℥ j. Hoc, ore & alvo, à *Hydr. Bened.*
vitiosissimis humoribus perpurgata optimè, statim rectiùs habuit. 2. Vesperi *pedes* *Lotio pedum*
ad genua usq; immersit aquæ calidæ decoction. Pulegij. 3. Matricis orificio imposuit *Sacculum* *Sacculus.*
ex Puleg. & Melißâ factum, ad umbilicum usq; pertingentem. Vino *Melißam & Pulegium* imposuit, illudq; in mensa bibit. *Victus.*

9. Quędam circa ætatis suæ annum 30. *V. 26.*
gravem Uteri præfocationem perpessa est, cum crebro Vomitu. Hanc citò sic curavi.
1. R. *Melis. M ij. Passul. ℥ i. Conserv. Dianth. ℥ ij.* *Decoctum.*
Fiat decoctio in s. q. aquæ. Hoc decoctum con- *Odorament.*
tinuò bibit. 2. Naribus pro *suffitu Castoreum* *Locale.*
admovit. 3. Item umbilico *idem Castor.* applicavit.

10. Puerpera graviter affligebatur Suffocatione matricis, cum Vomitu, Dyspnœâ, *V. 37.*
Ventris & Dorsi dolore. R. *fol. Sennæ mund.* *Infus. purg.*
℥ ß. Zingib. contus. ʒ j. Benedict. laxat. ʒ iij. Lactis recent. defæcati ℔ i ß. *Factâ simul*

 ebulli-

ebullitione stent per noctem in loco calido. Manè, & vesperi duabus ante cœnam horis, Infusi hujus colati ℥ v. sumpsit, ejusq; operatione rectè & benè revaluit. Potus fuit *Vinum, cui imposuit Pulegium.*

Victus.

V. 49. 11. Quædam anno ætatis 36. graviter torquebatur Uteri suffocatione, Vomitu, Epilepsiâ, & gravibus Symptomatis: in cujus medicatione, quũ multa ego cum Pharmacopolâ Augustano tentarem, nihil tamē conferebant: tandem paucis istis sanam ac salvam eam restituimus. *1. R. Puleg. Melis. an. M iij. Fiat decoctio in Aq. & Vini an. p. æq.* Quibus per linteum expressis foveatur uterus. 2. Post hujus fomenti applicationem apposui umbilico *Stercus suillum calidum, linteo ad manus latitudinem involutum.* Horum fomentorum crebrò applicatorum usu, matrix illicò placabatur & sistebatur ejus motus: Epilepsia etiam, Vomitus & alia Symptomata recedebant. 3. Ubi interea vel minimum Epilepsiæ indicium animadvertebam, *Aquam fl. Tiliæ præbui*, quâ protinus rectiùs habuit. *Vinum bibit, cui imposuit Rosmar. Item Malvaticum jejuna, & ante cibum cum seq. Tragæa sumpsit. R. Spec. Diacinam. ʒ j ß. Dianisu. Diacymin. an ℈ ß. pulv. Meliß. Rosmar. Puleg. an. ℈ ij. Sacch. albi ℥ ij. F. Tragema: quo fuit penitus curata.*

Fotus.

Aq. Tiliæ.

Tragæa.

V. 65. 12. Præfecti quorundam Generosorum Uxor, 50 annorum, graviter cruciabatur Matricis motu, cum Lateris, Cordis, Ventris

Ventris & Ventriculi dolore, aliisque Symptomatis. 1. *R. Nuc. Mosch. ʒiij. fl. Anth. Cinam. el. an. ʒ jß. Sacch. in aqua Cinam. soluti ℥ ij F. Rotulæ pondere ʒ i. vel ℈ ij.* Harum unam ante cibum jejuna sumpsit, vel etiã cibis tritas miscuit. *Rotulæ.*
2. Simul usa est Balneo. *R. Rosmar. Mj. Puleg. Cynogloss. Melis. Mentast Chamom. an. M v. Decoq. in s. q. Aquæ pro Balneo uterino.* Cibis vescebatur *concoctu facilibus, quibus Rosmar. incoquebatur: Vino imponebantur flor. Rosmar. Cynogloss. Meliss.* eoque in potu utebatur. His paucis sed salutiferis statim sanitati restituta est. L. D. *Balneum.* *Victus.*

13. Mulierem 20 annorum, Hystericâ suffocatione, Comitialem morbum per δευτεροπάθειαν suscitante, correptam adjuvare sum conatus, σὺν θεῷ, hoc modo. 1. *R. Aq. Meliss. ℥ v. Ol. Vitrioli gutt. iij. M. f. potus.* 2. Posteà *capacem cucurbitulam*, vulgò ventosam, ad pectinem aptandam suadeo. 3. Regionem uteri hoc fomento munivi. *R. Fimeti fœtid. q. s. Bulliat in s. q. aquæ ad exiguum tempus: pòst intinctum linteum calidè applicetur.* *VI. 77.* *Potio.* *Cucurbit. sine Scarific.* *Fotus.*

14. Rustici Uxor 42 annos nata, delapsa est in gravissimum Uteri Strangulatum, cum Febre, Ructu, Asthmate & Siti. Accersitus talem institui curandi viam. *R. fol. Sennæ ℥ j. Puleg. Meliss. an. P ß. Cinam. ʒ ß. Sacch. candi ℥ ß. M. decoq. lento igne in s. q. aquæ, ad tertias.* Hujus decocti ℥ iiij. bibit manè & vesperi singulis diebus, ad morbi & Symptoma- *VII. 6.* *Purgat.*

Victus. tum relevationem. Potus *erat Vinum pulegiatum.*

VIII. 91. 15. Uxor cujusdam ex Uteri suffocatione incurrebat in crebros Vomitus, Animi deliquia, Spirandi difficultatem & Dolores. Ego præsens hujusmodi curam institui. 1.
Suffitus. Ex accenso *Bitumine Iudaico suffimen* excitabam: quo matrix mox in suum locum de-
Fotus siccus. pulsa est, & Symptomata sedata sunt. 2. *R. Meliss. Puleg. an. M v. F. sacculus*: quo calefacto ute-
Purgat. rus & venter inferior fovebatur. 3. *R. rad. bryon. incis.* ℥ ß. *Vini albi* ℥ v. Ubi simul efferbuerũt, colētur: colaturâ exhibitâ, varia excrevit ore & alvo, ac statim convaluit. Cibi
Victus. erant *calefacientes & humectantes, boniq; succi:* Potus *vinum, cui imposui Rosmar. contusum.*

IX. 10. 16. Vidua 40 annorum, Matricis motu & dolore, Vomitu, Ventris torminibus affecta fuit: quę Ventri & umbilico *Melissam in Aceto*
Melissa. *decoctam* imposuit. Cibis *Melissam incoxit*, & eandem vino, quod bibit, maceravit. Sicq; subitò omnia Symptomata conquievērunt, cum D.L.

IX. 49. 17. Puerpera Uteri suffocatione, cũ Cibi & potus Vomitu graviter tentata fuit: quæ mox nostro usa consilio convaluit: nempe
Victus. *cibis incoxit Rosmarinũ: Vino suo imposuit Melissam cum Rosmar. Vini malvatici parũ bibit ante pastũ.*
Fotus. Duos sacculos cõfecit *ex Puleg. & Menth. sicc. an. M x.* quorũ unum supra ventriculum, alterum supra matricem calidum admovit.

18. Civis

18. Civis cujusdã Uxor, 26 annos nata, passa est cum Uteri suffocatione, crebros Vomitus, Nauseam, Cibi fastidium & Capitis dolorem: Urina apparebat alba, crassa, cum crasso sedimento. Hujus cibus erant *juscula*. Potus decoct. seq. *R. Meliss. Rosmar. an. Mj. Puleg. M ß. Liquir. ras. ℥ ß. Ficuum Num. vj. Passul. ℥ iiij. Cinamom. ʒ j. Coq. in aquæ ℔ viij. ad consumpt. ℔ j. Colaturæ admisce Cons. Dianth. q. s. ad dulcem & suavem potum reddendum.* Hoc decoctum unà cum *fomentationibus ex Meliss. ac Pulegio*, uterum placarunt & Symptomata sedarunt, & ipsa mox sana evasit. X. 40. *Victus.* *Potus.*

19. Uxor Magistri nosocomij cujusdam, 44 annos habens, propter Uteri ascensum, passa fuit Vomitum cibi & potus, Spirandi difficultatem, Præcordiorũ dolorem, Sitim & Inappetentiam. 1. *R. Meliss. Puleg. an. M v. Ment. Miij. Contusa indantur Sacculo ex lino, & incoquant. aquâ*: expressus Sacculus ventriculo & toti ventri admovebatur. 2. Ante cibum capiebat *Mivam Cydonior. aromat.* quâ cum fotu prædicto Vomitus repressus est, & Matrix sedata. Cibis *incoquebatur Cinam. Vino quod bibebat imponebatur Melissa.* His paucis miserè ægrotans citò adjuta fuit. X. 49. *Sacculus.* *Antivomitor.* *Victus.*

MOLA UTERI.

Mulier quędam, se prægnantem esse existimavit: verùm tractu temporis, ex signis Molã & ementitã gestationẽ indicãtibus, *VI. 78.*

innotuit

innotuit cauſa ventris intumeſcentis, mamillarum turgentium &menſium ſuppreſſorum,&c. Itaque ad hanc Molam, & Symptomata ſatis exitialia eam inſequi ſolita
Decoct.purgans. tollenda, *R.Savin.Puleg.fol.Sēnæ,an.Mß.Decoq. flāma imbecilli in ſeri lactis q.ſ.* Manè & veſperi ex hac Infuſione, unâ vice ℥viij ebibit calidé. Poſtridie præter meam ſpem mola eſt expulſa; & fœmina à multis graviſsimis Symptomatis liberata.

PARTUS DIFFICULTAS.

III. 42. 1. Civis quędam parturiens, per tres dies ex partu liberari nō potuit, & fœtū in utero mortuum geſtavit; quarto demū die ad me veniunt, Oleum Heraclij pro deſp[illegible] â petẽtes. Noverât enim, me iſto oleo o[illegible]ibus ſubvenire, in partu difficili, in fœtu [illegible]ortuo geſtato, & in retenta ſecūdina ac menſibus.
Ol.Heracl. Invocato itaq; Deo, *Olei lig.Heracl.gutt.xiij.in umbilicum inſtillare, & ejuſdem gutt.xvij.parturienti deglutiendas propinare juſsi.* Quibus expeditis, fœtus mortuus intra horam, ſalvâ matre, unà cū ſecundinâ expulſus eſt. L.D.

III. 66. 2. Fœmina quædam crebros partûs dolores patiens, toto biduo pàrere non poterat, & ob tātam difficultatem ac anguſtiam
Ol.Succini. fœtus ſtercus emittebat. Ego exhibui *Olei Succini opt.gutt.xxx.cum Vini* ℥ß. Simul *Ol.lig.*
Ol.Heracl. *Heraclij calentis gutt. xx. umbilico impoſui.* Hoc facto, intra mediam horā hæc mulier, alacri

& erecto animo, integrum & incolumem infantem facilè, Dei auxilio, peperit.

3. Quædam in perdifficili & deplorato partu constituta erat. Nam fœtus mortuus neutiquam extorqueri potuit, etiam urgẽtibus doloribus: fortè quia pręeinguis erat. Obstetrix, jussu meo, *Olei Carabin. gutt. xiij. imposuit in umbilicum afflictæ, & totidem guttas, cum vini pauxillo eidem, bis intra horam bibendas dedit.* Hoc facto, mox eâ horâ, per Dei nutum, fœtum peperit, admirantibus omnibus, & collaudantibus Olei Carabini virtutem, quam veluti occultam & peculiarem illi indidit Deus, in omne ævum celebrandus. X. 71. Ol. Succin.

FOETUS IN UTERO MORTUUS.

1. Cujusdam Sutoris Uxor fœtũ in utero mortuum diu gestavit, cujus intestina prominebant in partu. Ego rogatus ab ægrota, ut sibi, in hoc difficilimo & cum vitę discrimine conjuncto partu, opem & auxilium afferrem, *Olei Heraclij gutt. xiij. bibendas dedi, & ejusdem Olei gutt. xv. umbilico imponi jussi.* Hoc facto, intra dimidiam horam, Deo adjuvante, fœtum dudum mortuum ejecit, ipsa incolumis facta. III. 57. Ol. Heracl.

2. Textoris Uxor diu gestabat mortuum in utero fœtũ, non sine vitæ periculo. Huic primò dedi *deglutiendas Ol. Heraclij gutt. xx.* IV. 77. Ol. Heracl.

Deinde

Deinde *totidē guttas umbilico imposui*, & post
Ol. Succin. horam *de Ol. Succini electiss. gutt. xv. exhibui in cochleari Vino pleno.* Quibus, Deo annuente, mox fœtus fuit exclusus, ac ipsa mater salva
Victus. evasit. *Vino quod bibit imposuit Arthemisiam.*
V. 91. 3. Uxor œnopolę cujusdam, lethali partu afficiebatur. Nam infante in utero mortuo, nullos partus dolores habebat, sed dira mors ei ante oculos vagabatur. Ad hanc
Ol. Cathar- advocatus, illicò *inunxi umbilicum Oleo no-*
ticum. *strate Cathartico calido, quinquies intra dimidiam horam:* quo facto sine mora continuos persensit dolores, & intra duas horas fœtus, matre salvâ & incolumi, protrusus fuit, Deo annuente, cui soli sit Honor & Gloria in secula seculorum. Amen.

SECUNDÆ RETENTÆ.

III. 95. 1. In Senatoris cujusdam Uxore, Secundina post partum diu retenta fuit, non sine vitæ periculo. Postquam autem ad me ventum est, ipsam mox, Deo operante, liberavi per hæc pauca secreta remedia. 1.
Ol. purgat. *Olei nostri purgatorij gutt. xiij. umbilico imposui.*
Ol. Succin. 2. *Ol. Succini opt. & clari gutt. xviij. cum Vini cochl. propinavi* in nomine IESU. His peractis, è continenti ejecta est secundina, & mulier à vitæ discrimine liberata & sanata est, L. D.
VII. 15. 2. Ephippiopœi cujusdā Uxor, Secundinas post partum retinuit; & harum exclu-

sione

sione arte procuratâ, Mariscæ seu condylomata tria in uteri cervice oborta sunt, cum ardore & dolore tanto, ut fluxus sanguinis, à partu & editione secundinarum excitatus, magis invalesceret, cum Febre gravi, Delirio, Vigiliis, & Siti inexplebili. Ego ad secundinas citò protrudendum, *Olei mei Cathartici guttas aliquot umbilico infundere, quater in die jubeo, & linteolum tenerum eodem oleo imbutum applicare.* Ol. Catharticum. Hujus olei virtute mox secundina procidit, insequentibus illis suprà enumeratis vitiis & Symptomatis: quæ tamen brevi hac curâ sum amolitus. 1. Cordis fervorem extinguere studui hoc Epithemate levi. Epithema. *R. Aceti fortis, Aquæ, an. ℥ vj Album ovor. Num. iij. Hæc conquassentur invicem ad spumæ generationem: postea immersa linteola pulsibus manuum applicentur* subinde, ad caloris remissionem, qui brevi inde mitigatus est. 2. *R. Ol. Viol. Mandrag. Nenupharin. an. ℥ ß. Nuc. Mosch. ℈ ß. Croci gr. v. Opij gr. iij. Ceræ q. s. M. f. Unguent. quo volæ pedum & utriusque manus, tempora atque pulsus carpi illinantur.* Vng. Hypnot. Ante verò hanc unctionem caput, manus & pedes, manè ac vesperi, laventur hac decoctione. 3. *R. fol. Vitis, Viol. Lactuc. an. Mj. fol. Salic. flor. Viol. Bugloss. Nenuph. an. M ß. cap. Papav. albi Num. iij. Coq. in aquæ mens. iij. ad tertias.* Lotio hypnot. Utriusque hujus medicamenti beneficio somnum blandum repetebat. 4. Mariscas

& ea-

Ol.Sulph. & earum dolorem removi *Oleo Sulph.nostro.*

5. Ad Symptomata & affectus secundinã ejectam consequuta, ex toto profliganda; *Aq.Terr.S.* exhibui πανάκειαν. ℞ *Aq.Terræ S.* ℥ v. His exhaustis in lecto benè contecta sudavit, affatim promanante sudore fœtidissimo. Cibus *Victus.* interea fuit; *juscula gallinarum, aliaq;* εὔχυμα παχέως καὶ ἀθρόως τρέφοντα. Potus, *decoctum Hordei Saccharatum, & Aqua, cum conf. Rosar. Buglos. & Borrag. trajecta, ad satietatem bibenda.* His omnibus perfectam incolumitatem deploratа ægra recuperavit, L.D.

VII. 29. 3. In Ecclesiæ Diaconi Uxore pia & honesta, secundinarum post editum fœtum *Ol.Heracl.* moram sustuli hoc pacto. Propinavi ei *Olei* *Ol.Cathart.* *Heraclij gutt. x. Oleum autem nostrum Catharticum umbilico instillari jussi.*

VIII. 20. 4. Cujusdam Civis Uxor, ob Secundinam à partu retentam, mortiferè ægrotabat: hanc illicò liberavi, imponendo in um-*Ol. Heracl.* bilicum ejus *de Oleo Heraclij ad* ℥ *ij.* quod secundinam solvit & expulit.

VIII. 21. 5. Alia à secundina retenta; simili modò & remedio; per nos mox liberata est.

VIII. 74. 6. Mulieri cuidam, post fœtûs partum, secundina diutiùs in utero, non sine vitæ *Ol.Iuniper.* periculo, relinquebatur. Hæc ex *Ol.lig. Iuniperi gutt. xxx. deglutitis*, mox salubriter prodijt.

GAN-

GANGRÆNA VULVÆ.

Mulier quædam honesta, 28 annos nata, fœtum mortuum peperit, cum tanto conatu & cruciatu, ut Vesica disrupta sit. Inde Gangræna invasit orificium cervicis uteri & vesicæ, ipsumque anum, quæ partes mox emori cœperunt, & continuò harum sequuta est completa mortificatio, Græcis σφάκελος, Latinis Sideratio dicta. Prædictæ partes, quum ipsam inviserem, evaserant prorsus nigræ, molles, putres, intermortuæ, cadaverosæ, & pessimè olentes adeò, ut mihi non fuerit facile, aut etiam possibile, diu tam gravem & molestum odorem perferre. Multi Chirurgi, Medici & Medicæ, clàm ista occulta mala sanare pertentarunt, sed sine omni profectu, imò inde illa magis exarserunt. Ego tandem, omnibus desperantibus, ad secreta ista mala perlustranda secretò admissus, jubeo ægræ fœminæ conduci ministram diligentissimam, industriam & expertem, quæ omnia facienda, quæ mandaturus eram, diligentissimè cum industriâ administraret. Hoc facto, meis monitis ministra primò præcidebat quotidiè, manè & vesperi, partes & carnes corruptas ac emortuas, in cervice uteri ac vesicæ, & in ano. 2. Post præcisionem, affecta loca mundificabat ab intus & extra *Aquâ Calcis*. 3. Mundifica-

IV. 100.

Aqua Calcis.

dificatas & linteolis ſiccatas partes inungebat *Oleo Sulph. noſtro.* 4. Deſuper poſtea applicabat *Emplaſtrum Diaſulph.* Quibus dolor mitigabatur, & partes affectæ ac corruptæ indies conſaneſcebant. Interim ubi ſic operantes, penitiùs introſpiciebamus in uteri & veſicæ cervicem, concernimus veſicam totam fermè corruptam. Quare administra, meo juſſu, veſicam totam corruptam volſellâ extraxit & evulſit. Poſt veſicæ verò exectionem, urina ſemper ſua ſponte effluxit, & uteri orificiũ ac labra externa acriori ſuâ qualitate affecit. Contra hanc mordicationem *ſpongiam magnam, raram & mollem, oleo roſaceo inunctam*, ſupra uteri orificium applicatam, ſemper geſtavit, urinamque in ſpongia collectam ſæpiùs expreſsit, & iterum inunctam apposuit. Atque hoc juvit contra urinæ morſus & eroſiones cutis. Dum iſta curatio Sphacelo adhibetur, ecce inflammatio & maxima apoſtaſis in umbilico exoritur: quam ſtatim *Oleo Sulph* perungebamus, bis in die manè & veſperi. Et deſuper apponebamus *Emplaſtr. Diaſulph.* Ex quibus biduò apoſtema eſt emollitum, ſuppuratum & ruptum, atque ex eo ad libram ferè puris ſæpè effluxit. Tamen 30 dierum ſpatio ulcus hoc perdifficile curatũ & perſanatum à nobis eſt, Oleo prædicto & Emplaſtro. Sed ante Emplaſtri applicationem, *turundis oleo Sulph. illitis* ulceris ſinus explevimus.

Ol. Sulph. *Empl. Diaſulp.* *Ol. Sulph.* *Emp. Diaſul.*

vimus. Isto curationis modo & ordine ita profeci, ut miserrima & ab omnibus derelicta mulier, brevi tempore ad integrã valetudinem, Dei ope & miraculo, ex toto restituta sit. Regi seculorum, immortali, invisibili, soli sapienti Deo honor, gloria, in secula seculorum, Amen. In ista cura aliquoties lavit *in Balneo aquæ chalybeatæ, in qua fol. quercus & stramina pisor. decocta erant*: id quod multum contulit ad ulcerum mundificationem. Cibi interea fuerant, *boni succi & nullo sale conditi*. Potus, *Lac. Amygd. dulcium.* *Balneum.* *Diata.*

LIBER QUARTUS.

DE FEBRIBVS ET Externis Affectibus.

FEBRIS IN GENERE.

1. Experientiâ longâ compertũ habemus, multoq; usu didicimus, omnibus febribus (sanguineis nempe, cholericis, phlegmaticis, melancholicis, tam simplicibus quàm compositis, etiam pestilẽtibus) optimè mederi *Aquam Terræ Sanctæ*: si per tres horas ante singulos paroxysmos bibatur, jejuno stomacho, in lecto ab ℥j. ad ℥vj. pro una vice. Hæc enim arcet & expellit febres vel per sudores, vel per vomitus, vel per alvum, vel per omnes simul vias. Multi ex prima, alij ex seunda, alij ex tertiâ, quidam *IV. 94.* *Aq. Terræ S.*

(quod rarius) ex quarta dosi insumpta liberantur. In plethorâ, sanguinis abundantiâ
Venæsect. & putredine, *sanguinem etiam mittimus ex vena Interiore cubiti dextri:* aliquando *ex utriusq; manûs Cephalica.*

IX. 63. 2. Experientiâ longâ observavimus, in curandis omnibus febribus, & quæ nullis pharmacis & remediis, veluti incurabiles, sedari, solvi & amoveri potuêre, illas mox in omni ætate ac sexu sedatas, solutas & a-
Aq. Terr. S. motas fuisse *per Aquam Terræ sanctæ.*

IX. 68. 3. Experientiâ longâ observavimus, in curandis febribus omnibus, & ijs quidem, quæ nullis pharmacis solvi & tolli potuêre, illas mox & certò solutas sublatasque
Aq. Bened. fuisse *Aq. Bened.*

I. 37. 4. Virgo 20 annorum, Febri diuturnâ &
Hydrot. ad febres expertum. longâ laborabat. *R. flor. Centaur. min. M iß. rad. Asari M j. Decoq. in s.q. aquæ, ut convenit.* Decocti hujus calentis quotidie, in lecto benè contecta, exhausit ℥ vj. & diu multumque sudavit. Hoc hydrotico continuato, in 14. diebus convaluit.

I. 45. 5. Iuvenis annos 19 natus, Febre cum Vomitu vehementer ægrotans, per solum hunc haustulum, Deo favente, sanatus est.
Aq. Bened. *R. Aq. Bened.* ℥ *vj. Aquæ font.* ℥ *ß. M.* Potui dabam
Victus. *Vinum Absynth. & vinum aquâ pauxillâ dilutum.*

VI. 40. 6. Quidam Febre, Asthmate & Anorexiâ
Cons. Bened. affectus erat. *R. Conser. Bened. quantitatem castaneæ.* Post hujus Panaceæ sumptionem, parum

parum vini frigidi bibit. Cujus operatione postridie confirmatam valetudinem deploratus hic consequutus est, L.D.

7. Quidã 16 annorum, Febre, Capitis dolore &c. affligebatur. *R. Conſ. Ben.* ℈ *j. Vini* ℥ *j.* Mixtis ſimul & exhauſtis, hic affatim bilioſam & phlegmaticã materiam ejecit, & ſtatim corpus allevari, ac à febre ejusq; Symptomatis liberari ſenſit. In menſâ bibit *decoctum Hordei, in quo diſſolvebatur Conſ. Roſarum.* VI. 66. Conſ. Bened. Victus.

8. Pro quodam egeno homine 32 annorum febricitante, curatio κατὰ λόγον hæc instituta eſt. *R. Card. Bened. rad. Aſari, an. M j. Infundantur per noctẽ in aquæ* ℔ *iiij. pòſt decoq. lento igne ad tertias.* Hujus decocti, manè jejunus in lecto arctè opertus, bibat ℥ iij. calidé. Accepit hunc potũ ſex ante paroxyſmũ horis, quotidie, & multùm ſudavit, donec febris nullum veſtigium reliquit. Quod quartò & ſeptimò expertus fuit æger, mirifico cum ſucceſſu. VI. 72. Sudorifer.

FEBRIS CONTINUA.

1. Puella quædã, circa ætatis annũ tertiũ, gravia & flebilia corporis vitia paſſa eſt, nẽpe Febrem continuam, Vomitum, Ventris dolorem, Anorexiam, Sitim, &c. 1. *R. Extr. Eſulæ* ℈ *j. Lactis recent.* ℥ *j.* Diluta colataque frigidè ebibit, & hoc rectè purgata ac adjuta eſt, aliis medicamentis irritis. 2. *R. Rutæ domeſticæ M iij. Coq. in Aceto, & ſacculo indita ventri adhibeantur.* His ſoporatus eſt dolor. Potus II. 59. Extr. Eſulæ. Foment. Victus.

erat *aqua saccharata, aut vinum imbecillum dilutum.*

II. 77. 2. Iurisconsultus quidam annorum 35. graviter & cõtinuè febricitare cœpit, Capite doluit, & Appetitum amisit. Cui exhibui sequen. Catapotia manè. ℞. *Mass. Catapotior. Dialoës* ℈ß *Fiant inde pilulæ formâ Ciceris.* Harum usu multa variaque excrevit, sine dolore & molestia, & statim harum mira facultate sanatus est, Deo adjuvante.

Pilul. Dialoës.

II. 80. 3. Civis quidam laminarius, annum agẽs 46. cõtinuè febriebat, ægrè spirabat, cibum fastidiebat, &c. ℞. *Extr. Esulæ* ℈ij. *Vini* ℥ v. *M. & colent.* Hanc potionem bis exhausit frigidè, ac rectè purgatus fuit. Post has potiones catharticas, ex *Interna vena multũ sanguinis ei extractum est.* Ac indies æger optimè cõvaluit.

Extr. Esulæ.

Venæsect.

IX. 27. 4. Iuvenis 19 annorum, graviter & periculosè laborabat Febre continua, cũ Capitis dolore, Inappetentia & Alvi constipatione conjunctâ. ℞. *Aq. font. Vini, an.* ℥ iiij. *Bulliant simul & semel, postea infundantur in Calicem nostrum Chymicum per horæ quadrantem.* Hoc calice salutari, invocato nomine Domini, exhausto, post horam evomuit multa phlegmatica & biliosa, atque alvo etiam consimilia excrevit. Inde statim meliùs habuit, urina melior facta est, ipseque in quatuor diebus sanatus fuit. Victus ratio fuit *humectans, bona.* Potus, *decoctum hordei saccharatum.*

Calix purgat. & vomitor.

Victus.

IX. 56. 5. Quidam 38 annos natus, in Febrem conti-

continuam lapſus eſt, cũ Linguæ inflãmatione & Siti. Urina ejus rubens erat. Hic *decocto Raparũ* ſæpiùs, quoties nimirũ lingua areſcebat, gargariſavit, & poſt gargariſationẽ *butyrum recens ex aqua frigida* ſumpſit: quibus inflãmatio linguę depulſa eſt. *R. Aq. Terræ S.* ℥ *vj.* Hac exhauſtâ, multa variaque ore & alvo rejecit, & febris ſtatim remiſſa eſt, cum omnibus Symptom. atq; urina etiam naturalis reddita. Cibus erat *humectans & refrigerans.* Potus *aqua decoctionis radicum Cichoreæ.* *Gargariſ.* *Butyrum.* *Aq. Terr. S.* *Victus.*

SYNOCHUS.

Virgo 18 annorũ correpta fuit Febre Synocho. *R. Aq. Terræ S.* ℥ *vj.* Hanc ebibens in lecto calidè, multùm ſudavit & multa vitioſa excrevit. (Valet iſta aqua & præſens fert auxilium in omnibus curandis febribus, etiam in peſtilential. Quia peccantem materiam evacuat ſudore, vomitu & ſeceſſu, adhibitâ ſimul *Venæſectione*, ſi ex ſanguine putrefacto oritur febris.) Poſt corporis purgationem, *vena ſecta eſt Baſilica.* Atq; his perpaucis mox indies libera ac ſana evaſit. *IV. 51.* *Aq. Terr. S.* *Venæſect.*

CONTINUA TERTIANA.

Cujuſdam Uxor 25 annos nata, Tertianâ febre continuâ laborabat: Urina rubens erat. 1. *R. Decoct. aperit. cum Rhabar.* ℥ *iij. Syr. roſ. ſol. Mont* ℥ *j. Elect. de ſuc. roſ.* ʒ *v. M. pro potu*: qui rectè multumque expurgavit expurganda. 2. *Venam Internam quoq; aperuit.* Cibo bono uſus eſt: in potu, decocto ſeq. *R. Fragar. Scolop.* *X. 51.* *Purgat.* *Venæſect.* *Victus.*

Victus. *an.M j.Rosar.Violar.an. P j.Liquir.rasæ ℥iij.Passul. ℥ij.Coq.in Aquæ ℔viij. ad consumpt. ℔j.* Et his quidem adhibitis, statim à febre ex toto liberata est.

FEBRIS ARDENS.

I. 24. 1. Fœmina maritata annos 55 nata, Febre ardente cum Capitis dolore &c. correpta Extr.Esul. est. 1. *R. Extr.Esulæ ℈ ij.decoct.Centaur.min.℥iij. M.pro haustu:* qui morbi materiam copiosè eduxit. 2. Altero post purgationem die, ex-Venæsect. orto Sole, *venam Internam cubiti dextri aperuit.* 3. Capitis calor & dolor reliquus levatus est, linteis aquâ seq. imbutis, & frequenter Epithema. fronti applicatis. *R. Aquar.Rosar.Semperv.So-*Victus. *latri & Bursæ past. an. ℥iij.M.* Victus ratio constabat *frigidis & humidis.* Potus autẽ cõtinuus fuit, *decoctum Hord. trajectum per lintea rara, cum conf.Violarum.* Atq; his adversa ægri valetudo indies cómutata est in prosperam.

III. 48. 2. Studiosus adolescẽs 20 annorũ, in Ar-Purgat. dentem febrem incidit. 1. *R.Rhab.el.Agar.opt. an.ʒ ß.rad.Cichor.ʒ i. Rosar.rubr. Violar.an.℈ ii. Decoq.in s.q.aquæ ad ℥ iii.Quibus colatis admiscẽtor Syr.rof.solut. Mont.℥ß. Elect.de succ.ros.ʒv.F. haustus:* quo alvus egessit multa, varia, biliosa & mixta, & statim se rectiùs habere ipse Venæsect. dixit. 2. Post corporis evacuationẽ, *Hepaticã* Victus. *venam aperuit.* Potus erat *aqua saccharata per Man.Christ.perlat.* Et his statim cõsanescebat.

VI. 35. 3. Quędã 26 annorũ, Febre ardente, Matricis suffocatione, Spasmo & Lumborũ dolore

lore affecta fuit. R. *Conf. Bened. quant. castaneæ, decocti Puleg. ℥ ii. M. f haustus*: quo epoto, & ἐνέργειαν suam per varias excretionum vias exercente, tandem sana evasit, nullis aliis pharmacis usa, sed solâ diætâ. Conf. Bened.

4. Quadragenarius quidam pauper, Ardente febre, cum Symptomatis solitis correptus fuit, Urinâ apparente rubeâ. 1. R. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. rad. Asari pulv* ℈ *ij M. pro haustu*: hoc calidè assumpto in lecto, sudavit multùm, vomuitq; nonnulla biliosa. 2. Sequenti die *Basilicam venã in dextro cubito aperuit, & copiosè sanguinem misit.* Cibi dabantur *juscula, aliaq; paratu & coctu facilia.* Potus *aqua decoctionis Fragariæ.* His mox misero subventum est IX. 55. Sudorifer. vanitor. Venæsect. Victus.

5. Cujusdam uxor, ætatis suæ anno 20. Febrem ardentem lethiferam passa est. Hæc paupercula mox liberata est, per Catapotia hæc vilia & emptu facilia. *R. Pilul. sine quib. Aurear. an.* ℈ *ij. Troch. de Agar* ℈ ß. *Cum Syr. rof. solut. fiant pilul. 9.* Quarum operatio fuit bona & salutaris. Cibus erat *paratu & coctu facilis.* Potus *decoctum rad. Cichoreæ.* IX. 69. Pilul. Victus.

6. Vir 30 annorum circiter, Ardente febre extorrescebat, preterea ἀγρυπνίᾳ pertinaci, Linguæ ariditate, Spiritûs difficultate, Cibi fastidio, Siti vehementi affligebatur: eratq; ab omnibus desperatus. Urina fuit rufa, turbida, spumosa, mortifera. 1. R. *Decoct. aper. cum Rhab.* ℥ *iij. Syr. rof. solut.* ℥ *ij. Syr. de Rhab.* X. 46. Purgat.

 solut.

solut. ℥i.*M.pro haustu*: quo alvus multa biliosa & varia egessit, & febris declinavit, urinaque cœpit naturalis apparere. 2. Sequenti

Venæsect. post evacuationē die, *venam Basil.pertudit & multū etiam evacuavit.* Cibus erat *liquidus, sorbi-*

Victus. *lis, humectans.* Potus *aqua cum Iulepo violato mista.* His in nomine Jesu administratis, prҫter omniū opinionē sanitati restitutus est, L.D.

X. 58. 7. Mulier uterum ferens, Febre ardente gravi, cum insomnio, Anorexiâ, Siti, &c. jactabatur.

Lambitiv. 1. *Lambebat crebrò Syr. Acet. Citri.* 2. ℞.

Vng. somnif. *Vng.de Alabast.* ℥ß. *Opij gr.iij.M.* Hoc, ad removendum pervigilium, tempora inungebantur.

Venæsect. Unà cum his, *venam Internam aperuit, & ad* ℥ *ij.sanguinis misit.* Cum cibo *humectante* usa

Victus. est, loco potûs, *decocto seq* ℞. *Ros. Viol.an. P ij. Pass.* ℥ *ij.Sacch.candi* ℥ *j Decoq.in aq.* ℔ *viij.ad consumpt.* ℔ *j fiatq́ decoctū.* Atq; his præsidiis febris ex toto, cum Sympt. depulsa est, L.D.

X. 62. 8. Vir 36 annorum, Febre ardente gra-

Pilul. vissimâ detinebatur. ℞. *Pilul. Sine quib. Aureat. an.* ℈ *ij. Diagrid.gr.v. Cum Syr.ros.solut.fiant pilul. 8.* quibus multa biliosa egessit. Post alvi ege-

Venæsect. stionem, *ex vena Hepatica multus sanguis detractus fuit.* Potus, cum cibo *humectante & refri-*

Victus. *gerante, erat decoct. Hordei Saccharatum.* Et per ista remedia statim decessit febris.

X. 63 9. Quidam 26 annorum, Febrem ardentem habebat, Capitis dolore & Alvi fluore

Venæsect. comitatam. Huic 1. *Vena mediana secta est, & multus sanguis detractus.* 2. Epithema tempo-

rib.

rib.& fronti applicatum seq. ℞ *Aquar. Rosar.* **Epithema.**
Solatr. Semperv. Burs. past. an. ℥ *iij. Camphor. tritæ*
ʒ*jß. M. & simul agitentur.* Victus ratio erat *hu-* **Victus.**
mectans & refrigerans. Potus, decoctum, quod
℞. *Cichor. cum rad Fragar. an. M j. Paßul.* ℥ *j. Coq in*
aquæ ℔ *viij. ad consumptionem* ℔ *j.* Colatum bi-
bit q.v. His in paucis diebus à febre & sym-
ptom. liberatus fuit.

10. Vidua 64 annorum, ardentissimâ **X. 76.**
febre correpta est, quam comitabantur Icte-
ritia, Anhelatio, Tussis, Inappetentia, Sitis,
&c. Urina erat spumosa, confusa, fœtida, le-
thalis. ℞. *Extr. Esulæ* ʒ*j. Aq. font.* ℥ *vij. M. pro hau-* **Extr. Esulæ.**
stu. quem colatum frigidè bibit, ex eoq; rectè
& copiosè purgata tam ore quàm alvo, in-
dies meliùs habuit, atq; brevi omninò sana
evasit. Diæta fuit *humectans & refrigerans.* Po- **Victus.**
tus, *Aqua dulcorata Man. Christ.*

TERTIANA INTERMITTENS.

1. Mulier sexagenaria, Febre tertianâ cũ **II. 22.**
Linguæ ardore laborabat. *1.* ℞. *Aq Bened. Aq* **Aq. Bened.**
font. an. ℥ *j. M. f. potio*: quam 6 horis ante pa-
roxysmum exhausit frigidè, multaq; biliosa
ore & alvo reddidit, & confestim à febre li-
bera evasit, linguæ inflammatione remissi-
ore factâ. 2. Utebatur sæpiùs hoc gargarism.
℞. *Semperv. M j. Aceti* ℥ *iiij. Aq. font.* ℔ *jß. M. fiat* **Gargarism.**
decoctio ad tertias. Hoc penitùs inflamma-
tio repressa est. 3. Post gargarisationem. *Syr.* **Syr. Viol.**
violatum simp. lingendo aßumebat, qui calorem
quoq;

quoq; valdè compescuit. 4. Altero post pur-
Venæsect. gationem die, *sanguis è Basilica vena ad ℥ vj. emissus est*. Sicq; hac sang. missione curationi colophonem felicissimè adddidi.

I. 97. 2. Præfectus quidam 37 annorum, incidit in Febrem tertianam. *℞. decoct. Card. bene.*
Extr. Esulæ. *℥ iij. Extr. Esulæ ℈ ij. M. pro haustu:* quo multa biliosa, phlegmate permixta egessit. 2. Per sequentes 9 dies, in aurora, & longè ante paroxysmũ, accepit decocti seq. ℥ vj. calidè, & in lecto stragulis benè contectus, sudores
Sudorifer. graveolentes & acres emisit. *℞. flor. Cent. min. Decoq. in aq. q. s. ad dimidium.* Per hoc penitus remisit febris, sanusq; æger decẽ dieb. evasit.

I. 100. 3. Vir nobilitate & militari industriâ clarùs, anno ætatis 40. Febre tertianâ correptus fuit, quem vocatus sequent. curavi. Primò, à longè remisso paroxysmo & calore febri-
Venæsect. li, *Hepaticam venam aperui, ac sanguinem biliosum multum, phlegmate putrescenti permixtũ, extraxi*: pòst rectiùs habuit. 2. Sequentibus diebus, per 6 horas ante paroxysmum, jejunus
Aqua pyretagoga. assumebat aquam hanc frigidè. *℞. Aq. fontanæ ℥ vj. Ol. Vitr. rectif. gut. vj. vel v. M. optimè, & f. potio acetosa, quæ dentes non inficiat stupore.* Hujus potûs efficaciâ, primâ sumptione, ex toto febris arcebatur, nec unquam postea reversa est. Nihilominus tamẽ, per sequentes tres dies febri dicatos, *aqua* ista dabatur ante accessionem, ut dictum. Potus decoctum seq.
Victus. fuit. *℞. Cichor. cum rad. M ij. Ros. Viol. an. P ij. Coq. in aquæ*

in aquæ q.s.ad tertias. Apozema hoc trajiciatur per rarum linteum, cum Conf.rosar. q.s. & f. potio, in mensa, & aliâs ad sitim sedandam bibenda.

4. Professor quidam perdoctus & diligens, quum ageret annum circiter 29. Tertianâ febre detinebatur. Nam rigor & calor tertio quoq; die invadebat universum corpus, cum siti, Cibi fastidio, capitis dolore, urinâ flãmeâ & malèolente. 1. *R. Aq. Bened. Aq. font. an. ℥ j.* Commixtas has frigidè exhausit, & tam suprà quam infrà, rectè multumque purgatus fuit. Exhibebatur autẽ hęc potio longè ante paroxysmum, nimirum per horas 7. 2. Sequenti die *ex dextri lateris Basilicâ venâ ℥ x. sanguinis extractæ fuēre.* Per hæc remedia febris accessio ex toto, auxiliante Deo, recessit, nec inposterum recurrit. 3. Interea supra pulsus manuum applicabam *Epithema* seq. per 8 dies: quod interdiu gestabat, noctu verò removebat. *R. Rutæ, Salv. Burs. past. an. M j. Conterantur cum Aceto rosac. in formã pultis.* Cibus dabatur *refrigerans & humectans, raro autem & parcé.* Potui verò, quoties urgebat sitis, ad satietatem usq; seq. decoct. *R. Cichor. M iij. rad. Cichor. ℥ iij. Glycyr. ras. ℥ ß. Passul. Corinth. ℥ iij. Decoq. in s. q. aquæ ad tertias.* Et sic per Dei gratiam febre solutâ convaluit.

II. 94. *Aq. Bened.* *Venæsect.* *Epithema.* *Victus.*

5. Vir 36 annorum, à Tertianâ febre seq. remediis mox liberatus est. 1. *R. Aq. Bened. Aq. Centaur. min. an. ℥ j. Syr. acetos. citri ℥ ß. M. pro potiuncula:* quæ vomitu & secessu peccantem

III. 20. *Aq. Bened.*

Venæsect. materiã evacuavit copiosè. 2. Purgato corpore, sequenti die *secuit venam Basilicam.* Victûs ratio erat, *refrigerans & humectans. Cibi copia parcior.* Bibebat *decoct. rad. Cichor. Sacchar.*
Victus.

III. 70. 6. Civis Uxor 50 annorum, Tertianâ *Aq. Terr. S.* febre correpta fuit. *R. Aq. Terræ S.* ℥ *vj.* His calidè epotis, sex horis ante paroxysmum, in lecto benè contecta sudavit, vomuit, alvoq; egessit biliosa & pituitosa permulta. Et post istas evacuationes confestim remisit febris, *Victus.* nec ampliùs rediit. Potus erat *decoct. rad. Cich.*

IV. 75. 7. Ecclesiæ Diaconus, Febre tertianâ la- *Vomitorium* borabat. *R. Vini* ℥ *viij. infundantur in poculum* *lene & suave.* *nostrum Chymicum, stentq; per noctem.* Manè ebibit frigidè, ante paroxysmum: quo leniter irritati sunt vomitus biliosi & pituitosi multi. Atq; statim eo die reliquit ipsum febris, nec postmodum recip ocavit.

V. 89. 8. Filia 19 annorum, Tertianam febrem *Sudorifer.* passa est. *R. fl. Centaur. min. M iij. Decoqu. lento igne in s. q. aquæ ad dimidium.* Hujus decocti sumpsit manè in lecto, per 6 horas ante paroxysmum, ad ℥ v. calidè, ac bene cooperta diu multumq; sudavit: & per aliquot dies hoc sudoriferum continuans, integrè liberata est, sine Venæsectione. Potus ejus ordi- *Victus.* narius in mensa fuit, *aqua decoct. Cich. cũ rad.*

V. 40. 9. Vir quidam 42 annorum, unà cum filio 22 annos nato, Tertianâ febre correpti fuerunt, Tussi comitatâ. Hos mox liberavi *Aq. Bened.* sequent. Patri exhibui *Aq. Bened. nostræ* ℥ iß. filio

filio verò ℥j. Per hanc rectè ore & alvo evacuati fuerunt. Pòst altero die *Hepaticam dextrã in utroq; brachio aperui.* Potus eis fuit *Aqua decoctionis Cichor. cum radic.* Atq; his paucis uterq; mox sanus evasit. *Venæsect.* *Victus.*

10. Senex septuagenarius Febre tertianâ, Ictero & Asthmate comitatâ, laboravit. *V. 42.* ℞. *Extr. Esulæ* ʒ j. *Seri lactis capr.* ℥ v. *M. pro haustu*: quem sumebat per 3 continuos dies, manè, eoque multa biliosa & varia egessit. *Extr. Esulæ.* Post istam vacuationem, è *venâ Basilicâ sectâ sanguinis parum emissum*: quo febris & omnia alia remiserunt. Potui dabatur *decoctum Fragar. saccharatum.* *Venæsect.* *Victus.*

11. Socer meus Senator, &c. Febre tertianâ affectus, ad hanc pellendam, post variarum medicinarum usum, etiam *Acidularum potu & balneo* uti cœpit: Sed nec medicamentis, neq; acido fonte febrem emendare poterat, quin imò Colicos dolores vehementes contraxit: hos cùm nulla remedia mitigare possent, ego advocatus tandẽ veluti ad deploratum, Deo invocato, & Colicam & febrem unâ nocte, sequenti solo haustu evulsi. *V. 47.* ℞. *Diacathol.* ʒ ij. *Elect. de succ. ros.* ʒ j. *Extr. Esulæ* ℈ j. *Aq. Cinam.* ʒ ij. *Vini boni* ℥ ij. *M. f. haustus*: quo rectè & plurimùm purgatus, deinceps aquæ acidæ usum, tàm potu quàm Balneo, facilè & salubriter ad præscriptum terminum ferre potuit. Et inde ex toto sanus & robustus per Dei gratiã evasit. *Purgat.*

12. Qui-

V. 48. 12. Quidam 22 annos natus, Febre ter-
Purgat. tianâ affligebatur. 1. *R. pulv. Sennæ laxat. Rhabar. opt. an. ʒ j. Infundantur seorsim in aquæ Endiv. ℥ iij ß. per 10 horas, posteà fortiter exprimantur: Colaturæ adde Syr. rosar. sol. Mont. ℥ j. M. pro haustu*: quo æger septies excrevit varia. 2. Postero die, horis quinque ante paroxysmũ
Vomitor. sudorifer. sumpsit seq. *R. pulv. rad. Asari ℈ ij. decoct. Centaur. min. ℥ v. M.* Hanc potionem calidè hausit in lecto, manè, & dum benè contectus sudare conabatur, vomitiones multę biliosæ & pituitosæ sudorem pręvenerunt. Atq; ex eo die febris illum penitus reliquit, nec
Victus. pòst redijt. Cibus *juscula erant*. Potus, *aqua Saccharata cum cons. Cichoreæ*.

V. 54. 13. Civis quidam 24 annorum, Febre
Sudorifer. tertianâ laborabat. 1. *R. Centaur. min. M ij. rad. Asari ℥ j. Decoq. in aquæ ℔ v. ad dimid.* Hujus decocti ℥ v. manè exhibebantur calidè, per quatuor dies, & in lecto contectus multùm patiens desudabat. Sumpsit autem hoc Sudoriferum tempore quietis, & longè etiam ante paroxysmum, nempe per 3, 4 aut 5 horas ante accessionem. 2. Quinto post suda-
Aq. Bened. tiones die, dedi seq. *R. Aq Bened. Aq. Card. ben. an. ℥ j. Syr. acetos. citri ʒ iij. M. pro potu*: quo per os & alvum rectè multumq; vacuatus, à febre omninò citra Venæsectionem liberatus
Victus. est. Cibus erat *humectans & concoctu facilis*. Potus, *decoctum Hordei Saccharatum*.

V. 55. 14. Civis alius 32 annorũ, itidem Ter-
tianâ

tianâ febre affligebatur. 1. R. *Aq. Bened. nostr. Aq. Card. Mar. an.* ℥j. *Syr. acetos. citri* ʒiij. *M. pro potu*: quo per vomitum & secessum benè rectèq; fuit evacuatus. 2. Post purgationem, dedi per 5. dies manè in lecto manenti, & jejuno existenti, *Decocti Centaur. min.* ℥vj. quibus calidè longè ante paroxysmum sumptis multùm desudavit, ac febrem ex toto, sine Venæsectione, exturbavit. Potus in mensa erat *decoct. Cichoreæ saccharatum.* *Aq. Bened.* *Sudorifer.* *Victus.*

15. Alius civis, vir 30. annorum, à Febre tertiana purgatione & sudationibus penitùs liberatus est sic. *R. Decoct. aperit. cum Rhabar.* ℥ iiij. *Diaphœn.* ʒ vj. *M. f. haustus*: quem manè ebibit, eoque rectè ac multùm evacuatus fuit. Pòst sudavit in lecto, per 5. dies, *ex decocti Centaur. min.* ℥ vj. *calidè epotis.* *V. 75.* *Purgans.* *Sudorif.*

16. Vir 56. annorum à Tertiana febre intra paucos dies curatus per me est seq. 1. *R. Diaphœn.* ℥ß. *Elect. de succ. ros.* ʒ iij. *Syr. ros. solut.* ℥ß. *Decoct. aperit,* ℥ iiij. *M. pro haustu*: quo ritè purgatus fuit. 2. Sequentibus 5. diebus, sudavit manè in lecto, bibendo *ex Centaur. minor. decocto* ℥ vj. *calidè.* Durante curatione usus est *Decoct. Cichoreæ potu.* *V. 81.* *Purgans.* *Sudorif.* *Victus.*

17. Capitaneus quidam 39. annos natus, Febre tertianâ laborans, protinus restitutus est, solâ *Aq. Centaur. minor.* ℔ ß. quam in tribus vicibus sumpsit manè, quinq; aut 6. horis ante paroxysmum, & multis horis in lecto valdè sudavit. *VI. 6.* *Sudorifer.*

VI. 11. 18. Adolescés 16 annorũ, Febre tertianâ correptus fuit. 1. R. *Aq. Centaur. min.* ℥ v. *rad. Asari pulveris.* ℈ j. *M. f. haustus*: quo calidè in-
Sudorifer. sumpto ante paroxysmũ 7. horis, sudavit in lecto, & vomuit, cũ febris magno levamine. 2. Supra carpum utriusq; manus appli-
Epithema. cari curavi sequens *Epithema*; quo, per διασολῆς Cordis motũ, calor noster mirificè refocillatur, & paulatim ad suam naturalem κρᾶσιν, febrili calore extincto, reducitur.) *R. Burs. past. Rutæ, Salv. an. P. j. Contund. cum Aceto albo vel rosac. forti, in formam pultis.* Potus
Victus. erat *decoctum Hordei*, in febribus propulsandis, & earundem Symptomatis mitigãdis, in primis ad caloris ferociam demulcendã, admodum efficax. *R. Hord. mundi.* ℔ ß. *Liquir. ras.* ℥ ß. *Sem. fœnic. Petrosel. an.* ʒ j ß. *Hysop. Card. bened. Scolopen. Ros. rubr. Violar. an. M ß. Ficuum Num. xiij. Decoqu. lento igne in Aq. font.* ℔ *xiij. ad consumpt.* ℔ *j. f. decoctio.* Atque hæc erant, quibus, Laus Deo, febris hæcce feliciter restincta est.

VI. 63. 19. Quidam 19 annorum, Febre tertianâ cum suis Symptomatis oppressus,
Cons. Bened. sumpsit. *Cons. Bened.* ʒ. ß. *in Aquæ simpl.* ℥ *iij.* & ore ac alvo multa vitiosa egessit: atq; postridie à Febre & Symptomatibus liberatus est.

VII. 9. 20. Vir quidam Tertianâ afflictus, in pristinum sanitatis statum restitutus à me
Sudorifer. sic est. *R. Centaur. min. M. iij. rad. Asari* ℥ ß. *Decoqu.*

coqu. in s. q. aquæ ad tertias. De hoc decocto pro una vice ℥v. bibit, & sudavit, ad morbi usque levamen.

21. Studiosus adolescens 19 annorũ alumnus, lapsus est in Febrem tertianam. *R. Aq. Card. bened.* ℥*v. rad. Asari pulv.* ʒ ß. *M. pro haustu*: quem manè in lecto calidè exhauriens, multùm sudavit & vomuit, febre ex toto recedente. Potus fuit *Cerevisia bona & clara*. Cibus *paucus & facilis coctu*. *VIII. 97.* *Sudorifer.* *Victur.*

22. Civis tenuis vitæ uxor quinquagenaria, miserè affligebatur Febre tertianâ, cũ Asthmate & Tussi. Urina ejus erat spumosa & rubens. 1. *R. Elect. Diaphœn.* ʒ*vij. Cum jusculo pisorum f. haustus*: quo rectissimè purgata fuit. 2. Purgatione peractâ *vena Mediana incisa fuit*. Cibos sumpsit *paratu faciles, ut jusculæ*. Pro potu bibebat *decoctum Cichoreæ saccharatum*. *X. 21.* *Purgator.* *Venæsect.* *Victus.*

23. Vir quadragenarius Tertianâ febre, cum Dyspnœâ & Oris amaritudine, tenebatur. Lotium erat spumosum & rubrũ. Hic quatriduo liberatus est sic. 1. *R. Decoct. Centaur. min.* ℥*vj. pulv. rad. Asari* ℈*ij. M. pro potu*: quem septem horis ante paroxysmum calidè ebibit, indè in lecto multùm sudavit, multumque vomuit: quo facto febris illicò intermitere cœpit. 2. Sequenti post evacuationem die, *venam Hepaticam in dextro cubito, cum magno fructu aperuit*. Cibi fuerunt *humectantes*. Potus, *aqua decoctio-* *X. 44.* *Sudorifer.* *vomitor.* *Venæsect.* *Victus.*

nis Fragar. & radic. Cichoreæ.

X. 69. 24. Laminarius quidam 50. annos natus, Febrem tertianam nactus est. Huic in principio rigoris exhibui *Vini sublimati nostri* ℥j. & post horam vomitiones & dejectiones multas biliosas & pituitosas habuit, atque febris paroxysmus è vestigio remisit ex toto. 2. Nihilominùs sequenti die, *Venæ Hepaticæ sectio administranda fuit*: quâ felicissimè cura completa est.

Vinum sublim. pantonosagog.

Venæ sect.

TERTIANA SPURIA.

I. 8. 1. Præpositi cujusdam Cœnobij Uxor, anno ętatis 36. correpta est Febre tertianâ spuriâ, cum Capitis dolore, Dyspnœâ, Appetitus prostratione, Siti, & alijs Symptomatibus conjunctâ: quam statim ab his malis hac unicâ potione liberavi. *R. Aq. Bened.* ℥j. *Aq. font.* ℥ ß. *Aq. Cinam.* ʒj. *M. f. potus*: quo per os & alvum rectè evacuata fuit.

Aq. Bened.

II. 36. 2. Vir 46. annorum, Febre tertianâ spuriâ detinebatur, cum Capitis dolore, & uriâ crudâ. Hunc paucis diebus curavi sequent. Primò aperui *venam Hepaticam, & sanguinis* ℥ *x. extraxi.* 2. Tertio die post sectionem, manè sudavit in lecto, ex decocti seq. ℥ viij. calidè exhaustis. *R. summit. Centaur. min. M. iij. Decoqu. in aqua font. q. s. ad mediam.* Usus est hoc decocto per 9. dies. In mensa bibit *Vinum multâ aquâ dilutum.*

Venæ sect.

Sudorifer.

Victus.

3. Iesuita

3. Iesuita 29. annorum, ex Tertianâ febre spuriâ decubuit: Lotium ejus erat crudum: Accessio ad 30. horas durabat; reliqua omnia Accidentia mitia erant. *1. R. Aq. Card. bened.* ℥ *v. Conf. Bened.* ℈ *ij ß.* Mixta, linteoque raro trajecta manè ebibit, & sex copiosas sedes habuit cholericas & phlegmaticas. 2. Tertio die post purgationem, *è Iecorariâ venâ incisâ, Sanguinis* ℥ *x. emissæ sunt.* 3. Cùm per hæc remedia febris decresceret, non autem omninò aboleretur, paravi seq. decoct. *R. Card. bened. M ij rad. Asari incis.* ℥ *j. Decoq. in aquæ q. s ad dimidiam.* Hujus decocti ℥ iij. calidè in lecto sumpsit manè, & benè contectus sudavit, quamdiu ferre potuit. Continuavit sudationes per 8. dies, intra quos febris cum suis comitibus penitùs discessit. Victus ratio erat *humectans, parùm calefaciens, incidens, abstergens: cibus exhibebatur inprimis quietis tempore.* II. 51. *Conf. Bened.* *Venæ sectio.* *Sudorifer.* *Victus.*

4. Studiosus 21. annos natus, Febre tertianâ correptus est. Urina ejus cruda erat: Caput grave & dolens: rigor verò, calor, & alia accidentia mitiora fuerant. Victus huic exhibebatur temperatè *humectans, infrigidans & calefaciens.* Potus verò loco dabatur decoct. seq. *R. Fragar. M. iij. Vvarũ passar.* ℥ *iij. Cinamomi momentum: Decoqu. in s. q. aquæ font. ad tertias.* Post quartum paroxysmum *incidit Iecorariam venam*: quæ sanguinis missio multùm profuit. A' venæ sectione suda- II. 69. *Victus.* *Venæ sect.*

Sudorifer. vit ex seq. decocto. *R. fol. Card. bened. M iij. rad. Asari ℥ jß. Aquæ & Vini an. ℔ iij ß. Coqu. ad dimidiam.* Hujus ℥ *viij.* longè ante paroxysmũ calidè exhausit, & in lecto stragulis coopertus sudavit diu multumq;. Cùm per 7. dies sudationes continuasset, reliquit ipsum omnino febris, nec postmodum reversa est.

III. 47. 5. Iuvenis Studiosus alius, circa ætatis annum 20. Tertianâ laborabat non exquisitâ, sed spuriâ. 1. *R. Decoct. aperit. maj. cum Rhabar.* ℥ *ij ß Syr. de Cichor. cum Rhab.* ℥ *ß. Diaphœn. Elect. de succ. rosar. an.* ʒ *iij. M. pro haustu:* quo rectè & copiosè evacuatus fuit. 2. Purgato corpore *Basilicam venam aperuit.* Cibus dabatur *liquidus & facilis digestionis.* Potus erat decoct. seq. *R. Cichor. M j ß. Fragar. M j. Rosar. Viol. an. P j. Passul.* ℥ *ij. Sacc. candi* ℥ *j ß. Decoqu. simul in aquæ* ℔ *xvj. ad consumpt.* ℔ *ij. pòst colentur.* Atque ex his paucis benè habuit, & à febre statim liberatus fuit.

Purgator.
Venæsect.
Victus.

IV. 13. 6. Civis sexagenarius, Febre tertianâ nothâ afficiebatur. 1. *R. Aq. font.* ℥ *v. Extr. Esulæ* ʒ *j. M. & Colent. pro haustu:* quo rectè & plurimùm fuit evacuatus. 2. Tertio die, post evacuationem, aperuit *Hepaticam dextri cubiti.* Potus fuit *decoctum Passular.* Atq; sic statim sanus factus est.

Extr. Esul.
Venæ sect.
Diæta.

VI. 64. 7. Studiosus adolescens 18 annorum, Tertianâ nothâ affligebatur. *R. Aquæ font.* ℥ *iij. Cons. Bened.* ℈ *j.* Mixtis his & epotis, probè per vomitum & secessum purgatus est.

Cons. Bened.

Tertio

Tertio die eundem repetivit haustum, ac deinceps perfectè convaluit.

8. Senex 80 annorum Tertianâ febre spuriâ gravissimè tenebatur, quam comitabantur Linguę inflāmatio, Sitis, aliaque mala Symptomata. Urina ejus erat rubens & spumosa. 1. Corpus purgavi. *R. decoct. Sennæ ℥ ijß. Syr. ros. solut. ℥ iij. M. pro haustu*: quo totum corpus à biliosis & phlegmaticis humoribus rectè multumque evacuatum fuit, & meliùs inde habuit. 2. Corpore expurgato, *vena Hepatica in dextro cubito aperta est*: & quia sanguis extractus purulentus apparebat, *sequenti die sinistram Medianam incidi jussi*, quod multùm profuit. 3. Interim linguæ ardori sic occursum est. Gargarisabat crebrò, potissimùm quoties lingua arescebat, cum *aqua decoctionis Raparum tepente*: & post gargarisationem, lambebat semper, & deglutiebat nonnihil de Linctu in Append. descripto. Cibi erant *juscula, aliaq; humectantia, ac modicè refrigerantia*. Pro potu usus est *decocto hoc. R. Hord. mundi ℥ iij. Cichor. M j. rad. Cichor. ℥ iij. Rof. Violar. an. P j. Liquir. rasæ ℥ iij. Ficuum Num. iij. Passul. Sacch. candi, an. ℥ ij. M. & coqu. in aquæ ℔ xvj. ad consumpt. ℔ ij. pro decocto colando & bibendo frigidè, quantum sitis appetit*. Atque horum usu, senem hunc longævum & febris reliquit & symptomata.

VIII. 6. *Purgat.* *Venæsect.* *Gargarism.* *Linctus.* *Victus.* *IX. 22.*

9. Mulier septuagenaria Febre tertianâ

Sudorifer. spuriâ detenta fuit. *R. fl. Centaur. min. M. i. rad. Asari ℥ i. Decoqu. in aq. font.* ℔ *vi. ad quartæ partis consumpt.* Ex hoc decocto, capiebat quotidie manè in lecto ℥ vi. calidè, & benè contecta sudavit diu. Atque hac sudandi ratione,
Victus. à febre citò liberata fuit. In mensa bibit *aquã decoctionis radic. Cichoreæ.*

IX. 26. 10. Vir 30 annorum, passus est Tertia-
Purgat. nam notham, cum Icteritia &c. 1. *R. Decoct. aperit. mai. cum Rhab.* ℥ *iij. Elect. de succ. ros.* ʒ *vi. aq. Cinam.* ℥ *i. M. pro haustu*: quo biliosa permulta excrevit, meliusque habuit. 2. Tertio
Venæsect. post purgationem die, *venam incidit Hepaticam, multumq; sanguinis emisit.* Victus ratio
Victus. erat *refrigerans & humectans.* Potus decoctũ, quod *R. Fragar. Cichor. an. M i. rad. Cichor. Passular. an.* ℥ *ij. M. & Coqu. in aquæ* ℔ *viij. usq; ad* ℔ *i. consumpt.* His ita administratis liber evasit à febre, ictero, alijsque Symptomatis, cum L. D. O. M.

IX. 29. 11. Vir 36 annorum, Tertianâ spuriâ
Pilul. correptus fuit. *R. mass. pilul. Aurear.* ℈ *ij. Sine quib.* ℈ *i. Diagrid. gr. v. Cum Syr. ros. solut. parentur pilul. 9. quas involutas Cinamomo*, manè devoravit, & rectè purgatus fuit. Tertio post
Venæ sect. pilularum assumptionem die, *secuit Hepaticam in dextro cubito.* Cibi *pauci admittebantur*
Victus. *& εὔπεπτοι.* Potus, *aqua decoctionis rad. Cichoreæ.* Atque his, in paucis diebus liber evasit.

IX. 38. 12. Nobilis Studiosus, anno ætatis 17. cum Febre tertianâ nothâ luctabatur: ejus

urina

urina erat ſpumoſa. Huic propinata ſeq. potio. *R. Aquar. Cichor.* ℥ ij. *Endiv.* ℥ i. *Syr. roſ. ſolut.* ℥ ij. *Syr. viol. ſol.* ℥ ß. *M. pro hauſtu*: cujus uſu & operatione, febris ex toto intermiſit. Cibi dabantur *humectantes*, εὔπεπτοι. Potus *decoctum radic. Cichoreæ*. *Purgat.* *Victus.*

13. Studioſus 18. annos natus, Febrem tertianam ſpuriam perpeſſus eſt. 1. *R. Decoct. aperit. cum Rhabar.* ℥ ij. *Syr. roſ. ſolut.* ℥ ß. *El. de ſucc. roſ. Diaphœn. an.* ʒ ij. *M. pro hauſtu*: ex quo epoto meliuſculè habuit: ſed febris remanſit, mitior tamen facta. 2. Quare pro ea penitùs amovenda, *R. ſummit. Centaur. min. M. iij. Aquæ* ℔ *viij. ſ. Decoct. ſ. a. ad dimidium.* Hujus ℥ v. ſingulis manè in lecto bibit, per quinq; dies, & ſudavit: ſicque multâ ſudatione febris ex toto remiſſa eſt. Cibi fuerunt *faciles concoctu*. Potus *decoctum Hordei ſaccharatum*. *IX. 88.* *Purgat.* *Sudorifer.* *Victus.*

TERTIANA DUPLEX.

1. Magiſter quidam Artium, vir 30. annorum, Febre tertianâ duplici, pòſt ſimplici factâ laboravit. 1. *R. Extr. Eſulæ* ʒ i. *Aq. Card. bened.* ℥ v. *M.* Colaturam manè bibit, quâ rectè multumque evacuatus fuit. 2. Poſt corporis & alvi exinanitionem, *ex venâ Hepaticâ copioſè ſanguinem miſit.* 3. Cùm febris contumax ipſum nondum dimitteret, ſeq. decoctum ordinavi. *R. Card. bened. M ij. rad. Aſari inciſar.* ℥ i ß. *Decoqu. in aquæ* ℔ *vij. ad di-* *III. 40.* *Extr. Eſulæ.* *Venæſect.* *Sudorifer.*

midiam. Ex hujus decocti ℥ *vj.* vel *vij.* horis ante paroxysmum 4 aut 5. exhaustis, sudavit in lecto benè coopertus: idq; per 7 dies continuavit. Sicq; ad integram sanitatem *Victus.* à febre liberatus pervenit. Potus *erat Decoctum rad. Cichoreæ.*

III. 46. 2. Iuvenis Studiosus, ætatis suæ anno 18. in Febrem tertianam duplicem lapsus est. Nam singulis diebus accessio ipsum invasit. Contra hanc febrem multa medicamenta adhibita fuêre, sed frustrà. Tandem meo suasu bibit manè, longè ante paroxy- *Decoct.* smum, *Decoct. aperit. maj. cùm Rhabar.* ℥ *ij. vel iij.* quod cùm continuasset per 5. dies, ex- *Purgans.* purgatum corpus est à biliosis humoribus: *Venæsect.* & pòst *apertâ venâ Hepaticâ* liber & sanus factus est.

X. 17. 3. Quidam annos habens 26. Tertianâ compositâ correptus est: Lotium ejus erat rubrum, turbidum, spumosum. Hic 7. *Venæ sect.* horis ante paroxysmum, *è Basilicâ dextri cubiti incisâ, Sanguinis* ℥ *viii emisit*, cum magna fruge. 2. A' Sanguinis extractione, mox in *Purgat.* die quietis ebibit seq. *R. Decoct. aperit. cũ Rhab.* ℥ *iii. Syr. ros. solut.* ℥ *j. El. de succo ros.* ʒ *vj. M.* Hac potione alvus benè recteque respondit, atque ipse patiens inde statim sanus fa- *Victus.* ctus est. Cibi erant *faciles paratu & coctu*: Potus, *decoctum Cichor. cum Passulis.*

QUOTI-

QUOTIDIANA FEBRIS.

1. Vetula 84 annorum, Febre quotidianâ, cùm Dyspnœâ laborabat: quæ ad sanitatem redijt per seq. potionem. *R. fol. Sennæ mund.* ℥ *vj. Hyssop. M* ß. *Rosar. Viol. an. P* ß. *Cinam. el.* ℥ ß. *Sacchar.* ℥ ß. *Decoqu. juxta ignẽ in Seri lactis q. s.* Ex hoc decocto capiebat manè & vesperi, per horam ante cibũ, ℥ iiij. quibus alvus rectè soluta est, & multa egessit. *I. 32.* *Purgat.*

2. Alia sexagenaria, passa est Quotidianam cũ Asthmate & Tussi. *R. fol. Sennæ mund.* ℥ *j. Trochisc. de Agar.* ℥ *ij. Rosar. Viol. an P* ß. *Sacch.* ℥ ß. *Zingib.* ℥ ß. *Seri lactis* ℔ *ij. M. & factâ ebullitione macerentur per noctem in sero calente.* Deinceps manè & vesperi sumpsit ex eo ℥ iiij. quibus rectè purgata fuit, & optimè convaluit. *I. 47.* *Infusum. Purgans.*

3. Civis quidam, circa ætatis annum, 31. incidit in Febrem quotidianam, quam comitabantur Dyspnœa, Cephalalgia & Anorexia. Hunc à febre cum comitibus liberavi, Deo adjuvante. 1. *R. Decoct. Meliss. Prass. Sennæ,* ℥ *ij. Syr. ros. solut.* ℥ ß. *El. de succo ros.* ℥ *v. Diaphœn.* ℥ *ij M. f. haustus*: quẽ manè, lõgè ante paroxysmum, calidè hauriens, varia ac multa excrevit. 2. Tertio die *Venã Nigram dextri cubiti aperuit: & sanguinis corrupti* ℥ *x. extraxit.* Cibi erant *temperati, vergentes ad modicum calorem.* Pro potu, *vinum concessi album, & lymphatum: Item decoctum Salviæ cum Sacchoro.* *II. 38.* *Purgat.* *Venæsect.* *Victus.*

4. Rusti-

III. 10. 4. Rustici Uxor 35 annorum, vexabatur Febre quotidie intermittente, quam Vermes, Ventriculi morsus & Constipatio
Purgat. alvi comitabantur. *R. Decoct. Sennæ, & flor. Centaur. min.* ℥ *iiij. Syr. de Absynth.* ℥ *ß. Diaturb. cum Rhabar.* ʒ*vjß. M. pro haustu:* quem exhausit manè calidè, & constipatio soluta, vermes dejecti, febris depulsa, ac ventriculi morsus sedatus est: atq; ægra indies ad sa-
Victus. nitatẽ deducta. Potus erat *Vinum Absynthites.*

III. 19. 5. Cujusdã Uxor annos 50 nata, quo-
Sudorifer. tidianâ febre cum sudore continuo & diuturno affecta fuit. *R. Card. bened. M ii. Decoqu. in aqua & vini an.* ℔ *iii. ad dimidium.* Decocti hujus ℥ *vj.* calidè capiebat manè jejuna, ac in lecto benè cooperta diu multumq; sudabat: per aliquot continuos dies, ad morbi symptomatisque remissionem. Potus in
Victus. mensa erat *aqua chalybeata.* Atque his solis ad sanitatem in paucis diebus redijt.

III. 68. 6. Vidua senio confecta, 70 annos habens, febriebat quotidie, cum Anhelatio-
Spir. Vit. aur. ne, Cibi fastidio & Capitis dolore. *R. Spir. Vitæ aurei* ℥ *j.* Hoc rectè multumque expurgata est, & febris statim remisit, citra Venæ
Victus. sectionem. Potus erat *vinum dilutum.*

IV. 24. 7. Cujusdam Uxor annos 26. nata, Febre quotidianâ cũ Asthmate correpta fuit.
Hydrom. Bened. *R. Hydromel. Bened.* ℥ *iß.* Hujus potiunculæ bonâ evacuatione rectiùs habuit: & quum tertio die repeteret, mox omninò convaluit.

luit. Potus erat *Vinum dilutum. Cibi, jusculа & concoctu facilia.* *Victus.*

8. Vir nobilis 30 annorum, Quotidianâ febre vexabatur. 1. *R. Elect. de succ. rosar. Diaphœn. an.* ℥ij. *Syr. ros. solut.* ℥j. *Decoct. Sennæ* ℥ iijß. *Aq. Cinam.* ℥ ß. *M. f. haustus*: quo egessit quinquies permulta & varia. 2. *R. pulv. Card. bened.* ℥ j. *Vini generosi* ℥ vj. *M. f. potio*: quã longè ante paroxysmũ in lecto ebibit calidè, & benè cõtectus sudavit multũ diuq;. Et cùm istas sudationes cõtinuasset 5. diebus, febris ipsum ex toto dimisit, ut absq; Venæ sect. convaluerit optimè. Potus erat *Absynthit.* *V. 45.* *Purgat.* *Sudorifer.* *Victus.*

9. Adolescens 15 annorum, à Febre quotidianâ unà cum Symptomatibus, liberatus fuit, per solum hoc Sudoriferum. *R. Card. bened. Centaur. min. an. M. j ß. Decoqu. in s. q. aquæ ad dimidiũ.* Hujus decocti calidi ℥ v. quotidie manè in lecto sumpsit, sudavit, & brevi admodum sanus factus est. Cibi erant *faciles.* Potus *Vinum dilutum.* *V. 63.* *Sudorifer.* *Victus.*

10. Vetula septuagenaria, à Febre quotidianâ statim libera facta est, per hoc solũ. *R. Aq. nostr. Bened* ℥ j. Quã manè bibit, ac Vini pauxillũ superbibit: ex eaq; tam suprà, quã infrà, rectè multumq; evacuata fuit. *V. 66.* *Aq. Bened.*

11. Quidã 28 annos natus, à Febre quotidiana curatus est. 1. sumendo *Aq. Bened.* ℥ j. Quâ sursum & deorsum evacuatus, febrem remissiorẽ sensit. 2. Quia venę turgebant, altero postpurgationẽ die, *ex vena Hepatica* *V. 67.* *Aq. Bened.* *Vena sect.*

multus

multus sanguis emissus est: ex qua Venæsect. omninò convaluit.

V. 82. 12. Vir 30 anno ætatis suæ, Febre quotidianâ laboravit, Capitis dolore, Asthmate, Anorexiâ, Dyspepsiâ & Pedum tumore comitatâ. *R. Extr. Esulæ* ʒ ß. *Vini oligoph.* ℥ iij. *M. fiat potio*: quam cùm tertio die repeteret, ex toto liberatus fuit.

Extr. Esulæ.

VI. 30. 13. Alius 56 annorũ, itidẽ Quotidianâ cũ Spirandi difficultate & Inappetẽtiâ cõjunctâ affligebatur. *R. Diaphœn.* ʒ j. *Syr. ros. solut.* ℥ j. *Decoct. pector.* ℥ iij. *Cons. Bened.* ʒ ß. *M. pro haustu*: quo epoto universum corpus à morbificis causis propè expurgatũ fuit: atq; convaluit.

Purgat.

VI. 95. 14. Adolescens 17 annorũ, Febre quotidianâ cũ assiduis phlegmatis emissionibus laboravit, per aliquot hebdomadas: antecedẽte p duos integros annos Asthmate; cõsequente Poplitis & Oris vẽtriculi dolore. 1. *R. Extr. Esulæ magnitud. nucis jugl. Aq. calidæ* ℥ v. Colatũ hunc haustũ ebibit cum felici noxiorum humorum excretione. 2. Altero die repetijt eundẽ *haustum*, pari operatione insequutâ. 3. Sed mala enumerata nondum juxta votum cessarunt: coactus itaq; fui alias moliri purgationes. *R. Spir. Vitæ aur.* ℥ ß. *Syr. ros. solut.* ʒ j. *M. f. potus.* qui ter & copiosè operatus est, cum majori affectuum relaxatione. 4. Octavo die pòst iterum exhibui *Spir. Vitæ aur.* ℥ ij. *duabus vicibus sumendas.* Primâ vice valdè virulenta, pituitosa, in-

Extr. Esulæ.

Spir. Vitæ aur.

stan

ſtar butyri recentis excreta ſunt. 5. Sudavit ex ſeq. decoct. *R. Card. bened. Hyſſop. an. M ij. Decoqu. in menſ. ij. aquæ ad dimid.* Hujus decocti alternis diebus bibit ℥ *vi.* calidè, & in lecto contectus multùm ſudavit. 6. Ad poſtremum dedi *Spir. Vit. aur.* ℥ *j ß. pro duab. vicibus.* Quibus omnibus κατὰ λόγον tranſactis perfectè convaluit: & abſolutâ curatione, *Pane in Vino aduſto macerato*, ſingulis diebus uſus eſt. *Sudorifer.* *Spir. Vit. aur.*

15. Secretarius quidã Monaſterij, annos natus 61, pertinaci Quotidianâ multis diebus afflictus erat: quam comitabatur Anorexia, Icterus, Laſsitudo totius corporis, &c. *R. Origan. flor. Cent. min. Card. bened. an. M. ß. Croci* ℈*i. granor. AlKeK. contuſ.* ℥ *j. Decoqu. in aquæ* ℔ *viij. ad conſumpt.* ℔ *ß. aut ampliùs.* Ex hujus decocti ℥ *vj.* ſingulis diebus manè exhauſtis, ſudavit in lecto contectus, ad febris ἀπυρεξίαν. 2. A ſudatione propinavi ſeq. *R. Rhabar. elect. inciſ. Rhapontic. inciſi, an.* ʒ *ij. pulv. Sennæ laxat.* ℥ *ß. Hæc ſimul macerentur per noctem, in vini Abſynth.* ℔ *iij.* De hoc manè, & per horam ante cœnam, ad ℥ *vj.* frigidè bibens, à frebre & Ictero quidem evaſit: appetitus tamen adhuc erat proſtratus, urgente ſimul totius corporis laſsitudine. Quare ad ὑποστροφὴν avertendam, *R. Trochiſc. Alhandal pulv.* ʒ *j. Vini generoſi* ℥ *vj. Macerentur unà per noctem*; manè colaturam puram bibit, quæ VII. 34. *Sudorifer.* *Purgat.* *Colocynth.*

exactè

exactè in crebris dejectionibus citandis munia sua executa, pristinam sanitatem pio Secretario restituit. L. D.

VII. 79. 16. Vir quadragenarius Febre quotidianâ, cum Cephalalgiâ & Tremore membrorum laborabat, cujus cura hæc fuit. *Aq. Bened.* *R. Aq.Bened.℥j.*quâ mox, excretis viscosis & phlegmaticis humoribus multis, allevatū corpus est. Post salubrem hanc evacuationem, *Venæ sect.* *venam Hepaticam incidi jussi.* Potus erat *aqua,* *Victus.* *ex gran.*Juniperi *& Salv.decocta.* Quibus paucis, Dei ope, convaluit.

VIII. 95. *Sudorif.* *vomitor.* 17. Quidam 20 annorum, Febre quotidianâ afflictus, seq. usus est. 1. *R. rad. Asari pulveris.ʒß. Aq. Card. bened. ℥vj. M. pro haustu:* quem manè calidè ebibit, & in lecto contectus sudavit, multumque vomuit: ac statim febris illum reliquit, nec unquam rediit. *Venæ sect.* 2. Tertio die pòst, *secuit Hepaticam in dextro cubito, circiter ℥iiij. sanguinis mittendo.* *Victus.* Cibus erat ἄπεπτος. Potus *decoctum, quod R. Hord.℥iij.Fragar. Mj. Ros. Viol. an.Pj.Liquir.ras. ʒiij.Ficuum Num.iij. Passul. Sacch. candi,an. ℥ij. Decoqu.in aq.font.℔. xvj. ad consumpt.℔ij.* His mox liberatus est.

X. 64. 18. Vidua sexagenaria, cū Febre quotidianâ, Cordis palpitationē, Dyspnœam &c. patiebatur: Urina ejus erat spumosa & turbida. *Purgat.* *R. Decocti Sennæ ℥iijß.Diaphœn.ʒvjß.M.f. haustus:*qui optimè ac saluberrimè operatus est, pristinamq; sanitatem solus restituit.

QUAR-

QUARTANA FEBRIS.

1. Rusticus 40 annos natus, diu Quartanam febrem & Asthma patiebatur. R. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. rad. Asari pulverif.* ℈ *ij* ß. *M. pro haustu:* quo in lecto calidè epoto sudavit cõtectus, septem horis ante paroxysmum. Nono die eundem haustum repetivit. Potus erat in mensa *decoctum Scolopend. Cichor. Hyssop. cum Passulis*. Per tres dies sumpsit ante cœnam *Ol. Vitriol. gutt. iij. in aquæ font.* ℥ *ij*. Et statim à febre liberatus est. III. 11. Sudorif. vomit. Victus.

2. Vir annorum 72. Quartanâ laborabat, cum Asthmate, Ventris dolore & alijs symptomatis comitantibus. R. *Aq. Terr. san.* ℥ *vj*. Hac epotâ calidè, in lecto multùm sudavit, & multa biliosa pituitosaq; evomuit, insequutâ omnium Symptom. remissione. Pridie quàm redire debuit paroxysmus, dedi *Spir. Vit. aur.* ℥ *ij*. Quo vitiosa & varia multa excrevit. Et sic impugnata est febris cum universis Symptom. ac ipse ocyssimè per Dei gratiam sanus evasit. III. 9. Aq. Terr. S. Sp. Vit. aur.

3. Studiosus adolescens 19 annorum, in Febrem quartanam incidit. R. *Vini opt. & generosi* ℥ *vj. rad. Asari pulverif.* ℈ *ij. M. pro haustu:* quem calidè hausit jejunus, sex ante paroxysmum horis, in lecto, & bene opertus sudavit, cacavit, vomuit, & confestim à febre liberatus est. IV. 79. Sudorifer.

4. Fœmina quædam 43 annorum, patiebatur Quartanam, cum Asthmate, Sple- V. 28.

nis dolore & obstructione conjunctam. Cui sic subventum est. 1. R. *Fol. Sennæ mund.* ℥ ß. *Troch. de Agaric.* ʒ ij. *Zingib.* ℈ ij. *Sacchar.* ʒ ß. *Infund. per noctem in Seri lactis calentis* ℔ ij *Post eà factâ ebullitione, Colaturæ bibit* ℥ v. *manè*, & per duas ante cœnam horas tantundem. Idq; sequenti die repetivit: & multùm atq; salubriter expurgata fuit. 2. Tertio pòst die *aperuit venam Nigram*. Potus erat *decoctum radic. Cichoreæ*. Atq; per hæc febris soluta est, & Symptomata recesserunt.

Purgat. *Venæ sect.* *Victus.*

FEBRIS ERRATICA.

1. Vir annorum 42. Febrem erraticam cum Asthmate passus est. R. *Card. bened.* M j ß. *rad. Asari* ℥ j ß. *decoqu. in aquæ & vini an.* ℔ iij. *ad medium.* Decocti hujus bibit manè ad ℥ vj. calidè in lecto, & copiosè sudavit, atque intra paucos dies sanatus est. Cibus erant *jusculа, coctu & comparatu facilia*: nam erat pauper. Potus *aqua, cui imponebat Hyssopum.*

V. 59. *Sudorifer.* *Victus.*

2. Mulier quadragenaria, morbo planè desperato & incognito laborans, ab omnibus deplorata, derelicta, à me consilium & auxilium petivit, cui in nomine JESU exhibui *Aq. Benedict.* ℥ j. Quâ ore & alvo pessima, fœtidissimaq; permulta & varia egessit, & post istas evacuationes, præter omnium spem, de die in diem sanitatem iterum, per Dei gratiam, obtinuit ac retinuit.

IX. 3. *IX. 34.* *Aq. Bened.*

IX. 4. 3. Alia 60 annorum, Febre planeticâ, cum

cum Capitis dolore affecta periculosè decubuit. 1. ℞. *Syr. rof. fol. Mont.* ℥ j. *El. de succo rosar.* ℥ ß. *Decoct. Card. bened. & Scolopend.* ℥ ij. *M.f.potus*: quo manè insumpto, benè & feliciter purgata est & curata. 2. Interim fronti applicabatur *Epithema hocce*. ℞. *Aquar. Rof. rubr. Bursæ past. Solatr. Semperv. an.* ℥ iij. *M. pro Frontali*: quo recessit calor & dolor. Cibus dabatur *levis & tenuis*. Potus *decoctum Hordei vulgare*. *IX. 33.* *Purgator.* *Epithema.* *Victus.*

HECTICA.

Mulier 40 annorum, Hectica erat, marcore tabeq; confecta, & anhela. Misera ista uxor intra paucas hebdomadas à nobis sanitati restituta est seq. ℞. *fol. Sennæ mund.* ℥ j. *Hyssop.* M ß. *Zingib.* ℈ ß. *Sacch. candi* ℥ ß. *Vini* ℔ ij. *Bulliant simul per horæ quadrantem.* Manè hujus decocti ℥ iij. capiebat, singulis diebus, usquedum universum corpus benè recteque fuit expurgatum. Cibi erant *calefacientes, humectantes, boni succi & paratu faciles*. Potus, *Hydromel.* *X. 26.* *Purgat.* *Victus.*

FEBRIS MALIGNA: PESTILENTIALIS, ET PESTIS.

1. Jurisconsulti clarissimi filius, 15 annos natus, Malignâ febre cum Abscessu sub alis exorto correptus fuit. Hic *II. 10.*

Sudorifer. primò, ex decocti *Card.bened.* ℥ *vj.* manè in lecto epotis, stragulis opertus sudavit, quãdiu ferre potuit. 2. Tumorem sub alis ad
Emplastr. maturitatem perduxi seq. ℞. *Absynth. pulv.* ℥ *j. Axung. porcinæ* ℥ *ij. M. ad ignem, ut fiat Emplastrum.* 3. Postquam in totum apostema maturatum erat, Chirurgum illud scalpello inferiùs adacto aperire jussi: unde multum saniei & puris indies effluxit. 4. At fora-
Ol. Sulph. mini *tentam Oleo Sulph. delibutam immittebat, & imponebat lintea duplicata oleo Sulph. imbuta & leviter expressa, ac fasciâ obligabat ulcus.* Sic brevi & à febre liber, & ex ulcere sanus eva-
Victus. sit, juvante Deo. Interim cum cibo *pauco, raro & refrigerante ac humectante, Aquam Hordei cum Sacchare rosat. dilutam bibit.*

II. 17. 2. Senator, annos circiter 56 natus, correptus est Febre ingente malignâ: cum qua magnus abscessus in glandulis, juxta aurem sitis, παρωτὶς Græcis dictus, obortus est, propter quem difficiliùs deglutie-
Extr. Esulæ. bat. 1. ℞ *Aquæ Card. bened.* ℥ *iiij. Extr. Esulæ* ℈ *ij. M. & colentur.* Colaturam bibit manè frigidè, & multa biliosa pituitosaque ex-
Venæsect. crevit. 2. Post aliquot paroxysmos, *venæ Basilicæ sectio administrata est*, quæ nihil profuit febricitanti, nisi quòd, manente febre, abscessus ille circa aurem eruperit. 3. Qua de causa malè morigeratam febrem, intra octo dies hoc Hydrotico depuli. ℞.
Sudorifer. *Card. bened. M ij.* ß. *rad. Asari mundat. & contus.*

℥ ß.

℥ ß. *Coqu. in aqua ad dimidium.* Hujus decocti ℥ vj. manè calidas jejunus bibit, & in lecto contectus ſudavit diu multumque. Et ſic omnino febris deſiit. 4. In menſa pro ſiti ſedandâ conceſsi *decoctum, quod* *Victus.*
℞. *Fragar. M ij. Roſar. P j. Liquir.* ʒ *ij. Paſſul.* ℥ *iij. Sacch.* ℥ j. *Decoqu. in aqua ad tertias.* 5. Apoſtema durum & dolens, ſine ſuppuratione intra ſex dies diſcuſsi, ſeq. Cataplaſmate. ℞. *Mucilag. Fœnugr.* ℥ *x. Ceruſs.* ℥ *ij. Camph.* *Emplaſt.*
tritæ ℥ ß. *Redigantur in Cataplaſma*, quod Emplaſtri modo ſupra linteum extenſum apponebatur quotidiè, manè, meridie & veſperi, calidum. Hoc tumorem indies imminuit. 6. Difficultas deglutiendi partim dictis, partim levabatur ſeq. Gargariſmate. ℞. *Hydromel.* ℔ j. *Alumin.* ʒ ß. *Bulliant parùm, &* *Gargariſm.*
fiat gargariſatio. His ægrotus brevi tempore ad priſtinum valetudinis ſtatum, L. D. reductus eſt.

3. Ruſtici filius, 22 annos agens, Peſtilenti febre infeſtatus eſt, Bubone ſub alis exorto. Spiritum difficulter traxit: Oris amaritudine, Inappetentiâ, Siti ingente, Nauſeâ, Vomitu, Capitis gravitate, Animi defectione, & aliis ſævis Symptomatibus vexabatur. 1. ℞. *Aq. Bened.* ℥ j. *aq. Card. Mariæ* ℥ ß. *Syr. acetoſit. Citri* ʒ *iij. M. f. hauſtus:* quo frigidè hauſto, multa vitioſa & fœtida, per os & alvum rejecit, atque illicò rectiùs valere cœpit. 2. Poſtridie *II. 43.* *Aq. Bened.*

 purga-

Venæsect. purgationis, è *vena Basilica sinistri cubiti, ubi bubo eruperat, incisâ, sanguinem abundè extrahere Chirurgum jussi.* Pro potu ad satietatem da-
Victus. bam *decoctum Card. bened. cum Conf. rosar. per linteum trajectum.* Et sic prȩter omnium spem evasit, D.O.M. medicinâ.

III. 15. 4. Ancilla 28 annorũ, Pestilente febre cõtinuâ, cum Bubone sub alis correpta fuerat.
Venæsect. Huic 1. *Venam Hepaticam mediâ nocte secui.* 2.
Aq. Terr. S. Sequenti die manè *Aq. Terræ Sanct.* ℥ *vj. calidè bibendas dedi:* quâ sumptâ in lecto tecta sudavit, vomuit, & alvo nonnihil laxata fuit. 3. Reiteravit hoc per duos sequentes dies, &
Victus. mox rectiùs habere cœpit. 4. Cibus *refrigerãs & humectans erat, ut juscula &c.* Potus, *aqua hordeacea Saccharata.* 5. Bubonem in alis ma-
Ol. Sulph. turavi, rupi & conglutinavi *Oleo Sulp. & Em-*
Empla. Dias. *plastro Diasulph desuper apposito.* Atq; sic paucis diebus sanitati restituta fuit.

III. 82. 5. Cancellarij cujusdã uxor 24 annorũ, utero gravi, correpta fuit Febre acutâ & malignâ, cũ dolore Capitis, Vigiliis, Inappetẽtiâ, Vomitu, Siti &c. comitatâ. Urina erat spumosa & rubens. 1. Quũ ad hãc accitus essẽ,
Venæsect. statim per Chirurgũ *sanguinẽ ex vena Mediana dextra mitti curavi* (quia temperaturâ sanguineâ & aliâs bonâ habitudine prædita erat) qui emissus sanguis totus putridus & affectione magnâ infectus fuit. Ex hac Venæsectione meliùs se habere dixit. 2. Post phlebotomiã manè in lecto benè cooperta suda-
Sudorifer. vit ex seq. haustu. ℞. *Vini diluti* ℥ *v. Rob. Sambuc.* ℨ *iij.* His epotis multùm sudavit & rectiùs

habuit. 3. Cũ biduũ ita sudasset, prębui ei *Syr. è Senna* ℥ *iij.* quo levi & tuto purgante multa, varia, fœtida, biliosa & spumosa egesſit. Post quã evacuationẽ febris, & omnia Symptomata remisêre: & ipsa intra paucos dies ad integrã sanitatem pervenit. Cibus erant *juscula Caponũ, gallinarũ, aliaq; liquida.* Potus *aq. gelida, in qua Manus Christ. perlati dissolvebantur.* Purgator. Victus.

6. Pastoris Eccles. filia 28 an. nata, Pestilẽtiâ correpta fuit. R. *Aq. Terr. San.* ℥ *vj.* Has in lecto bibit, & contecta multùm sudavit, vomuitq;, ac inopinanter liberata & sanata est à sævissimo isto morbo. Quia ista Aqua est secretissima, experta & optima, semper & ubiq; locorum, ubi grassatur pestis: & certè nihil tutius hac. Nam insumpta pellit venenũ, per sudorem, vomitũ, & etiã per alvum. IV. 81. Aq. Terr. S.

7. Puella 10 an. Febre pestilentiali rapta fuit, Bubone sub alis erũpẽte. Huic cõsului seq. 1. R. *Aq. Terræ San.* ℥ *iij.* Hanc frigidè bibẽs in lecto multùm contecta sudavit, multaq; vomuit. Sequẽti die iterũ eam exhibui, & similiter operata est. Sic ipsa filia triũ dierum spatio cõvalescere rectè cœpit. 2. Supra bubonẽ manè & vesperi applicatũ fuit *Emplast. ex Pingued. porci* ℥ *vj. Absynth. cõtusi q. s. mixtis invicem & in pulticulam coctis.* Hujus usu intra diem tumor evanuit. Cibus fuêre *juscula.* Potus *aqua decoctionis Liquiritiæ.* V. 4. Aq. Terr. S. Cataplasm. Victus.

8. Pueli9 bimul9, Febre pestilẽtiali, cũ Tussi, Cap. dol. Siti & Bubone affligebatur: verũ quũ parẽtes cõveniẽtia remedia, præsertim VI. 90.

intus aſſuméda, recuſarent, ſeq. machinatus
Epithema. ſum. 1. R. *Aq. Roſ. Semperv. Solatr. Burſæ paſt. an.* ℥ *iij. M* Linteola his aquis imbuta, fronti & temporibus, manè ac veſperi applicabantur: quibus protinus dolor ſedatus fuit.
Potus. 2. Ad ſitim reſtinguendã bibit *decoctum Roſar. Violar. cum Paſſulis:* quo etiam tuſsis levata eſt. Vice hujus decocti aliquoties *Hydromelite* utebatur. 3. Ulcus ter in die mundificabatur *ſolo Hydromelit.* eoq; 8 dierum ſpatio ſanabatur.
Hydromel mundif. & conſolidans.

VI. 93. 9. Bibliopœus quidã 36 an. natus, Peſtilentiali febre & Pleuritide ſubitò correptus eſt, præcedente Vomitu & Diarrhœã. Urina fuit ſpumoſa & turbida. Huic præſcripſi
Potus. 1. *Decoct. Hordei, Cichor. Roſar. Viol. Ficuum, Paſſular. Man. Chriſti, &c.* utatur pro potu. 2. Sequenti die manè, *Hepatica lateris affecti incidatur.*
Venæ ſect. Sudorifer. 3. R. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. Lapid. Bezoar orient. g. iiij. M.* Hoc manè in lecto aſſumat, & benè tectus ſudet. Sic finitã ſudatione meliùs mox habere cœpit.

VII. 2. 10. Ludimoderator quidam annorũ 30. Peſte pernicioſâ tentabatur, cum Bubone oborto, & urinâ ſpumoſâ ac rubeâ exiſtente.
Venæ ſect. 1. *Venam Saphenam lateris affecti, & Hepaticam ejuſdem lateris aperui.*
Sudorifer. 2. R. *Theriacæ* ʒ j. *Aq. Torment.* ℥ *v. M.* Hunc hauſtum calidum bibit, & ad virium tolerantiam ſudavit. Potus
Potus. erat *decoctum Hordei, Paſſul. Liquir. Card. Mariæ.*

VIII. 31. 11. Vidua 70 annorum mulier, ſævâ & morti-

mortiferâ Peste afflicta fuit. Urina ejus apparebat turbida, & graviter olebat. 1. Deo invocato, *venæ Medianæ sectionem, in sinistro brachio institui.* 2. Dein R. *Vini, aquæ font. an.* ℥ *iij. Croci metallor. pisi quantitat. Ebulliant per octavam horæ partem*: Colatum posteà bibit, & in lecto sudavit, multaq; biliosa, pituitosa ac varia evomuit: atq; illicò meliùs habens indies deinceps convaluit. Cibus dabatur *tenuis, ut juscula ex carnibus, pisis*, &c. Potus *aqua cum Saccharo rosaceo.* *Vena sect.* *Antidotum.* *Victus.*

12. Institor quidam, annos circiter 30 natus, mortiferâ Peste laborans, mox hac viâ ex illa liber evasit. R. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. rad. Asari pulveris.* ʒ *j. M. pro haustu*: quo calidè epoto, multùm sudavit, vomuit & cacavit, ac inopinanter subitò convaluit. Cibi fuerunt *juscula è carnibus, pisis, hordeo* &c. Potus *vinum Absynth. dilutum.* *VIII. 32.* *Purgat. vomitor.* *Victus.*

13. Virum 36 annos habentem, tormẽtarium, mortifera mala occupabant; Pestis nim. cum Ardore linguæ, Asthmate, Tussi. Huic 1. *Ex vena Mediana sinistri cubiti copiosè sanguinem* extraxi. 2. R. *Aq. Card. bened.* ℥ *vj. rad. Asari pulveris.* ʒ *j. M. pro haustu*: quo calidè insumpto multũ in lecto sudavit & vomuit, statimq; meliùs habuit. 3. Pro linguæ ardore pellendo, gargarisabat *decocto Raparum tepẽte*, idq; quoties lingua arescebat. 4. Post gargarisationem crebrò lambebat *Linctum in Append. descript.* Cibi erant *juscula.* Potus *deco-* *VIII. 33.* *Venæsect.* *Sudorifer.* *Gargarism.* *Linctus.* *Victus.*

ctum Hordei Saccharatum. Atq; sic per Dei gratiam sanus evasit.

VIII. 98. 14. Civis filia 30 & unum annos nata, Peste afflicta fuit, cum maximo Bubone, Linguæ inflammatione & gravibus Symptomatibus: Urina ejus erat rubens, spumomosa & turbida. 1. *Venam Hepaticam, in cubito lateris à Bubone obsessi*, secuit. 2. R. *Aquæ Card bened.* ℥ *vj. pulv. radic. Asari* ʒ *j. M. f. haustus*: quo calidè epoto, in lecto valdè sudavit & vomuit, indeq; rectiùs habuit. 3. Buboni *Butyrum recens linteis exceptum*, singulis horis applicavit: quo paulatim remotus fuit. 4. Linguæ siccitatem & inflammationem amovit *Gargarismate ex Posca*. 5. Post gargarisat. deglutivit *succum Raparum*: quibus paupercula hæc convaluit.

Venæsect. *Sudorif.* *Vomit.* *Butyrum.* *Gargarism.*

IX. 98. 15. Rusticam quandam sæva Pestis invasit: Urina ejus rubens erat. Huic ante omnia secta fuit *Vena cordis, & multus sanguis ex ea detractus*. 2. R. *Card. bened. M iij. Decoqu. in Aquæ* ℔ *xij. ad medium*. Ex hac bibit statim post venam sectam, die sequenti manè ad ℥ vj. & in lecto multùm sudavit, ac indies rectiùs habuit. 3. Cum cibo εὐχύμῳ, potui datum est *decoct. Hord. Saccharatum*. 4. Interea Buboni manè & vesperi applicabatur seq. R. *Axung. porci* ℔ *j. Absynth. contusi q. s. M. pro Cataplasmate*: quo Bubo emollitus, maturatus, ruptus, & in ulcus versus est, hoc postmodum Emplastro Apostolor. conglu-

Venæsect. *Sudorifer.* *Victus.* *Cataplasm.*

conglutinatum & sanatum est. Atque his mox ista mulier ad bonam valetudinem rediit.

VARIOLAE.

Nobilis puer 9 annorum, Febre continuâ cum variis paroxysmis, per aliquot dies affligebatur, & tandem in Variolas incidit. Huic mox bolum exhibui ex *Cassia Aegypt. ad juglandis quantitat.* quo devorato *Seri lactis caprini* ℥ ij. superbibit, & exinde sedes quinque largas & phlegmaticas habuit: eâ nocte posteà morbilli & exanthemata copiosè eruperunt, à quibus in paucis diebus, decenti regimine adhibito, sanus & liber omnino evasit. Aër in quo versabatur, erat *subcalidus*. Cibi fuêre *juscula gallinarum & caponum*. Potus *decoctum Lenticularum, vel Hord. Saccharat.* V. 10. *Bolus purgans.* *Victus.*

AFFECTUS PARTIUM EXTERNARUM. ARTHRITIS.

1. Vir quidam 42 annorum, Arthritico dolore affectus fuit. R. *Decoct. aperit. min.* ℥ ij. *Syr. ros. sol. Mont.* ℥ j. *Extr. Esulæ* ʒ ß. *Zingib.* ℈ j. Mixta dabam potui: quo rectè alvus respondit. Post evacuationem utebatur balneo. R. *Alumin. crudi M. j. Salis M ij. Plantag. fol. Quercin. rament. ligni Iuniper. an. M v. Mixta coqu. omnia in aquæ font. q. s. ad balneum.* In hoc ægrotus quotidie bis, manè & vesperi scil. residebat ad duas horas: & tertio I. 48. *Purgatio.* *Baln. ad tentionem & dolores mitigandos.*

tertio quoq; die renovabat, atq; brevi tempore sanitati restitutus fuit, L.D.

II. 32. 2. Rustici uxor, circa annum 62 ætatis suę, incurrit in Articularem morbum, quem ἀρθρῖτιν Græci nominant: articuli pedum, tali, malleoli, genuum, brachiorũ, colli, &c. dolore infestabantur. Urina erat turbida, cætera naturalis. 1. Corpus purgabam R.

Purgat. *Decoct. Sennæ* ℥ *iij* ß. *Syr. rof. solut.* ℥ ß. *Bened. laxat.* ʒ *ij* ß. *Trochisc. de Agar.* ʒ *j. M. pro potu:* quo egessit optimè. 2. Purgato corpore, per aliquot dies sequentes, bibit in aurora de seq. decocto ad ℥ viij. calidè. R. *Summitat. Centaur. minor. M ij. rad. Asari* ℥ *ij. Bulliant in aquæ* ℔ *x. ad medias, & colentur.* Hoc decoct. sudorem promovit & valdè profuit. 3. Interim dum manè sudavit, vesperi utebatur Balneo isto.

Sudorifer.

Balneum. R. *Gran. Iuniper.* ℔ *ij* ß. *lign. Iuniper.* ℔ *iiij. Coqu. in aquæ font. q. s. ad balneum.* In hoc ægra quotidie residebat vesperi ad duas horas, vel diutiùs. Atq; sic brevi temporis spatio dolores omni ex parte levati sunt, & ęgrota mulier, L. D. perfectè sanata est. Rationem victus

Victus. observabat *calefacientem & siccantem.*

III. 50. 3. Mulierem quandam in lecto decumbentem inveni planè immobilem, ob Articularem morbum universalem: nam dolores omnes articulos corporis occupaverãt, & modò humeros, modò cubitos, modò manus, modò genua, modò pedes cum tu-

more

more calido molestabant. Simul ipsa nonnihil febriebat, & mensium fluxio consueta deficiebat. Huic primò *ex utriusq; pedis Saphenâ sanguinem extraxi*: sed dolores nihil remiserunt. 2. Postea per tres seq. dies exhibui calidè *Aq. Terræ S.* ℥ *vij*. Quibus epotis in lecto benè cooperta sudavit, & multùm suprà infraq; evacuata fuit. Mensium fluxio rediit, febris dimisit, corpusq; mobilius factum est: dolores tamen remanserunt. Quare ad hos compescendos, lintea duplicata *Aquâ antipodag. imbuta, & parùm expressa, tepidè* applicabat partibus dolentibus, & quoties lintea siccabantur reiterabat. Quo solo Epithem. dolores illicò mitigati sunt, & intra 10 horas ex integro quieverunt & evanuerunt, ac in biennio, ut etiam nunc, non reversi sunt, L.D. *Venæsect.* *Aq. Terr. S.* *Aq. Antip.*

4. Piscator quidam 60 annos natus, ex Arthritico dolore per seq. Balneum evasit sanus. R. *lign. Iuniper. incisi* ℔ *iij. Menth. Chamom. an. M x. Decoq. in s.q. aquæ pro balneo.* *V. 11.* *Balneum.*

5. Uxor cujusdam, circa ætatis annum 49. Artuum dolores passa est. 1. R. *Decoct. Sennæ, Meliss. Hyssop.* ℥ *ij* ß. *Syr. rof. sol. Mont.* ℥ ß. *Bened. laxat.* ʒ *iij. Electuar. de succ. rof.* ℈ *ij* ß. *Trochisc. de Agaric.* ʒ *j. M. pro haustu*: quo benè multumq; evacuata fuit. 2. Tertio post purgationem die, accepit de seq. decocto ℥ vj. calidè, & manè in lecto cooperta sudavit quoti- *V. 60.* *Purgator.*

quotidie, usq; ad morbi declinationem & solutionem. R. *Centaur. min. Meliss. an. M.ij. rad. Asari ℥ iiij. Decoqu. in s.q. aquæ ad dimidias, ut f. decoctum*: cujus usu indies meliùs habuit, & intra paucos dies sana evasit. Cibi dabantur *faciles concoctu*. Potus, *vinum dilutum, cui imponebantur grana Iuniperi, eaq; multa.*

Sudorifer.

Victus.

V. 76. 6. Civis annorum 42, ab Universali articulorum dolore, mox sic levatus est. R. *Decoct. Sennæ ℥ iij. Bened. laxat. ʒ iij. Extr. Esulæ* ℈ *j. Zingib. ʒ ß. M. pro haustu*: quo universum corpus multùm evacuatum est. Hac evacuatione peractâ, sudavit in lecto per 14 dies, *ex Vini Iuniper. ℥ vj.* manè calidè epotis. Potus erat *Vinum, cui imponebat grana Iuniperi contusa.*

Purgat.

Sudorifer.

Victus.

V. 84. 7. Civis cujusdam Uxor, annos 48 nata, Articulari morbo, cum Spirandi difficultate & Tussi afficiebatur. 1. R. *Meliss. Centaur. min. Hyssop. an. M ij. Concoqu. in s.q. vini & aquæ ad dimid.* Manè, ex hujus decocti ℥ vj. calidè assumptis, sudabat per 13 dies. 2. A` meridie lavabat *Aquâ decoct. Chamom. & granor. Iuniper.* Atque ista duo remedia multùm juverunt. 3. Post horum usum & dolorum solutionem, pertundi *venam Medianam* jussi: quâ Venæsectione sanitas confirmata est.

Sudorifer.

Balneum.

Venæsect.

VI. 43. 8. Quædam acerbissimos Artuum dolores

lores perpessa est, cum Convulsione, Dorsi & Ventris dolore. R. *Infusi Sennæ in sero lactis cum Sacch.* ℥ iiij. Hoc exhausto, corpus egregiè mundabatur, & indies meliùs habebat. Tertio pòst die *Saphenam dextram* secari jussi. Die decimotertio, *Thermis Badensibus* usa, integrè sanata est. *Infusum purgans.* *Venæsect.* *Thermæ.*

9. Virgo octodecim annorum, Dolore brachiorum & artuum, cum Asthmate, Scabie & Ulceribus afflicta erat. 1. R. *Decoct. Sennæ* ℥ ij. *Conf. Bened.* ʒ ß. *M. f. potio manè tepidè vel frigidè ebibenda.* 2. Posteà per aliquot dies descendit in *Balneum decoction. fol. quercin.* 3. A' Balnearum usu *Saphenas aperiendas curavi circa Novilunium.* Quæ omnia sanitatem pristinam reddiderunt. *VI. 47.* *Purgat.* *Balneum.* *Venæsect.*

10. Iesuita, annos 26 natus, aliquoties graviter correptus est Epilepticis paroxysmis, in Arthritidem universalem desinentibus, intolerabili cum dolore, eoq; ferè ulceroso. Urgebant Vigiliæ, Urinæ suppresio, Inappetentia &c. Urina rubens, spumosa & confusa, magnam viscerum impuritatē, cerebri inprimis, quod omnis ferè Arthritidis atq; Destillationis scaturigo existit, indicabat: renum prætereà atq; ureterum Obstructionem, quam etiam ex lumborum gravitate deprehendi. Tumor deniq; manus & pedes circa articulos occupabat. In hac *VII. 17.*

malo-

Potio purg. malorum ſyndrome exhibui ſeq. 1. ℞. *Aq flor. Tiliæ* ℥ *vj. Trochiſc. Alhandal* ʒ ß. *M.* Claræ colaturæ epotæ operatione, pituitoſa & fœtida materia in magno proventu, novies excreta fuit, cum omnium Symptomatum conſpicuo levamine. 2. Poſt duos ſeq. dies, non planè ſublatis Symptomatibus, manè propinavi *frigidæ Aq Terr. San.* ℥ *iiij.* Et hic ſuaviſsimus hauſtulus, per
Aq. Terr. S. madorem, νοτίδα Græcis, (Hujus enim Aquæ operatio eſt varia, nunc per alvum, nunc & utplurimùm per vomitum, nunc per ſudorem, jam per urinam, ſæpè per ἀθεώρητον διαπνοὴν ἐνεργοῦσα) qui in corpore erumpebat univerſo, graveolentem & fœtidum, pleraque ſymptomata gravia exhauſit. Verùm quum adhuc brachij dextri levis ἀκινησία, cum dolore leviter pedes occupante, adeſſet, ſuaſi hoc Sudorifer.
Sudorifer. ℞. *Hyſſop. Card. bened. an. M ij. Decoqu. in ſ. q. aquæ ad dimidium.* Singulis diebus manè bibebat hujus decoct. ℥ vij. calidè, & in lecto benè contectus ſudabat ad virium tolerantiam. Finito hoc ſudore, non neglectâ interim diætâ convenienti, intra 12 dies integrè convaluit.

VII. 19. 11. Alius Ieſuita, annorum viginti ſex, conflictabatur Artuum dolore, ex Deſtillatione ſeroſa & ſubacri oborto: cui comes aderat Difficultas ſpirandi,

&

& Sudores crebrò αὐτομάτως promanantes. R. Extr. Colocynth. ℈j. Vini boni ℥v. M. stent per noctem. Mane bibit colatum haustum, & paucis inde horis magna pituitosorum humorum vis evacuata est. Exhibui tertio die iterum eundem *haustum*, cujus efficaci ἐνεργείᾳ perfectè convaluit. *Purgat.*

12. Mulier quædam maritata, annos nata 44. Artuum gravia tormina patiebatur. *R. Decoct. aperit. cum Rhabar. ℥iii. Syr. ros. sol. Mont. ℥ß. Diaphœn. ℈ vi. M. f. haustus*: quo optimè fuit purgata. Porrò *vena Basilica ante meridiem, & post in Pollice pedis dextri secta fuit.* Et his quidem statim dolor soporatus est. X. 56. *Purgat.* *Venæsect.*

13. Præfecti mendicorum Uxor, 48 annorum, Arthriticos dolores, Ventris item & Uteri perpessa, in 4. diebus per nos, aspirante Deo, sana facta est. *R. rad. Asari ℥ij. Aq. font. Vini, an. ℔ iiij. Coq. lento igne ad dimid. fiatq́; Decoctum*: Mane huius ℥vj calidè bibens, diu multumque sudavit. Potui dabatur *Aqua mulsa*: Cibi *faciles concoctu.* X. 67. *Sudorifer.* *Victus.*

14. Nobilissimus quidam vir, 46 annorum, sævos Arthriticos dolores passus est: gravissimè nempe pedibus, genibus, manibus, cubitis & humeris dolebat & affligebatur. Ego advocatus, contra istos hostes, armis quidem hostilibus medicis τοῖς ἀντιποδαγρικοῖς usus eram, sed sine victoriâ. Tandem solatium & mihi & ægro attulit *Balsamum antipodagr. meum*: quod per linteola in- X. 88. *Balsam. antipodagr.*

tincta, omnibus partibus affectis; calidè applicavi. Sicque in paucis horis miser ægrotus liber à tantis hostibus evasit.

CHIRAGRA: GONAGRA: PODAGRA.

III. 8. 1. Antigrapharius Monasterij cujusdã, vir 30. annorum circiter, infestabatur dies noctesque gravissimâ Podagrâ, quæ intolerabili tormento malleolos afficiebat, & ad coxas usque extendebatur: propter dolores ægerrimè mẽbra movere potuit. Verùm ubi *splenium Aquâ nostrâ antipodagricâ imbutum*, subcalidè malleolis accõmodatum fuit, & quoties siccabatur renovatum, dolor intra 8. horas finiit, adeò ut, remoto splenio, eâ die ambulare salvis pedibus potuerit. *Aq. antipod.*

III. 9. 2. Præfectus oppiduli, ætatis anno 60. Chiragrâ in sinistræ manus articulis carpi & digitorum affligebatur, cum inflammatione & pulsanti dolore. Hic *Aquam nostram Antipod.* modo supra scripto applicavit, & statim, dolore, calore & tumore recedente, intra 8 dies optimè convaluit, & hujus Aquæ virtutes valdè commendavit. *Aq. antipod.*

III. 12. 3. Mercator quidam Chiragrâ & Podagrâ multis annis laboraverat, maximè Autumno & Vere. Is anno ætatis quinquagesimo à me petiit *Aquam antip.* quam ei misi, & jussi, ut quando Podagra in vigore esset, linteola Aquâ illâ madida applicaret, & resiccata denuò intingeret & imponeret, *Aq. antipod.*

idque

idq; continuaret dies noctesq;, quoad dolor recederet. Posteà idem fomentum, eodem modo manibus chiragricis adhiberet. His factis, intra paucas horas, Mercator iste meliùs habuit, & functiones manuum pedumque mox robustæ factæ sunt.

4. Quidam Notarius publicus, ingētibus Podagræ doloribus impediebatur iter valdè necessarium peragere: igitur *Aquam Antip.* à me petivit & accepit: quâ pedi dolenti applicatâ meliusculè statim habuit, & sequēti die stare, ambulare, & curru iter institutum ingredi, sanus & incolumis cœpit & pfecit. *III. 27.* *Aq. antipod.*

5. Mercator annum agens 21 circiter, Podagrâ divexabatur: hunc quum visitarem, Podagra remiserat; maximos autem genuum cruciatus perferebat, cum rubore, calore & tumore. Contra sævum istum dolorem permulta Topica, sine omni fructu, adhibita fuerunt. Tandem linteis triplicatis, *Aquam antipodagr.* applicavi; & quoties siccabantur, de novo madefacta imposui. Et ecce dolor in horas remisit, & mox Vir iste à mœstissimo Gonagræ dolore liberatus est, ut jam multis annis nunquam ampliùs, in articulorum hæc tristia & acerba mala inciderit. L. D. *III. 31.* *Aq. antipod.*

6. Cubicularius Antistitis cujusdā Monasterij, Vir 30 annorum, longo tempore Podagrâ infestabatur, quæ inprimis minimum pedis digitum & malleolum torque- *III. 41.*

bat exteriorem, inde etiam in femur ac coxendicem diffundebatur. Magis autem divexabat, si quando tempestas erat incerta ac turbulenta. Ad hanc Podagram pellendam, monitu & consilio multorum, usus fuit *Cathartic. Venæsect. Vnctionibus, Thermis*, &c. sed absque ullo profectu. Post hæc persuasus morbum provenire ex maleficio, à Maleficis præsidium expetivit, qui Benedictionem, & nescio quę alia adhibuerunt, sine omni fructu. Tandem ab omnibus desperatus, à me auxilium imploravit: cui
Aq. antipod. mox per Dei gratiam *Aquâ antipodag.* succurri, applicando eam, supra minimum dextri pedis digitum & malleolum, calidè, ad eum modum quem alibi exposui. Hinc statim dolor remisit, & æger intra diem liber & sanus evasit. Et jam multis annis nunquam, L.D. hoc malum recurrit.

III. 98. 7. Vir annorum 40. vel circiter, Podagrico dolore, cum rubore & parvo tumore, malleolos & pollicis articulum occupāte,
Aq. antipod. correptus, à me *Aquam antipodagr.* petijt, quam statim modo convenienti admovit, & intra paucas horas ex toto à dolore liberatus est. Et hęc sanè Aqua divina neminem hactenus fefellit.

IV. 29. 8. Monialis 87. annorum, sævissimâ Podagrâ & Gonagrâ affligebatur, per 4 septimanas. Exclamabat ob maximos cruciatus, quos dies noctesque perferebat in

genu,

genu, à quo in pedē, malleolos & digitos, diffundebatur dolor. Ad hanc accersitus applicavi *Aquam nostram*, quâ dolores intra horam sopiti sunt, ita ut postero die ambulare cœperit, quæ antea diu sedere assiduè coacta fuit, nullo modo pedem movere potens. *Aq. antipod.*

9. Patritius Venetus literatissimus, circiter annorum 50. quum esset in Ungaria, Podagram intensam & acerbam, in dextri pedis malleolis, plantâ & pollicis articulo, diu patiebatur, dies noctesq; decumbens, nec pedem sine gravissimi doloris sensu movere valens. Ego accersitus mox ante cœnam applicavi *Aquam meam antipodagr.* Post duas circiter horas, à cœna nimirum, ipsum revisitans, ut haberet inquisivi. Dolores respondit jam jam diminui, & meliùs se habere evidenter, ac nonnihil pedem, citra gravem doloris sensum, movere posse. His auditis admonui, ut porrò eâ nocte *Aquam* applicare pergat, donec penitiùs dolores solverentur. Postridie manè reversus, deprehendo illum, omnibus admirantibus, insistentem pedibus suis, ambulantem: ideò mox currum conscendit, & Neoburgum lætus, atque à Podagra liber, profectus est. Hac *Aquâ meâ* succurri in Austria & Ungaria multis podagricis, eorumq; dolores ex insperato discussi. *IV. 43.* *Aq. Antip.*

10 Nobilis Vidua, circa ætatis annū 60. *V. 35.*

magnos Pedum dolores habebat, cum tu-
Aq. antipod. more & inflammatione. Sed *Aquæ nostr. anti-*
podagr. usu, in paucis horis à dolore, inflam-
matione & tumore libera evasit.

V. 43. 11. Eadē Matrona septuagenaria facta, perferebat circa utriusque pedis talos ac rassetam dolorem tristem, cum tumore & rubore, quæ Podagram arguebant, quâ etiam ante decennium laboraverat. Huic denuò subveni *solâ Aquâ nostrâ.* Aq. antipod.

V. 99 12. Alia Nobilis Matrona Chiragrâ & Podagrâ afflicta, *Aquâ nost. antipod.* usa, mox ab omni dolore liberata est. Aq. antipod.

VI. 1. 13. Nobilissimus Dux quidam diuturnis & acerbissimis Gonagræ atque Chiragræ doloribus ardebat: ad eos mitigandos, variis variorum Medicorum & hominum παρὰ λόγον consulentium remediis utebatur: à quib. quandoq; aliquid levaminis sentiebat; quandoq; dolor ex iis non modò non remisit, sed ita ingravescebat, ut vitæ ad 60. usque annū laudatissimè perductę spem omnem abjiceret. *Aquam nostr. antip.* noverat: sed quū de usu & efficaciâ ejus, utpote medicinæ novæ & nunc demū inventæ, dubitaret, ut vir prudentissimus, Medicorum quorundam de prædicta *Aquâ* sententiam expiscatus, tam diversam, tantæq; invidiæ, impudentiæ & ineptiarum plenā audivit, ut maluerit ejus usum in aliud tēpus rejicere, & sævos potiùs dolores perferre, quā

novam

novam nostrã tutissimam medicinã, à Medicis illis ineptissimè & impudentissimè nauci ductam, adhibere. Tãdem quum extremè periclitaretur, dolorũ cruciatib, penè cõfectus, nos accersendos curat: advenientibus nobis, Medicinam nostram procrastinare voluit. Insedit enim ipsi adhuc prava de nobis suspicio: (tantum pollet, tantumq; virium habet diabolica maledicendi nostrę ætatis consuetudo) Verùm noctu, quũ mortem persentisceret, mavult hoc ἔχατον φάρμακον ἐς τὰ ἔχατα νοσήματα experiri, quàm tantis cruciatibus, quibus jamjam succumbebat, vitam cum morte commutare. Noctu itaq; exuscitati, hominum dictis malis laborantium, & σὺν θεῷ, *Aquâ nostrâ* aliisq; remedijs, in integrum sanitatis statum restitutorum, exemplis variis enumeratis, animũ erigere, & pravas istas, de nobis nostraq; Medicina opiniones, à Medicis lividis ortas, ex animo evellere quàm diligentissimè annisi sumus. Filium meũ, per integrã noctem, linteola *Aquâ nostrâ* imbuta, singulis horis, vel quoties arescebãt, articulis membrisq; affectis accõmodare, ab altero dextro nimirũ pede graviori dolore infestato, ad manûs dextrę carpum progrediendo, sicq; Ducis curã habere jussi. Manè experrectus, de statu adversę valetudinis sciscitor: ubi ægrum bellè habere, dolorẽ & cruciatum omnẽ, nostrę *Aquæ* ope, & divino auxilio, ademptũ percipio. Æger, *Aq. antipod.*

ex falsâ Medicorum persuasione, antè de me malè sperans, nunc satis amore & benevolentiâ me complecti, & Dei Omnipot. Medicinam satis prædicare nequit. Horâ abhinc unâ atque alterâ, eandem medicinam alteri etiam pedi & manui affectæ per filium applicari curavit, (nõ uno & eodem tempore, sed unâ parte dolore liberatâ ad aliam pharmacum applicando progrediebatur) cum pari & velociori successu, ita ut altero statim die, duobus innisus famulis, ambularet: liberè quidem & expeditè per dicta vitia obambulare potuisset, ni vires, per septem septimanas plùs minúsve, dolorum, spiritus & calorem roboris naturæ fulcimenta dissipantium, acerbitate, nimis fuissent fractæ. Sed per diętam convenientem restauratis viribus, & discussis ijs, quæ hos affectus insequi solent, octavo posteà die domum cum integrâ sanitate reversus est. D. Omnip. Medic. Creatori sit L. H. & Gloria in ævum omne, Amen. His ita ex voto peractis, quamvis Universalia (juxta Axioma tùm Logicum, tùm Medicum, non κατὰ παντὸς, sed ὡς ἐπὶ πολὺ observandum) præmittere particularibus in animo habuerimus, corpore senili & cacochymo vitiosis humoribus referto illud indicante: Urgente tamen necessitate & dolorum vehementiâ ἀντεπιδειξάσῃ, nostram medicinam topicam, in nomine IESU, adhibuimus felicissimè.

ciſsimé. Dedimus autem conſilium ante noſtrum diſceſſum, ut corpus à ſeroſis humoribus atque bilioſis, omnes fermè Arthritidis ſpecies cauſantibus, Venę ſectione & alijs convenientibus remedijs evacuandum permitteret: alioquin vix fieri poſſe, ut non iterum atque iterum, mali fomite abundante, & in venoſo genere & in corporis habitu, Arthritides prędictæ redeant. Nobis hoc conſilium atque prognoſticum pronunciantibus, ac domum reverſis, ecce quatuordecim à curatione diebus, mala eadem ἀναποδίζουσιν, nec medicamento antipodagrico noſtro, nobis abſentibus, perperam affectis locis accommodato, cedunt, μήτε τοῦ νοσέοντος, μήτε τῶν παρεόντων, μήτε τῶν ἔξωθεν τὰ δέοντα ποιεόντων. Malè itaq; à malevolis nonnullis, noſtra hæc Medicina incerta, dubia, periculoſa, aut nullius momenti habetur, eò quòd non omnibus auxilietur, aut ita opituletur, ut nulla ὑποστροφὴ deinceps ſit pertimeſcenda. Quis Medicorum corpori, annis, multo labore, doloribus, diuturnis & & αἰιάτοις ægritudinibus fracto, ſolo topico, ſine medicamentis radicitùs ſentiná mali exhaurientibus, vel mineram ſaltem ejus minuentibus intrà ſumendis, mederi audet? Quis omne ſingulare ſanare poteſt? Quid ineptius, quàm medicinam falſam & incertam diffamare tùm, quando malum, ſecundùm animum ægrotantis, non proti-

nus tollit id, cujus depellendi nomine adhibetur? Quid magis detestandum, quàm culpam τῶν σφαλμάτων in curis contingentium, in Medicum τὰ δέοντα pro virili ποιοῦντα, & in Medicinam transferre? cùm potiùs in τὸν νοσοῦντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν sit derivanda. Sed Medici prudẽtis est (quia Mundi hujus hic mos) vulgi & imperitorum judicia non effœminato animo pertimescere, verùm infracto & forti fabellas & obtrectationes malevolorum comtemnere, rectè actorum conscientiâ fretum.

VI. 2. 14. Mercator opulentissimus 37 annos natus, Articulorum magnos dolores patiebatur, cui Medici, quos consulebat, frustrà *Aq. antipod.* medicinam parabant: ideò *Aquâ nostrâ*, licèt Medici ineptè dissuaserint & stolidè contempserint, uti fuit coactus: quâ paucis diebus pristinam sanitatem recuperavit, L.D.

VII. 36. 15. Nobilissima Vidua cùm ageret annum 70. incidit in Podagricos dolores intolerabiles, cum tumore & rubore conjunctos. Huic multa incassum adhibenti, mihi *Anodynum.* occurrit tandem seq. *℞. Ol. Rosar. ℥ iiij. Opij ʒ j. Sem. Hyoscyam. Papav. alb. an. ʒ ij. Cort. Mandra. Sem. Apij, an. ʒj. Aceti vini ʒij. M.* Hac mixturâ partes dolentes calidè ungebantur, manè, meridie & vesperi, desuper linteis calidis impositis; & statim dolor sedabatur, qui manus,

manus, brachia & pedes vehementer infestaverat.

6. Canonicus quidam, diu ingentes Podagræ dolores sustinuit: hujus amici, ad me pro *Aq. antipodagr.* miserunt, quâ supra membrum affectum applicatâ, protinùs dolores imminuti sunt, & is statim meliùs eviden-ter habuit. VIII. 53. *Aq. antip.*

17. Quum in Austriam & Ungariam, ad deploratos aliquot ægrotos vocatus fuissem, invisi Illustrem quandam Baronissam, Chiragrâ laborantem, cui carpus, articuli digitorum & lacerti in manu, inflati erant & graviter dolebant. *Aquam nostr. antipodagricam*, quam mecum paratam habebam, modo consueto applicavi, sicque in paucis horis hanc Matronam sanavi. VIII. 93. *Aq. antip.*

18. Militem præsidiarium 50 annos natum, Podagra in maximo pedis digito invaserat, cum inflammatione, & magno dolore. In isto statim dolor lenitus, & morbus curatus est in tribus horis *per Aquam nostram*. VIII. 94. *Aq antipod.*

19. Comitem quendam, anno ætatis suæ 50, in Manûs inflationem & dolorem acerbum incurrentem, per *Aq. nostr. antipodagricam* paucis horis liberavimus. IX. 16. *Aq. antipod.*

20. Nobilis Vidua 42 annorum, gravissimè Podagrâ torta, mox *Aquâ antip.* admotâ convaluit. IX. 17. *Aq antipod.*

21. Generosus quidã Baro sævissimum perpetiebatur Podagricũ cruciatũ, quẽ præsens IX. 45. IX. 80.

ſens ego & condolens, intra paucas horas, annuente Deo, lenivi, & ex toto ſuſtuli per
Aq.antipod. *Aq.noſtr. podagricam*, L.D.
IX.48. 22. Matrona 46 annorum, à Carpi tumore, rubore, calore & acerbo pulſante dolore, mox liberata eſt, *Aquâ noſtrâ antipodag.* applicatâ.
Aq. antipod.
IX. 51. 23. Mercator quidam dives (nam pauperes & inopes rarò Podagrâ laborant, ſed perſæpè qui Plutoni, qui Cereri, qui Baccho dediti ac occupati ſunt) ingẽtes Podagræ dolores paſſus eſt: quos diſcuſsimus *Aquâ noſtrâ antipodagricâ*. Purgavimus etiã hominem per vomitum, exhibito *vino diluto, in Poculo noſtro Chymico macerato.* Quia ſi Podagrici ante ſtatutũ tẽpus, in quo morbus iſte invadere aut redire ſolet, per vomitiva, maximè verò per *Aq.Bened.noſtr. aut Infuſionem Poculi chymici* purgantur, tunc dolor aut nullus ferè, aut clemens exſpectandus eſt, qui ſtatim etiã ſolvitur & tollitur uſu *Aquæ pod.* Atq; iſta ſanè methodus, veluti certa & indubitata præſervandi à Podagrâ, omnibus podagricis obſervanda eſt. Nam multi multis menſibus affligi ſolent hoc malo, qui purgati, ut dictum eſt, leviter tãtùm dolore corripiuntur, & per duos ſolummodò aut tres dies, ſi *Aquam noſtram* adhibent.
Ap. antipod.
Poculum Chymic.
Methodus Rul. in cura Podag.
IX.82. 24. Quædam Abbatiſſa, magnâ & flebili Podagrâ affecta, mox ante prandium & cœnam ſumpſit Bolum ſeq. *R.fl.Caſſiæ* ℥ß. *Conſ. Roſar.*
Bolus.

Rosar. ʒß.*M.* Post alvum laxatam, & post fluxionis humorum principium, admovimus *Aquam nostram:* quâ dolor è vestigio sopitus, & in paucis horis abolitus est. *Aq. antip.*

25. Nobilis Chiragrâ laborabat, & in manûs articulis Tophos seu tophaceas duritiesh abebat: cui dolorem, *Aquâ podagr. nostrâ*, in paucis horis amovi. Tophos verò emollivi, dissipavi & paulatim submovi, *Oleo Sulph. & Empl. Diasulph.* IX. 90. *Aq. antipod.* *Ol. & Empl. Diasulph.*

26. Mulier quinquagenaria Podagræ acerbos dolores patiebatur, in pedis alterius malleolis & pollicis articulo. Huic applicavi per famulum *Balsamum antipodag. vel antalgetum meum:* quo ex insperato sensit dolores evidenter imminui. Et certe *Balsamum* istud, à me inventum, neminem fefellit unquam, in demulcendâ, mitigandâ & removendâ, non solùm Podagrâ, Gonagrâ, Chiragrâ, sed etiam in omni alio dolore externo. Atque præstat sanè virtute & valore *Aquam antipodagr. nostram*, quia majoris est virtutis & minoris valoris. X. 87. *Bals. antipod.*

27. Nobilis vidua, ab ætatis anno 50. cœpit sæpiùs excruciari Podagrâ, ad quam mitigandã sæpe me, fideli meo auxilio freta, accersivit. (Vide suprà curat. 10. & 11.) Quoties autem fui accersitus, intermissis omnibus, dolenti & inflammato pedi semper admovi *Balsam. meum antip.* Quia per hujus virtutem dolores protinus remiserunt, & penitùs recesserunt. X. 88. *Balsam antipodagr.*

28. Ab-

X. 90. 28. Abbas quidam ex inopinato cœpit, in meâ præsentiâ, Pedum dolore graviter laborare. 1. Pedes affectos sine phlegmone

Lotio. imposuit *aquæ salsæ calidæ*. 2. Posteà exposi-

Balsam. antipodagr. tos & leniter siccatos illinivi *Balsamo antalgeto*. Atque his mox omni dolore liberatus, liberè obambulavit.

X. 91. 29. Generosus quidam Baro, inter permulta corporis gravissima incommoda, cœpit etiam Podagrâ vexari: quam statim

Bals. antipod. placavi *Balsamo antipodagrico*.

X. 93. 30. Præfecti Monasterij Uxor, annos supra 30 nata, perferebat dies noctesque Dolores mœstissimos, à pedibus in suras & genua diffusos, qui nec Balneis, nec Ungu. nec aliis topicis leniri poterant. Vocatus ego ad deploratâ, pro dubiis & incertis remedijs, suasi certum & optimè probatum ex-

Balsam. antipodagr. perimentum; nempe *Balsamum antipodagr.* Hujus illitione statim dolor remittebat, & cum patientis gaudio submovebatur, L.D.

X. 97. 31. Virgo Vestalis nobilis, in pedis halluce seu maximo digito mœstos perferebat dolores, cum rubore & tumore. Post multorum localium frustratam applicatio-

Balsam. ant. nem, *Balsamum podagr. nostrum* adhibuit: quo è vestigio mitigatus & sopitus dolor fuit, ipsaque læta & libera evasit.

COXENDICIS DOLOR.

II. 16. 1. Monialis 37 annorum, gravissimo Coxen-

Coxendicis dolore vexabatur: quem seq. sustuli. 1. *R. Decocti aperit. maj* ℥iij. *Syr. è Senna* ℥ß. *Diaphœn.* ʒvjß. *Aq. Cinam.* ʒiij. *M. f. haustus*, quo rectè multumque alvus citata fuit. 2. Coxendicem dolore affectam, bis in die, manè scil. ac vesperi, illevit Unguēto, quod *R. Axung. Taxi & Vulpis an.* ℥iij. *Ol. mastic.* ℥ij. *Ol. Spicæ* ℥ß. *Aceti* ʒij. *M. ad ignem.* Hoc locus affectus calidissimè inungebatur; unde mox omnis dolor propulsatus est. Cibis *optimis* usa est, *& exiccandi facultatem habentibus. Vinum bibebat, cui per noctem folia Salv. siccata & contrita imposita fuerant.* *Purgat.* *Liniment.* *Victus.*

2. Vir 40 annorum, Ischiadico dolore urgebatur. *R. Syr. ros. solut. Mont.* ℥j. *Bened. laxat.* ʒij. *Trach. de Agar.* ʒiß. *Aq. Hyssop.* ℥iij. *M. f. potus:* qui ab ægro assumptus ita operatus est, ut indies corpus allevatum, & doloris mitigationem sentiret. *VI. 27.* *Purgat.*

3. Iesuita 39 annorū, lapsus est in Sciaticam, quam insequebatur difficilis ingressus, & dolorifica inflexio. Medici Germani & Itali, contumax hoc vitiū, summo studio & magno medicinę apparatu diu multumque profligare sunt annisi, sed omnia incassum. Ego quoq; Pharmacopolij medicinis nō vulgaribus usus, laterē lavi semper. Tādem ad Arcana mea confugi, tanquā ad sacrā anchorā. Propinavi itaq; ipsi per 3 dies continuos *Spir. vitæ Aur.* ℥jß Hoc pharmaco pulchrè perpolitū est corpus, excreto tenacissimo *VII. 16.* *Spir. Vit. aur.*

cissimo & fœtidissimo mali fomite. Ex tribus his vicibus meliùs habuit. Post 14 dies, Lunâ decrescente, iterum *idem pharmacum* dedi: quâ vice à plurimis jam desperatus omnino liberatus est. Ne autem rediret morbus, tertio mense pòst, Lunâ itidem decrescente, tantundem exhibui. Et hactenus immunis ab omni Ischiadico dolore permansit, L.D.

VII. 18. 4. Nobilem Viduam, 73 annorum, Ischiadicus dolor graviter exercebat, cum dolore, rubore, Inappetentiâ & Vigilijs. Accitus pleraque Symptomata hoc Anodyno mitigavi. *R. fol. Vitis, Viol. Lactuc. an. Mij. Salic. fl. Violar. Bugloss. Nenuph. an. Mj. cap. Pap. albi Num. v. M. bulliant in s. q. lactis, ad tertias.* Horum decoctione frontem & tempora, manus, brachia & pedes irriget, & per se siccari permittat. Dein herbas istas sacculo inclusas, dolenti loco applicet. Ex his statim meliùs habuit.

Lotio.

VII. 87. 5. Villicus quidam, 63 annorum, graviter laborabat Sciaticâ, in sinistra Coxêdice. Curatus est per seq. 1. *R. fol. Sennæ mund. ℥jß. Cinam. Zingib. an. ʒß. Sacch. candi ℥ß. Sacch. ℥i. Bulliant simul in ℔iii. Vini nobilis, ad consumpt.* ℔ß. Hujus decocti bibit ℥iiij manè & vesperi. 2. Finitâ evacuatione ritè institutâ, descendit in *Balneum Aquæ chalybeatæ.* 3. Ab Encathismate hoc, locus affectus propè inunctus fuit Unguento calido, quod *R. Ping. Tax. Vulp. an. ℥iii. Ol. Mastich. ℥ii. Ol. Spicæ ℥i.*

Purgat.

Balneum.

Unguent.

Aceti

Aceti ℥iij. *M.* Potus in mensa erat *Vinum Salviatum.* *Victus.*

6. Senatoris cujusdam Uxorem, 38 annos natam, Ischiadico dolore afflictam, felicissimè recreavi seq. 1. *R. Decoct. Sennæ* ℥iijß. *Elect. de succ. rosar.* ʒvj. *M. f. potio.* 2. Post purgationem lavit in *Decocto gran. Iuniper, Chamom. Arthemis. &c.* 3. Balneo egressa partem affectā inunxit *Vnguento Anodyno suprà descripto.* *VII. 98.* *Purgat.* *Balneum.* *Vnguent.*

7. Studiosus quidam 23 annorum, in vehementissimum Ischiadicum dolorem incurrit, & cruciatus non modò coxam affligebat, sed etiam in femur, suram, & extremum pedem diffundebatur, adeò ut præ dolore corpus movere non potuerit. 1. Per singulas horas dolores, maximè verò affectam coxam, inunximus *Vnguento Anodyno.* 2. Post inunctiones, *Sacculos ex gran. Iuniperi confectos* calidissimè applicavimus. His ita peractis, dolor intra paucas horas remittere cœpit, ipseque æger corpus movere potuit. 3. *R. Chamom. M. x. gran. Iuniper. M viij. Salis M iij. Hæc coquebantur in Aquæ q. s. ad Balneum,* in quo ante & post meridiem residebat, & post biduum expeditè ambulavit, & optimè convaluit. *VIII. 83.* *IX. 46.* *Vngu. Anodyn.* *Sacculi.* *Balneum.*

8. Mulier 38 annorum, Ischiadico dolore laboravit. 1. *R. Chamom. Puleg. Arthemis. Menth. Malv. gran. Iuniper an. M x. Salis M v. M. coqu. in Aqua q. s. pro Balneo.* 2. Post balneum affecta pars diu multumque inungebatur *IX. 62.* *Balneum.*

Vngu. anodyn. *Ungu.anodyno.R.Pingued.Tax.Vulp.an.℥ iij.Ol. Mastich.℥j.Ol.spic.℥ij. Aceti ℥j.M.* 3. Post doloris remissionem, per prædicta remedia acquisitam, aperuit *Venam ad pedis affecti pollicē.* *Venæsect.* Atque sic citò remisit dolor, & ex toto solutus fuit.

IX. 64. 9. Puella octo annorum, in dextrâ Coxâ cruciatum querulum passa est, cum Anhelatione & Anorexia: Urina ipsius erat spumosa. *Extr. Esulæ.* 1.*R.Extr Esulæ ℈j.Seri lactis ℥jß.mixta colentur pro haustulo:* quem frigidè bibit, & copiosè peccantem materiam alvo dejecit. 2.Sequenti die post purgationem felicem, paratum est ei seq. Balneum. *Balneum.* *R. Chamom.gran.Iunip.an.M j.Salis M ß. M.& coqu.in s.q.aquæ pro Balneo:* quo collata ipsi fuit sanitas,L.D.

DOLORES ALII EXTERNI.

IV. 9. 1. Experimentis, maximè in pauperibus, comprobatum est Anodynum seq. *Fotus.* *R.Lactis caprin. q s.Mellis parum:Bulliant simul & infundantur in Vesicam suillam*: quæ constricta loco dolenti apponatur calidé. Inhibet hoc & mox deponit dolorem.

II. 11. 2. Consulis cujusdam Uxor, continuo & ingenti dolore totius dextri brachij angebatur, ob cujus gravitatem inquietissimum pervigilium multas noctes passa est.

Accer-

Accersitus deprehendi tantum cruciatum, ex fervente tenuique sanguine provenire: quare seq. fomentum paravi. *R. Ol.rosat.* ℥ *ij. Nenuphar.* ℥ *iij. Lactis caprin. vel vel vaccini recent.* ℥ *v. M. benè & tepescant ad ignem.* Huic imbuta lintea duplicata & expressa, crebrò toti parti dolenti admovebantur. Et hoc fotu dolor statim soporatus est, atq; citra Venæ sect. aut alia adminicula, ex toto sublatus est. *Foment. anodyn.*

3. Vir 41 annos habens, Faucium & Pedum dolore laboravit. *R. Summit. Centaur. min. Mij. rad. Asari* ℥ *ij. Decoqu. in s. q. aquæ ad dimid.* Hujus decocti ℥ vj calidè bibebat, benè manè per 14. dies: & in lecto stragulis tectus multùm sudabat. Sicq; intra horum dierum spatium pristinam valetudinem, dicussis ac submotis omnibus doloribus, recuperavit. *II. 94. S. dorifer.*

4. Professor quidam ex Brachij dolore, Dei ope, sanus evasit per Vngu. anodyn. *R. Ping. Tax. Vulp. an.* ℥ *j*ß *Ol. Mastic.* ℥ *j. Aceti* ℈ *ij. M. dissolvendo ad ignem.* Hoc brachium affectum manè & vesperi benè calidè perungebatur, ac dolor indies ex eo factus remissior, mox omnino recessit. *III. 25. Vnguent.*

5. Pauper quidam 20 annorum, manibus & pedibus dolens, *ex contusâ Consolidæ majoris recentis radice*, Schwartzwurtz / & emplastri modo manè & vesperi impositâ, statim à dolore liberatus est. *IX. 2. Consol. maj.*

IX. 48. 6. Mulier 28 annorum, Pedum acerbo dolore correpta fuit: sed intra paucos dies sanitati restituta est Vnguento anodyno. *R. ping. Tax. Vulp. an.* ℥j. *Ol. mastic.* ℥ß. *Ol. spic.* ʒij. *Aceti* ʒj. *M.* Hoc manè & vesperi inunxit dolentes partes.

Vnguent.

X. 98. 7. Monachus Cæsariensis, Monialium confessor, magnis Brachiorum doloribus angebatur: quum nulla medicamenta alia hunc juvarent, ego advocatus *Balsamum antipodagr.* manè & vesperi adhibui: quod mox lenivit & abstulit omnem dolorem.

Balsam antipodagr.

LUES VENEREA.

VI. 92. 1. Italus quidam, 34 annos natus, affligebatur recenti Lue Venereâ, Herpetibus femora occupantibus, & ad nates usq; serpentibus: aderant Icterus, Inappetẽtia, Dyspnœa, &c. 1. *R fl. Caßiæ* ℥ß. *Conf. Rosar.* ʒß. *M.* Sumat semihorâ ante cœnam. 2. Sequenti die, *R. Decoct. Sennæ* ℥j. *Syr. de Rhab. solut.* ℥iij. *M.* His potionibus satis evacuatus, & corpore allevatus est, morbo & Symptomatib. remittentibus. 3. Scabiem gallicam manè & vesperi lavit *Aquâ Mercuriali nostrâ.* Atq; in 5. diebus convaluit integré.

1. Purgator. 2. Aq. Mercur.

VII. 1. 2. Doctor Iuris quidam 28 annorum, incidit in Exulcerationem oris, faucium atq; œsophagi, satis molestam, quam consequutus est intolerabilis ac diuturnus Capitis dolor, Vigiliæ, Macies totius corporis penè

penè hectica. Pullularunt cuncta hæc ex Luis Venereæ ritè profligandæ negligentiâ. Cura hujus à me instituta seq. 1. *R. Ligni San. pisti* ℔v. *Infundantur per noctem in Aquæ* ℔x. *Adde posteà Majoran. Stœch. an. Pj. Menth. Puleg. Hyssop. fl. Centaur. min. an. P*ß. *Sennæ mund.* ℥iß. *Polypod. querc.* ℥ß. *Thymi, Epithym. an.* ʒiij. *Passul. corinth.* ℥ij. *M. & ebulliant omnia s. a. ad medium.* Ex hujus decocti ℥v. vel vj. quotidie per 30 dies, vel alternis diebus, epotis sudabat affluenter, & alvo purgabatur satis. 2. Post sudorem fauces & loca ulcerata illinebat, cum specilli extremitate gossipio molli obsitâ & *Ol. Heracl.* imbutâ. 3. Singulis septimanis bis, post sudoris abstersionem, *Sternutatorij nostri pisi quantitat.* naribus attraxit. 4. Partes dolentes corporis, manè & vesperi perungebat subtepidè hoc Vngu. *R. Vngu. de Alabast.* ℥ß. *Opij gr. viij. Croci* ℈ß. *M.* 5. Vesperi & manè *suffitum ex Thure* carbonibus asperso, per operculum fenestratum, vel rimis hians, excipiebat. Potus in mensa erat *Vinum oligophorum, cui Ligni san. concisura infusa erat.*

Sudorifer. purgat.

Ol. Heracl.

Sternutat.

Vnguent.

Suffitus.

Victus.

3. Quendam Scabie gallicâ inquinatum sanavi, Vlcera in ore, labiis, manibus pedibusq; ejus cum molesto cruciatu expullulantia, *Aquâ meâ Mercuriali*, manè & vesperi cujusq; diei tepidè ablui, sponteq; siccari jussi. Quo facto brevi, citra aliam medelam, hic homo convaluit. *VII. 59.*

Aq. Mercur.

VII. 94. 4. Quidam 51 annorum, lapſus eſt in Morbum gallicum deſperatum, qui longo tempore in muſculoſis hinc inde partibus cruciatus implacabiles concitaverat, jamque oſſa, vincula, & membranas adoriebatur. Ulcera quinetiam κακοήθη & Telephia hujus corpus contaminabant, ut & tuberoſitates ſeu prȩduri tophi paſſim cum gravi dolore ſuccreſcentes. Medicis & Chirurgis de hominis ſalute jam deſperantibus, ego in nomine JESU hanc curandi

Aq. Bened. viam ingreſſus ſum. *1. R. Aq. Bened. ℥ j. Aq. font. ℥ i ß. M.* Poſt aſſumptum hunc hauſtum, unius horæ intervallo, vitioſiſſima plurima & ore & alvo rejecit. 2. A purgatione *R. Ol.*

Vngu. ad Luem Vener. *Irin. Keirin. Laurin. an. ℥ iij. Axung. porci maſculi liquef. & colat. ℥ ix. ſuccor. radic. Ebuli, Abſynt. & Rutæ agreſt. an ℥ iij. Vin. Malvat. aut alterius generoſi ℔ j ß. Coqu. omnia ſimul ad conſumpt. ſuccor. & Vini, lento igne: deinde colentur, & Colaturæ addantur Bdell. diſſol. in Aceto ʒ ix. Oliban. pulveriſ. ſubtiliſſ. ℥ ij. ʒ ij. Euphorb. Pyrethri ſubtiliſſ. pulveriſat. an. ʒ vj. Ceræ q. ſ. M. omnia ſimul, & ponantur ſupra ignem donec cera liqueſcat: deinde removeantur ab igne, agitando cum ſpatula usq; ad refrigerationem. Tum addatur Mercur. extincti cum Vrina vel Aceto forti ℥ i ß. & intimè miſcendo f. Vnguent.* De hoc capiat Unctor pro una vice ℥ ß. & in calido hypocauſto ventis avio, membra dolore & tuberoſitatibus obſeſſa, mediocri frictione calidè

lidè inungat: de hinc ægrum ita illitum, & in lecto probè contectum, sudare jubeat, ad virium usque tolerantiam. A sudore absterso quiescat per horam unam. Hanc Litus curationem hoc pacto adhibitam, per decem dies æger sustinuit, & quartâ die felix operatio per os, quam σιελισμὸν, salivationem vocant, consequuta est. Ante hanc operationem, sæpè unctor ℥ ij. Unguenti pro una vice adhibuit: purgatione verò apparente, ℥ ß. duntaxat. 3. Septimo quoque die usus est *Purgat. antecedente.* *Purgat.*
4. Porrò sudore absoluto, ulcera cacoëthe, *Oleo nostro Sulphur.* calidè illita, & *Emplast.* *O'. Sulph.*
Diasulph impositum est: quibus duobus remediis malignitas ulcerum contumacissima execta fuit, in quinque septimanarum spatio. Cibus administrabatur *temperatus,* *Victus.*
optimus, sed paucus. Urgente siti, *vinum nobile concedebatur, quantitate moderata.* Aeger sudaturus Emplastra ab ulceribus removebat. Atq; ita deplorati hominis immedicabilia mala, brevi hac curâ per Divinam benedictionem ablata sunt. *Empl. Dias.*

5. Pictor quidam multa Tubercula, φύματα Græcè nominata, in fronte ex morbo gallico habebat: quæ *Ol. Sulph.* manè ac vesperi illito intra paucos dies tollebantur. *VIII, 53.* *Ol. Sulph.*

6. Pariter Scriniarius quidã, Tubercula gallica unius Juglandis magnitudine in fronte gestabat: quę in calido loco, manè & *VIII, 54.*

Ol.Sulph. vesperi, perungebat *Ol. Sulp.* & lintea calida posteà supra frontis hęc phymata imponebat: sicq; ea omnino citissimè depulsa sunt.

VIII. 57. 7. Pustulas & Vlcera gallicana inungi
Ol. Sulph. curamus *Ol. Sulph.* manè & vesperi. Quo solo divino remedio omnes fiunt sani.

X. 29. 8. Civis cujusdem Vxor, 28 annorum, graves sustinebat Gallicos dolores cum Febre, qui brachia potissimùm infestabant: Vrina erat spumosa & turbida. 1. *R. Decoct. Sen-*
Purgat. *næ ℥ iij. Syr. ros. sol. Mont. ℥ ß. Diaphœn. ʒ v. Confect. Hamech ʒ j ß. M. pro haustu*: quo rectè purgata
Venæsect. fuit. 2. Post corporis purgationem *Sanguis vitiosus multus ex utraq; vena Basilica extractus fuit*. 3. Quarto die à Venæ sect. usa est *Deco-*
Sudorifer. *cto ligni sancti*, tamdiu donec omnis dolor soporatus est, id quod in paucis dieb. feliciter
Victus. consequutū est. In tota cura, *tenui victus ratione* utebatur. Pro potu bibit *Decoctum ligni S. secundarium, in quo rad. Cichoreæ incoctæ fuerant.* His brevi tempore convaluit.

X. 30. 9. Civis quadragenarius Dolore articulari gallico, cum Febre, Dyspnœâ & Dyspepsiâ afflictus erat; Vrina ostendebatur spumosa, turbida, aliâs colore bono prædita. Hunc utpote pauperē sanavi intra 20. dies
Sudorifer. solo sudorif. seq. *R. Card. bened M iij. rad. Asari minutim concis. ℥ ij. Coqu. lento igne in Aquæ & Vini an. ℔ vj. ad tertias. Colatura servetur in vase vitreato*: de qua manè in lecto bibit æger ad viij ℥ calidè, & benè contectus sudavit multùm, atq; indies meliùs habuit.

10. Studiosus Gallica tubercula in fronte habens, per *Oleum Sulphuris* curatus est. X. 33. *Ol. Sulph.*

11. Nobilis quidam in aula, natus annos 26. perferebat continuos & graves dolores, Gallico vitio contractos, manus potissimũ, brachia & pedes, per integras noctes infestantes. *1. R. Decoct. Sennæ ℥iß. Syr. de Rhabar. sol. ℥iijß. M. pro haustu*: quem altero die manè repetivit, ac rectè multumq; purgatus fuit. 2. Post purgat. tale balneum parabatur. *R. fl. Chamom. Melilot. Aneth. Fœnugr. sem. Lini, an. Mj. Absynth. Menth. Calamenth. Puleg. Abrot. Carui, Ameos, Polypod. querc. Beton. flor. Stœchad. Arab. Salv. Acori, herbæ Paralys. Origan. gran. Iunip. bacc. Lauri, an. Mjß. Rosar. rub. Chamæd. Chamæp. gran. Myrti, Spicæ, an. M ß. Sulph. vivi ℥ij. Salis nitri ℥j. M. Coqu. omnia in Aquæ fluvialis q. s. ad tertias.* In colatura calida insedit patiens per horam, & pòst egressus in lecto stragulis contectus, sudavit duas circiter horas. *3.* Deniq;, corpore à sudore absterso, dolentes partes *Balsamo antipodag.* inunximus: quo dolor omnis in 7. diebus evanuit. Cibi dabantur *boni succi.* Potus *decoctum Ligni Sancti.* X. 92. *Purgat.* *Balneum.* *Balsam. antipodagr.* *Victus.*

SCORBUTUS.

Cauponis filius 13 annorum, in gravem Scorbutum incidit, cum horrendis symptomatibus eum morbũ comitari solitis, nempe oris graveolẽtiâ, laxo & sanguifluo gingivarum tumore, dentibus vacillantibus, VII. 91.

 ulcus-

ulcusculis innumerabilibus, fœtidissimis, ad os, palatum & fauces usq; diffusis, Spirandi item difficultate, Mariscis, &c. Ad hęc rara & nostratibus incognita vitia propulsanda, talem curam institui. 1. Corpus cacochymicũ universali purgatione evacuavi. *R. Aq. font. puræ ℥ iiij. Conf. Psulæ quant. castan. M. f. haustus*: qui colatus & exhibitus, languidè purgavit. 2. Itaq; *R. Decoct. Sennæ ℥ j ß. Syr. è Senna ℥ j. M.* Hujus operatione varia, eaq; graviter olentia, in magnâ copiâ dejecta sunt. 3. Præterea ad sananda ulcuscula, oris partes undiq; obsidentia, præscripsi seq. *R. Hydromel. Aquæ claræ, an. ℔ j. Alumin. ℥ ß. M. f. Gargarismus*, factâ unicâ ebullitione, quo manè, post cibum, & vesperi cubitum iturus, calidè loca affecta & deformia gargarisando colluat. 4. A` gargarisatione exulceratas partes & dolentes blandè irrigavit Mixturâ seq. *R. Olei Heracl. ℥ j. Aq. Plantag. ℥ ij. M.* 5. Finito hujus misturæ usu, quia difficilimè deglutiebat, *trochisc. ex Oleo Heracl. unum* sumpsit, & in ore liquefactum sensim absorpsit. His omnibus mirè juvabatur, scilicet confectione istâ Dyspnœam ex toto tollente, Gargarismo, cũ Mixturâ atq; Trochiscis brevî ulcera maligna persanantibus. Ficis autem ani medebar *Ol. nostro. Sulph.* Alimenta erant *calefacientia & siccantia*: Potus *vinũ generosum*. Itaq; in quatuor septimanis, ab odioso hoc affectu, Dei benignitate & ope meâ sanus evasit.

Purgat. *Alia.* *Gargarism.* *Ol. Heracl.* *Troch. Herac.* *Ol. Sulph.* *Victus.*

PRU-

PRURITVS.

1. Quidam Magiſter Artium & Philoſ. in anno ſuæ ætatis 28. longo, odioſo & gravi totius corporis pruritu divexabatur. *1. R. Maſſ. pilul. Sine quib.* ℈ *ij. de Fumo ter.* ℈ *j. Ellebor. nigr. præp. gr. iij. Cum Syr. roſ. ſol. Mont. f. pilul. 9. involvantur Cinamomo.* Has ſumens poſt cœnam, multoties multa variaque egeſsit. 2. Perpurgato corpore ſecuit *Venam Hepaticam, & copiosè ſanguinem* detraxit. 3. Elapſis à Venæſectione quinque diebus, lavit in *Balneo, ex ramentis ligni Iuniper. & fol. quercin. in Aqua coctis parato*: quo utebatur ſingulis diebus, ad pruritus extirpationem. IX. 19. *Pilul.* *Venæſect.* *Balneum.*

2. Vir 36 annorum, laborabat inſanabili Scabie valdè pruriginoſâ, per longum tempus, adeò ut nullam requiem dies noctesque haberet: neque etiam Medici, quos multos conſuluerat, quicquam juvamenti attulerunt. Tandem ad me venientem juvi ſeq. 1. *R. Decoct. Sennæ* ℥ *iijß. Syr. roſ. ſol. Mont.* ℥ *j. Confect. Hamech* ʒ *vj. M. f. hauſtus*: quo benè purgatus fuit. 2. *R. fol. querc. M x. Coq. in Aquæ chalyb. q. ſ. pro balneo.* Hoc utebatur per 8 dies, & à Scabie quidem immunis factus eſt, pruritus tamen remanſit. 3. Quare nono die purgatus eſt ut ſuprà. 4. Contra pruritum autem *R. Unguent. Populeon.* ℥ *ij. Ol. roſat.* IX. 89. *Purgat.* *Balneum.* *Liniment.*

rosat. ℥ß. *Succ. Plantag.* ℥j. *Opij* ℈ß. *cum Aceti acerrimi* ℥ij. *dissolvantur & incorporentur*, *ut f. Ungu.* quo manè & vesperi perunxit pedes pruriginosos. Ab his longissima & asperrima cutis prurigo omninò discessit. Cibaria

Victus. exhibebantur ἄχυμα: Pro potu *Vinum melissatum.*

SCABIES.

III. 1. 1. Clarissimus quidam Iuris-consultus sexagenarius, vexabatur Scabie manuum insanabili: in qua pustulæ parvæ, plurimæ, albidæ oriebantur subinde, quibus ruptis aquositates effluxerunt. Erat hic temperaturâ phlegmaticus, & Scabies ista origine trahebat ex pituita tenui & salsa. Multis varijsque remediis, Lotionibus, Balneis, Unguentis, Linimētis frustra usus, tandem ad me venit: Cui post corporis evacuationem universalem, & *venæ Medianæ* sectionem celebratam, suasi, ut manè & vesperi

Aq. Mercur. pustulas ruptas ac expressas *Aquâ nostrâ Mercuriali* quotidiè lavaret, & siccari ex se permitteret. Sicque hujus lotionis continuatione, intra paucos dies ex toto manus sanatæ sunt.

III. 80. 2. Vir 30 annorum, Scabie & Pruritu totum corpus fœdante laborabat, cū Dyspnœa, Tussi, Anorexiâ. Urina erat spumosa

Purgat. & turbida. 1. *R. Decoct. Sennæ* ℥iiij *Conf. Hamech* ʒvjß. *M. pro haustu*: quo rectè & copiosè expurgatus

purgatus

purgatus est. 2. Post hanc purgationem *venam dextri cubiti Medianam aperuit, multumq́; sanguinis emisit.* 3. Septimo à sanguinis missione die, ordinavi seq Balneum. *R. Alumin. ℥v. Sal. petræ ℥iij. Sulph. vivi ℥ij. Redigantur in pulv. & Coqu. in Aquæ pluvial. q. s.* Usus est hoc balneo manè & vesperi & tertio quoque die renovavit, & intra 20 dies ab ista fœda lue & symptomatibus liber evasit. Potus erat *Decoctum Melissæ saccharatum.* *Venæsect.* *Balneum.* *Victus.*

3. Puella 9 annorum, Scabie & Ventris dolore affecta, brevi sanitati restituta est per hæc. 1. *R. Cons. Bened. quantit. avellanæ, Vini ℥ß. M. f. haustulus frigidè & jejuno ventre sumendus:* hoc totum corpus à vitiosis & cacochymicis succis optimè fuit expolitum. 2. Sequentibus diebus lavit in *Baln. aquæ dulcis, in qua decoquebantur Iuniperi grana viridia, & Nuces piceæ,* Dannzapffen *Germanis.* Atque continuatâ lotione à Scabie totius corporis liberata est. *VI. 37.* *Cons. Bened.* *Balneum.*

4. Puer trium annorum, pruriginosâ Scabie laborabat, per totum corpus. *R. fol. Quercus, Pisor. an. M v. Coq. in aquæ q. s. ad Baln.* In hac decoctione singulis diebus manè, & à meridie residebat, & mox magnum juvamentum, ipsamq́ue etiam sanitatem consequutus est. Cibi erant *boni succi.* Potus *serum lactis.* *VIII. 28.* *Balneum.* *Victus.*

5. Illustris quidam Comes, manus scabiosas, quæ nullis remedijs antea curari *VIII. 51.*

pote-

Ol. Sulph. poterant, habens, ex inunctione *Ol. Sulph.* vesperi administratâ, in paucis diebus convaluit.

VIII. 73. 6. Consulis filius, puer decennis, laborabat pruriginosâ Scabie totum corpus fœdante, cum Capitis dolore & Inappetentiâ: qui ex aliorum Medicorum curis nullum juvamentum assequutus, ad me adductus

Purgator. est. 1. *R. fol. Sennæ mund.* ʒ ij *Rhab. el.* ʒ ß. *Passul.* ℥ ß. *Vini* ℔ j. *Macerentur simul, fiatq; infusio, pro quatuor vicibus*: manè & per horam ante cœnam haustulum unum ex his frigidè ebibit, & inde facilè ac salubriter purgatus est. 2.

Balneum. Expurgato corpore, in *Aquâ decoct. fol quercin. & pisor. lavit*, quotidiè balneum renovando: idq; tamdiu, donec omni scabie & pruritu depulso, in paucis diebus sanitatem consequutus est.

IX. 20. 7. Mulier 50 annorum, Scabie, Dolore

Purgat. pedum & artuum vexabatur. 1. *R. Decoct. Sennæ* ℥ iiij. *Confect. Hamech* ʒ vj. *M. pro haustu*: quo rectè ac benè perpurgata fuit. 2. Post

Balneum. purgationem *R. rament. ligni Iunip.* ℔ j. *fol. quercin. M.* xxx. *Conor. abiet. vulgò* Dannzapffen/ *Num.* xx. *Coq. simul in aquæ q. s. pro Balneo, quotidie renovando.* Atq; tale lavacrum continuavit per singulos dies, donec penitus mundata fuit à Scabie.

PSORA.

VI. 95. 1. Quidam literis invigilans, Psorâ, Scabie

bie fœdissimâ molestatus fuit. *R. Decoct. Sennæ* *Purgat.*
℥ iij. Syr. de Rhabar. solut. ℥ vj. M. pro duabus dosibus, manè jejuno ventriculo continuis diebus sumendis : quibus optimè evacuatus & relevatus, urinam naturalem tertio die considerandam misit. Sequenti die matutino tempore *venam Hepaticam tundendam* curavi: *Venæsect.*
horis pomeridianis iterum *Medianam*. Utrâque vice sanguis admodum vitiosus atque corruptus emissus est. His omnibus ritè peractis, usus est *acidulis*, quibus omnino *Acidulæ.*
convaluit.

2. Monachus 22 annos natus, Psorâ *VI.* 97.
cum intolerabili pruritu cruciabatur. 1. *R. Decoct. Sennæ, Syr. ros. solut. Mont. an. ℥ iß.* Capiat hanc potionem per horam ante cœnã. *Purgat.*
2. Sequenti die manè sumpsit seq. haustum. *R. Decoct. Sennæ ℥ iij. Conf. Hamech ℥ v. M.* 3. Purgato sic corpore, *Medianam* pertundendam curo. 4. Quinto die à Venæsectione descendit in *Balneum Krumbadense*, *Venæsect.* *Balneum.*
non procul à Cœnobio Urspergensi situm.
5. A' balneo vespertino ungebat partes prurientes hoc Unguento. *R. Unguent. Popul. ℥ ij. Ol. ros. ℥ ß. Succi Plantag. ℥ j. Opij ℈ß. Cum Aceti acerrimi ℥ ij. M. incorporando omnia s. a. in Linimentum.* His deploratam & diuturnam istam Scabiem, divinâ affulgente gratiâ, depuli. *Unguent.*

3. Pictoris cujusdam Uxor, 36 annorum, faciem habebat asperam, duram, *VII.* 47.

pruriginosam & psorosam, serpentibus per totam eam pustulis albis vehementer cutim exedentibus, & furfuracea ex se quædam excutientibus. 1. R. *fol. Sennæ mund.* ℥ j. *Meliss. M* ß. *Cinamom. el.* ʒ j. *Sacch. cand.* ℥ ß. *Bulliant in* ℔ iiij *Aquæ, per horæ quadrantem.* Manè & per horam ante cœnam bibat ægra ℥ vj, quotidie. 2. Psoram manè & vesperi inungebat calidè *Oleo nostr. Sulph.* quo exacta est omnis Scabies. Sed spatio unius & alterius mensis recruduit malum. Iussi ergo cutem faciei, Impetigine denuo deformatã, lavari *Aquâ Mercur. nostrâ.* Inde Dei benedictione convaluit mulier, malo non amplius redeunte.

Purgat.

Ol. Sulph.

Aq. Mercur.

VIII, 56. 4. Studiosus quidam pius & doctus, 22 annorum, Cervicem habebat valdè contaminatam Psorâ & fœdâ Scabie ac prurigine: quæ manè & vesperi *Oleo Sulph.* peruncta, & postea linteis calidis contecta, intra 8 dies persanata est.

Ol. Sulph.

IMPETIGO.

I. 83. 1. Martinus & Andreas filioli mei charissimi, patiebantur diu in brachiis, ventre ac cruribus, feras, tristes atque flebiles Impetigines: quas manè & vesperi, juxta ignem illinebam *Sulphuris Oleo*; quo intra perpaucos dies dolor, pruritus, omnisque infectio submota est, nec unquam postea recruduit.

Ol. Sulph.

2. Agri-

2. Agricola, circa ætatis annum 50 patiebatur in toto dorso Lichenas seu Impetigines contumaces & feras; cum magno pruritu. Hic mox factus sanus est *Oleo nostr. Sulph.* quo manè & vesperi impetigines inungebantur. IV. 39. *Ol. Sulph.*

LEPRA.

1. Studiosus faciem habebat veluti leprosam: quâ manè & vesperi *Oleo Sulph.* inunctâ, in octo diebus mundatus est. VIII. 50. *Ol. Sulph.*

2. Virgo 22 annorum, Mensium suppressione laborabat, indeque Leprâ & Elephãtiasi infici cœpit, cum magno Pedũ dolore. IX. 95.
1. *℞. fol. Sennæ ℥ j. rad. Asari ℥ ß. Card. bened. M ß. Vini, Aq. an. ℔ j. Macerentur in loco calido pro Infusione:* ex qua manè bibit ad ℥iiij. per dies aliquot, donec rectè fuit evacuata. 2. A purgatione absolutâ, uti incepit Balneo seq. *℞. Plantag. M v. fol. quercin. M vij. Pisor. herbæ* (Erbißkraut oder strow) *M x. Coqu. hæc in Aq. q. s. ad balneum:* Cujus usu continuato, totum corpus perbellè sanatum fuit. 3 Præterea ut menses ordinatè fluerent, *Saphenas, Lunâ crescente, secari jussi:* quæ sectio multùm profecit, omnemque ad integram sanitatem consequendam opem contulit. Cibos imperabam *boni succi, ac paratu emptuq; faciles:* quia erat tenuioris fortunæ. *Vinum bibebat Melissatum.* *Purgat.* *Balneum.* *Venæsect.* *Victus.*

VERRUCÆ.

IV. 72. 1. Textoris filiola, manus habebat multis pruriginosis Verrucis fœdatas: quæ intra paucos dies deciderunt, lotæ quotidie
Aq. Mercur. *Aquâ Mercuriali sine abstersione.*

X. 34. 2. Iohannes filius meus, digitos in utraque manu multis & magnis Verrucis obsessos tenebat. Has præsecuit, & quotidie *A-*
Aq. antipod. *quâ nostrâ antipod.* lavit, sicque in paucis diebus omnes eradicavit.

SCIRRHUS.

VIII. 84. Nobilissima Matrona, longo tempore in sinistro latere supra costas passa erat Scirrhum, instar capitis humani magnum, durum & doloris expertem. Ad hunc tumorem auferendum, Chirurgi multa machinati sunt; sed frustrà. Ego tandem accersitus affirmavi, & experientiâ confirmavi, eum non aliter nec tutiùs tolli posse, nisi per medicamenta emollientia, maturantia & suppurantia: quæ omnia *Oleum Sulph.* & *Emplastr. Diasulphuris* præstare dixi. Chirurgi audito meo proposito acquiescunt: consentit etiam læto animo Matrona, quæ antea valdè tristis & anxia erat, quia Chirurgi sectionem urgebant. Selegi itaque, rogatu Matronæ, ex Chirurgis magis idoneum, cui demandavi totam curam, quæ talis

talis fuit. Jussi ut quotidie bis, manè ac vesperi, totum Scirrhosum tumorem *Oleo Sulphur.* perungeret: & posteà superimponeret *Empl. Diasulph.* Ubi sic indies processit, en mirum, tumor paulatim emollitus, maturatus, suppuratus, ruptus & in ulcus versus est, ex quo puris varii permagna quantitas effluxit. Turundam deinde *Oleo Sulph.* perlitam ulceri imposuit: qua paulatim conglutinatum, & ex toto præter omnium spem sanatus est Scirrhosus hic tumor immanis & horribilis.

Ol. Sulph.

Emp. Diasul.

TOPHI, PRÆSERTIM PODAGRICI.

Ad tumores duros, quos Latini Nodos, Nodositates, Tophos, Græci πῶροι appellant, emolliendos, leniendos, discutiendos & abigendos, usi sumus & utimur pro omnibus *Oleo Sulphuris*: quo calente manè, meridie ac vesperi, hi tumores inunguntur, & desuper *Emplastr. Diasulph.* actu calidum applicatur. Atque his indies tophos emolliri, leniri, discuti & profligari, longo tempore sumus felicissimè experti.

IX. 52.

Ol. Sulph.

Empl. Diasulp.

SCROFULÆ.

1. Studiosus Adolescens, 18 annorum, passus est in Collo Strumam, vulgò *I. 63.*

fulam, Græcè χοιράδα appellatam. Curandi rationem à Solis & Lunæ oppositione exorsus, 1. Catapotia præscripsi. *R. Mass. pilul. Cochiar.* ʒß. *Aromat.* ℈j. *Cort. Helleb. nigri gr. iii. Cum Syr. de Hellebor. f. pilul. 7. Involvantur pulvere Cinam.* Has sumpsit à cœna, & multùm egessit. 2. *R. Coaguli* ℔ *i. Brodii caseati q. s. Coqu. in formam pultis* : quam manè ac vesperi, supra strumosum collum calidam applicabat quotidie. 3. *R. Spong. ustæ* ℥ *iii. Piperis gr. C. fiat pulvis, qui coquatur in Vini albi q. s. in quo priùs rad. Ebuli decoctæ sint, ad tertias:* postea colatum jus reservetur in vase vitreato obturato, & reponatur in locum frigidum. Post usum pilularum, hujus Vini decocti ℥ v. manè, totidem post prandium, & etiam à cœnâ, singulis diebus hausit. 4. Quinto quoque die suprà descriptas *pilulas* sumpsit. Potus in mensa reliquus, præter Decoctum præscriptum, erat *Vinum bonum, purum, odoriferum.* Cibos *omnis generis siccantes* permittebam. Evitabat autem *omnia olera, pisces, fruges, juscula, cæteraq́; humectantia.* Atque ita continuabam hanc totam curationem à plenilunio usque ad novilunium, prætermissis totius conjunctionis diebus. Et sic quidem, intra spatium 40. dierum, tota Struma omnino discussa ac resoluta fuit : nec ab annis jam multis, gravis, odiosus, & ferus iste morbus reversus est.

Pilul. *Cataplas.* *Potio.* *Victus.*

2. Ge-

2. Generosa quædam Virgo, Nodum magnum, ad Strumam transeuntem, patiebatur in Collo: quem mox in totum extirpavimus, applicando manè & vesperi *Balsamum Sulph.* & desuper imponendo *Empl. Diasulph.* VIII. 1. *Ol. & Empl. Diasulph.*

3. Æditui infans, decem diebus à partu, Strumam in collo enatam habebat, ob quam difficilimè & cum sonitu respirabat, ut suffocatio timeretur. Curatus autem mox est per *Ol. Sulph.* quod manè & vesperi linteo inductum applicabatur: nam in quinque diebus omnis tumor evanuit, ac infans facilè respiravit & valuit. VIII. 41. *Ol. Sulph.*

4. Studiosus Adolescens 20 annorum, aliquot annis Strumâ magnâ subinde crescente torquebatur, quam Spirandi & Deglutiendi difficultas comitabatur. Quia in rectè curandis strumis, crescentis Lunæ & decrescentis tempora Medico observanda sunt, ideò in hoc Adolescente curationem institui à Lunę oppositione usque ad conjunctionem: à cõjunctione verò ad oppositionem intermisi. 1. Per singulos dies bis, manè videl. & vesperi, totam Strumam *Oleo Sulph.* calente perungi curabam: & calida lintea circumplicabã. 2. Præterea singulis 4 diebus, exhibui manè *Spirit. Vitæ aur.* ℥ j. quo multũ expurgatus fuit à phlegmaticis humoribus. Interea in aëre versabatur calido & sicco. Cibus *calefaciens &* VIII. 87. *Ol. Sulph.* *Spir. Vit. aur.* *Victus.*

ſiccus dabatur: in potu *Vinum*. Atque his paucis tumor indies decreſcebat, ac in 40 diebus totus evanuit, ac ampliùs non rediit. Id quod etiam in multis aliis feliciter & veraciter ſumus experti, L.D.

GANGLION.

X. 100. Monialis Ganglium ſeu Lupiam habebat, in manûs Carpo ad nucis molem ſubortam: ob quam ægriùs manum movebat.

Sudorifer. fotus. *R. fl. Chamom. Salv. gran. Iunip. an M iij. Decoq. in Vini q. ſ.* Supra hoc decoctum, in vaſe operto, tenebat manum mane & veſperi, ut multum deſudaret. Poſt ſudationem perunxit

Ol. Sulph. ad prunas benè Ganglium ipſum, *Oleo ſeu Balſ. noſtro Sulph.* Atq; his intra paucos dies, tumore evaneſcente, convaluit.

PEDUM TUMOR OEDEMATOSUS.

V. 16. 1. Præpoſitus Monaſterij pedes habebat œdematoſos valdè, anno 40 ætatis. *R.*

Laconicum. *rad. & fol. Sambuci, Ebul. Raphan. Abſynth. Puleg. Origan. fol. Lauri, Centaur. min. Aneth. bacc. Lauri, Rutæ, Abrotan. Marrub. Salviæ, Thymi, Naſturt. Chamom. Heder. Roſmar. Majoran. Calamenth. Sali, an. M j. Sulph. M ß.* Hæc omnia ſimul in lixivio bulliant pro Decocto: cujus uſus erat ejuſmodi. In cupâ idoneâ priùs igne vaſe impoſito incaleſcente, & lodice tectâ,

aut

aut etiam panno denſo vel operculo commodo, inſidebat æger Præpoſitus ſuper ſedecula, circa thoracem & collum ita munitus, ut nihil vaporis exhalaret: deinde præcedens decoctum in cacabo vel vaſculo aptiore fervidum, intra tibias collocabatur, in quod ſubinde igniti ſilices immittebantur, ut novus & copioſus denuò excitaretur vapor, qui à pedibus tumidis quàm fieri poterat, calidiſsimus excipiebatur: ne tamen primi ſemper fervoris violentia ureret, ſedulò cavit. Hunc ſudandi modū, quādiu poterat, tolerabat: poſteà linteo calido involutus in contiguum lectum calentem deponebatur, in eoq; aliquantiſper etiam ſudabat. Cùm aliquot dies hoc balneum continuaſſet, tumor decrevit indies, ac brevi ex toto evanuit.

2. Mulier ſexagenaria pedes Tumidos habebat. *R. Stercoris vaccini q.ſ. Aceti q.ſ. Coq. ſimul ad pultis conſiſtentiam.* Hac aliquoties pedibus tumentibus applicatâ, brevi admodum tumor omnis abſumptus eſt. IX. 12. *Cataplaſm.*

PHLEGMONE.

1. Lanificis filia 10 annorum, Dolorem acutiſsimum ſub Umbilici cute ſuſtinebat, cum magno umbilici & ventris tumore. Juſsi locum affectum inungi manè & veſperi *Balſamo Sulphur.* ac *Malvas in lacte caprino coctas* ſuperimponi. Quibus abſ- I. 89. *Balſ. Sulph.*

cessus velociter maturatus ad suppuratio-nẽ pervenit, ac eo disrupto effluxit indies sanies liquida & multa: unde posteà omnis dolor illicò soporatus est. Post disruptionẽ autem manè & vesperi utebatur *Balneo decoctionis Pisorum*: è quo egressa semper umbilicum *Balsamo* prædicto inungere jussi, turundamq; eodem *Oleo* intinctam imponi. Atq; his tribus præsidiis solis, intra 12 dies, ex toto ulcus perfectè curatum fuit, L.D.

Balneum.

I. 90. 2. Professor quidam diligentissimus, vexabatur in metacarpio & gibbo manûs Phlegmone seu Apostemate calido, quod vulgus Vomicam appellat: quã comitababatur acer dolor, cum rubore atq; tumore magno. Pro hoc curando exhibui *Balsamum Sulph.* ut manè, meridie ac vesperi, eo vomicam probè illiniret, & linteola superimponeret per levem ligaturam. Quod cùm fecisset, statim maturatus, mox disruptus, & tandem in paucis diebus consolidatus & curatus abscessus est.

Bals. Sulph.

I. 94. 3. Joannem & Annam Mariam liberos meos charissimos, & multos alios Apostemata perpessos, sanos feci intra paucos dies, per solum *Empl. Diasulph.* Admovi autem id manè & vesperi, unde citissimè ad suppurationem venêre: deinceps ultrò rupta, & indies bis mundificata, mox ad consolidationem perducta sunt. Quia in hoc *Emplastro* divina, miranda & celer inest vis emol-

Empl. Diasulp.

emolliendi, ſuppurandi, rumpendi, abſtergendi & conglutinandi: quemadmodum experientia longa multaq; docebit in Centuriis. III. 30.

4. Studioſus, ætatis ſuæ anno 11. patiebatur in manu Abſceſſum ſeu Inflammationem. Cataplaſm. *1. R. fl. Nymph. Naſturt. aquat. an. M ii. Contund. cum forti Aceto roſac. in formam Cataplaſmatis, addendo parum Olei roſacei.* Hoc applicabam manè & veſperi calidè, ſuper affectam manum, & intra biduum Apoſtema ruptum eſt, tumore, calore & dolore recedentibus. Lotio. 2. Mox ulcus ſanatum fuit ſeq. *R. Veronic. M iij. Piſor. Mj. Decoqu. in lixivii & aceti an. ℔ x. ad conſumpt. ℔ ij.* In hoc manum immittebat manè & veſperi, per quartam horæ partem: ex quo indies meliùs habuit, & citiſſimè convaluit.

BUBO.

1. Filio meo Andreæ, circa ætatis annum IV. 3. 15. Bubo & Apoſtema ſub alis, ſine Febre, enatum eſt. Perunxi hoc manè & veſperi *Oleo noſtro Sulph.* ac deſuper applicavi *Empl. Diaſulph.* Ol. Sulph. Empl. Diaſulph. Quibus intra decem dies maturatum & conſolidatum fuit.

2. Quidam 18 annorum, habebat Inguinum permagnam Inflammationem, VIII. 23. cum dolore: pedes ægrè movit, non potuit ſtare, minùs ambulare propter eam. Cataplaſm. *1. R. pingued. Porci ℔j. Abſynth. contuſi q. ſ. M. f. pulticula:* quam applicabam manè & veſperi per 3

 dies,

dies, unde tumor emollitus, ac cum dolore diminutus fuit. 2. Post tres dies unxi Bubo-
Ol. & Empl. nem *Oleo Sulph.* & desuper apposui *Emplast.*
Diasulph. *Diasulph.* Ex quorum usu intra 4 dies rectissimè cõvaluit. 3. Interea dum ambulare cœ-
Purgat. pit, sumpsit seq. purg. *R. Decoct. Senæ ℥ j. Syr. è Rhabar. sol. ℥ iij. M. pro haustu*: qui fecit quinq; magnas sedes, & magnopere profuit.

X. 33. 3. Quidam patiebatur Bubonem pestiferum, qui *Oleo Sulph.* curatus est.

ANTHRAX.

X. 85. Monialis passa est in pede Carbunculum seu Carbonem, Ἄνθρακα Græcis dictum, malignum & sævum. Hanc sanavimus, post multa frustra ab aliis tentata re-
Emplastr. media Emplastro, quod *R. Stercor. vaccin. ℔ j. Aceti ℥ iij. Ol. rosat. ℥ iiij. Croci ℈ ß. M. f. Empl.* quod singulis tribus horis tepidè applicatum, mitigavit dolorem, calorem extraxit, & tumorem removit.

ERISYPELAS.

I. 43. 1. Senex 68 annorum, patiebatur exulceratum Erisypelas in pedibus, cum magno dolore ac tumore & Appetitûs quoq;
Purgat. amissione junctum. Primò purgavi: *R. Syr. rof. sol. Mont. ℥ j. Extr. Esulæ ʒ ß. Decoct. pectoralis*
Lotio. *℥ j ß. M. bibat benè manè.* 2. *Rec. Rosar. M iiij. Plantag. M iij. Bulliant aliquantisper in Aquæ*

q. s.

q.s. In hanc tepidam manè & vesperi affectos pedes immittebat: inde extractos & molli linteo abstersos inungebat bis quotidie sequenti Unguento. *3. Rec. Litharg.* ℥ *iij. Vnguent. Populeon. Cerus. ablutæ & Infrigidant. Gal. an.* ℥ ß. *Ol. ros. compl.* ℥ *j. Permisceantur omnia in mortario donec f. Vngu. ut est artis.* His in octiduo sanitatem consequutur est. *Vnguent.*

2. Ecclesiasten septuagenarium, Erisypelas cum vehementi ardore, dolore & tumore afflixit, in altero pedum, ita ut nec movere nec insistere ei potuerit. Exulcerata loca inungi feci, manè & vesperi, *Oleo Sulph. nostro*: & desuper toti affecto pedi applicari lintea triplicata *Aquâ calcis* imbuta & leniter expressa. His factis calor, tumor, dolor & exulceratio, intra biduum recesserunt, ac pedibus mox insistere cœpit & inambulare. *V. 1.* *Ol. Sulph.* *Aq. Calcis.*

3. Mulier utero gerens, 40 annos nata, correpta est Erysipelate phlegmonode, in dextro pede usque ad genu, cum gravi dolore. *R. flor. Nymph. Nastur. aquat. an. M iij. Contund. cum s. q. aceti*: & *tepidè apponebantur manè ac vesperi*. Diæta fuit *refrigerans & humectans*. Potus *decoctum Hordei Saccharatum*. His paucis morbus cum dolore mox depulsus est. *IX. 61.* *Cataplasm.* *Victus.*

4. Socer meus, in utroq; crure Erisypelas & ignitam rubedinem per crura diffusam, *X. 86.*

ſam, cum vehementiſsimo dolore paſſus eſt. Huic *Balſamum antalgetum noſtrum*, foliis cauliuminunctum, pedibus affectis applicavi: quo præter aliorum ſpem ſtatim dolor lenitus eſt, & ipſe æger quievit ac dormivit, qui antea dies & noctes vigiles & inquietas perduxit, ob impatibiles cruciatus.

Balſam. antalget.

MAMILLARVM TVMOR.

VIII. 2.

Virgini cuidam altera Mamillarum tumuit, indurata fuit, doluitq; vehementer. Hæc manè & veſperi mammam affectam *Balſamo noſtro Sulph.* inunxit, & *Empl. Diaſulp. noſtr.* impoſuit. Quibus indies dolor, durities & tumor diminuta ſunt, ac paucis diebus ad ſuppurationem pervenit, & multis in locis aperta mamma eſt, brevi tamen in integram ſanitatem eadem reducta eſt. Nam hæc duo remedia valent ad omnia mammarum vitia, etiam adulcera earum cancroſa.

Balſ. Sulph. Empl. Diaſul.

HVMERI TVMOR.

IV. 23. Catapla ſ.

Fœmina ſexagenaria patiebatur in dextro humore tumorem cum magno dolore, ita ut brachium movere vel ſublevare minimè poſſet. *R. Argillæ uſtæ, Furfur. ſecal. an. Miij. Aq. chalybeat. q. ſ. M.* Coqu. *& f. Cataplaſma:* quod crebrò applicatum calidè humero affecto,

fecto, tumorem & dolorem discussit, ac brachio mobilitatem reddidit.

PARONYCHIA.

1. Martinus Rul. filiolus meus, circa ætatis annum 7. angebatur Apostemate venenoso juxta Unguem, quod Græci παρωνυχίαν, Latini Reduviam, barbari Passam, Panaritium, Vermem, Germani Wurm/Ungenant/appellant. Ducebat dies & noctes insomnes, propter sævissimos cruciatus. Ei p noctem *Bals. Sulph. linteolo exceptũ imponebam*: quo eâ nocte statim Apostematis durities emollita & ad suppurationem perducta est. Manè acu apostema perforavi: è quo sanies multa, crassa, glutinosa & colorata effluxit. Posteà denuò *Balsam.* superimposui ad noctem usque, dein paulò minus saniei exire permisi, & ut cœpi ulcus religavi. Quievit eâ nocte dolor, & placidè dormivit puer. Hac curâ continuatâ, sexto die omnino sanus factus est, L.D. Et sic quidem plures alios eodem malo tentatos curavi. *I. 92.* *Bals. Sulph.*

2. Valentinus Rul. filiolus meus tres annos natus, infestabatur duobus Panaritiis duos digitos occupantibus, cum acerbo cruciatu. Manè & vesperi inungebam hos abscessus *Oleo Sulph.* & desuper applicabam *Empl. Diasulphur.* Per quæ citissimè maturati & rupti sunt: iisdemq; remediis etiam consolidati, & in paucis dieb. omninò sanati. *III. 87.* *Ol. Sulph.* *Empl. Diaf.*

3. Puer

IV. 4. 3. Puer septennis patiebatur Reduviam magnam, inter manûs Pollicem & Indicem digitos, cum dolore. Huic manè & vesperi *Ol. Sulph.* inungi, & linteola *eodem Oleo* imbuta applicari mandavi. Quo facto protinus abscessus mollescebat, maturescebat, & postmodum rupto eo ulcereq; facto, sanies multa virulenta effluxit, dolore omni recedente. Deinceps *eodem Oleo* applicato, optimè consanatum est ulcus intra 9 dies, L.D.

Ol. Sulph.

VIII. 16. 4. Otho Heinricus filiolus meus, ex 10 liberis charissimis ultimus, annos duos natus, παρωνυχίᾳ cruciabatur, cum sævissimo dolore: quem illicò sedavi *Oleo nostro Sulph.* quo manè & vesperi applicato, malignum apostema, emollitum, maturatum, ruptum, & intra 8. dies consolidatum est. L.D

Ol. Sulph.

X. 33. 5. Virgo vestalis Panaricium cum intensissimo cruciatu passa, per *Balsamũ Sulph.* itidem curata est.

Bals. Sulph.

CARO EXCRESCENS: MORTUA.

IV. 10. 1. Pro omnibus, ad carnem mortuam & excrescentem in ulceribus, ℞. *Croci nostri metallorum q. s.* Hic pulvis inspergatur carni mortuæ vel excrescenti, & citò ac absq; ullo dolore depascit eam atq; absumit, nostrâ multâ experientiâ teste.

Crocus metal.

VIII. 42. 2. Puello anniculo Caruncula in capite excreverat, nucis juglandis magnitudine.

Cura ejus hæc erat. Linteolum triplicatum *Oleo Sulph.* imbutum imponebatur carunculæ, manè & vesperi: quo emollita, maturata rupta & persanata fuit in 7 diebus. *Ol. Sulph.*

3. Monacha patiebatur in carpo manûs magnam Carnis excrescentiam, ob quam manus & digitos sine gravi dolore movere non poterat. *1. R. fl. Chamom Salv. gran. Iunip. an. M v. Coqu. in s. q. vini. in olla benè cooperta*: Manus super ollam vaporem recipiat, & ex suffitu diu multumq; sudet. Hoc manè & vesperi faciebat, & post sudationem semper manum *Oleo Sulph.* supra prunas inungebat. Hisq; intra 5 dies tumor evanuit, manum & digitos citra doloris sensum movit, & scribere facilè potuit. *VIII. 48.* *Suffitus.* *Ol. Sulph.*

ULCERA.

1. Pauperes, etiam deplorati & à Medicis deserti, curati sunt feliciter ab Ulceribus, per hæc paratu facilia. *1. R. Decoct. Menthæ q. s.* Hoc ulcera manè & vesperi mundificentur. 2. Post mundificationem inspergatur *pulvis Menthæ* in umbra exiccatæ. *IV. 8.* *Lotio.* *Pulvis.*

2. Philosophiæ Professor patiebatur in Collo Abscessum, cum magno tumore & dolore, quem maturatũ Chirurgus scalpello perforavit, ex eoq; indies alba sanies multa effluxit. Sed quia ulcus malignum, sinuosum & cavernosum erat, ad sanitatem remediis pmultis tentatis reduci non potuit. *I. 84.*

Itaq; Tonsori consului, ut ulceris sinus *Ol. Sulph.* mundificaret, & turundas eodem oleo intinctas inderet manè atque vesperi: quo continuò rectiùs habuit, & indies ulcus ad sanitatem optimam, L. D. pervenit.

Ol. Sulph.

I. 93. 3. Cujusdam Vxor, annos 37 nata, passa est ampliùs annum, in brachio ad cubitum Ulcus putre, sordidum, malignum, carnem ad os cubiti usq; latè depascens, ita ut os cariem superficiariam nigram contraxerit. Hanc primò purgabam. *R. Extr. Esulæ* ℈ij. *Iuris pisor.* ℥ v. Mixtum & percolatum ebibit, eoq; multum excrevit. 2. Deinde præparavi *Decoct. ligni Guajaci. R. rament. ligni Sancti* ℔ j. *Infundantur per diem & noctem in aquæ calentis* ℔ xij. *posteà coqu. lento igne ad medietatis consumpt. collectâ spumâ.* Hujus decocti colati calidè in aurora ℥ viij. sumpsit: vesperi autem tribus horis ante cœnam ℥ vj. & in lecto stragulis contecta, sudabat quamdiu ferre poterat. 3. Secundarium decoctum, quo utebatur pro potu in prandio & cœnâ, sic conficiebatur. *R. Scobes ex prima decoct. relictas, Aquæ font.* ℔ xij. *Coqu. ad quartæ partis consumptionem.* Victus ratio erat *parca, calefaciens & siccans.* 4. Post sudorem quotidie ulcus lavare *Decocto primo*, & linteolis exiccare Tonsorem, præcepi: tum os nigredine corruptum eradi, donec aliquid cruoris vel humiditatis appareret: posteà illini *Balsami Sulph. tribus aut 4. guttis*: tandem applicari

Extr. Esulæ.

Decoct. ligni. S. primum.

Secundariū.

Victus.

Bals. Sulph.

Empl.

Empl.Diasulph. meum jussi. Quibus omnibus caro in osse latè denudato procreata, & ulcus ad consolidationem, Dei nutu & gloriâ, in 40 diebus perductum est. *Empl. Diasulph.*

4. Mulieris quadragenariæ, totum ferè corpus ulcerosum erat, nec ab aliis Chirurgis, quorum crudeles manus aliquot annis experta fuerat, sanari poterat. Hanc ego, per Dei gratiam, brevi tempore sanavi. 1. *R. Syr. è Senna ℥ ij. Decoct. Sennæ ℥ vj. M. pro duabus vicibus manè biduo insumendis*: quibus universum corpus benè recteq; perpurgatum fuit. 2. Ulcera alternis diebus semel manè lavabantur, & per se siccabantur. *R. Aq. Plant. ℔ j. Rosar. ℔ ß. fl. Malor. Arant. ℥ iij. Argenti vivi sublim. pulveris. ℥ ß. M. & Coq. omnia lento igne per horæ quadrantem, dein removeantur ab igne, & cùm deferbuerint in phialam, vel vitrum fundantor ac servantor, ad lotionem uti præscriptum.* *V. 19.* *Purgat.* *Aq. Mercur. Alex. Pedem.*

5. Nobilis adolescens Studiosus tibiam habebat, multis annis Ulcere insanabili affectam: nam nullis remediis ad sanitatem unquam pervenire potuit. Ego verò deploratum hoc ulcus ita curare felicissimè cœpi. *R. Aq. Plantag. Olei nostri Heracl. an. ℥ iij. M.* Hâc misturâ ulcus abluebam, manè & vesperi, illudq; siccari per se sinebam. Atq; sic crustas induxi ulceri, ac in paucis diebus ad integerrimam sanitatem reduxi. *VIII. 38.* *Ol. Heracl.*

6. Studiosus quidam, anno ætatis 18. Fistulam in pectore diu patiebatur, ex qua *VIII. 39.*

multum aquosum pus effluebat. Manè & vesperi, postquam omne pus exivit, injeci
Ol. Heracl. *Ol. Heraclein.* per syringam, ac posteà foramini fistulæ turundam majorem imposui, ut maneret aperta. Atq; tali processu penitus consanuit.

VII. 46. 7. Vestalis quędam Virgo, Ulcus occultum & sordidum, perdiu habebat in pudẽdis: propter cujus fœditatem, Monialęs sorores ægerrimè cum ipsâ conversabantur. Tandem revelavit obscœnum suum malũ Priorissæ, deinceps mihi, & narrabat consolidari aliquando ulcus, sed rursus tempore menstruationis aperiri, ac menstrua purulenta effluere cum dolore & fœtore abominabili. Huic suasi, ut ulcus manè & vesperi
Ol. Sulph. *Oleo nostro Sulphur.* inungeret, *eoq́z Oleo* imbuta linimenta ulceri imponeret: quibus factis, in 14 diebus persanatum est ulcus, ita ut revertentibus mensibus ampliùs apertum non fuerit.

VIII. 75. 8. Juvenis 26 annorum, passus est in brachio ulcus admodum sordidum & malignum, quod omnem carnem depavisse vidi, osse carioso, nigro, corrupto & syderato relicto. Hunc per Chirurgum à me instructum ita curavi. Os manè & vesperi radulâ tonsoriâ radimus, donec nigro & arido ablato, os album & humidum apparuit:
Ol. Sulph. posteà os rasum leniter inunximus *Oleo Sulphuris*; hocq́; inunctam turundam in ulceris sinus

finus infiximus, & *Empl. Diasulph.* totum ulcus clausimus. Et hoc processu continuato, quotidie caro recens generabatur, donec cavitate carne repletâ, ulcus deploratum ad integram sanationem, brevi tempore perductum est, L. D. *Empl. Diasf.*

SPHACELUS.

Generosus quidam Baro 37 annorum, diu in sinistrâ natium Sphacelum, seu siderationem passus fuit, post Gangrænam: hęc apparebat nigra, putris, pessimè olens, lata, magna, profūda ac veluti cadaverosa. Contra horribile hoc malū, in nomine Jesu, sequēt. adhibui. 1. Partes corruptas statim pręcidi: deinceps totam partem affectam *Aquâ Calcis* lavi. 3. Posteà *Empl. Diasulph.* applicavi: atq; hoc manè & vesperi repetendo continuavi, usq; ad curationis finem. Et hoc modo ulcerosus sphacelus indies mundificabatur, fœtor recedebat, sensus, motus & vita partis redibant, & ulcus quotidie multūm sanescebat. 4. Interea verò dum istis topicis utor, purgabam Dominum sic. *R. Decoct. Sennæ ℥ iß. Syr. de Rhab. sol. ℥ iij ß. M. pro haustu*: quo rectè ac multùm expurgatus fuit. 5. Post corporis evacuationem, *è venâ Medianâ sinistrâ, corrupti sanguinis circiter libram* extraxi. 6. A Venæsectione die sexto cœpit uti Sudorifero, ex *Ligno sancto in Vino s. a. decocto*: bibit autem manè ℥ viij. & in lecto be- *VIII. 10.* *Aq. Calcis.* *Empl. Diasul.* *Purgat.* *Venæsect.* *Sudorifer.*

nè tectus ſudavit, pro ratione virium. 7. ℞.
Balneum. *Tartari pulveriſ. M j. rament. ligni Iunip.* ℔ *ij.* *Ex his in Aq. q. ſ. coctis parabatur Balneum*: in quo reſidebat quotidie ad 2 vel 3 horas à meridie. Ante ingreſſum Balnei, & ante ſumptionem ſudoriferi hauſtus, Emplaſtrum à Sphacelo, depoſuit, poſt balneum autem & ſudationem, aliud recens impoſuit. Victûs ratio erat *tenuis & bona*. Potus *Vinum cui imponebatur Meliſſa*. Atq; his omnibus, rectè & diligenter adminiſtratis, Magnificus hic Vir, intra menſis ſpatium ſanus abijt, D. L.

Victus.

VULNUS.

IV. 6. 1. In multis expertum. Vulnera manè & veſperi vino mundifico, poſteà Goſſipiũ aut linteolum *in Oleo Hyperic. intinctum* vulneri applico. Atq; hoc perfacili remedio, vulnera citò certoque, ſine majori negotio ſano.

Ol. Hyperic.

I. 88. 2. Lanius ſibi Vulnus inflixit digito, profundum, penetrans ad oſsicula uſque. Huic turundam *Balſamo Sulphur.* imbutam, manè & veſperi applicabã: quâ per agglutinationem & concretionem (quæ facultates peculiares ac mirificæ ſunt in *hoc Oleo*) intra quatuor dies ſanatum eſt. Sic cætera vulnera omnia, etiam à tormentis bellicis & ſclopetis accepta, miraculosè curat, ſicut per experimenta demonſtrabimus.

Balſ. Sulph.

VIII. 43. 3. Caupo digitum oſſetenus vulneravit:

Sed

Sed in quatuor diebus curatus est optimè *Oleo Sulph.* quod gossypio exceptum manè & vesperi admovebat. *Ol. Sulph.*

4. Nobilis manum pungendo graviter vulneraverat, adeò ut intumuerit valdeque dolore affecta fuerit. Hanc Chirurgi sanare nō poterant: ego autem manè & vesperi *Ol. Sulph.* adhibui: eoq; tumor recessit, dolor remisit, & vulnus sanatum est. *VIII. 52.* *Ol. Sulph.*

5. Filius meus Valentinus, annum agens 11. funus cum aliis scholasticis deduxit, & inter eundum fortè fortunâ incidit in lapidem, ac ex eo casu vulnus in capite cruentum & altum accepit, quod quatriduo glutinavi, *Oleum Sulph.* illinendo, & *Empl. Dias.* vulneri imponendo. His duobus remediis omnia vulnera, etiam periculosa & immedicabilia certò sanantur. *VIII. 80.* *Ol. Sulph.* *Empl. Dias.*

PUNCTIO NERVI.

Monialis ex malè venâ sectâ in pollice pedis sinistri, Nervo nimirum læso & puncto, ingentem passa est dolorem, & pedem habebat tumidum. *R. Pingued. Taxi, Vulpis an. ℥ iij. Ol. Mastic. ℥ ij. Ol. Spicæ ℥ ß. Vini ʒ ij. M. omnia diligenter ad ignem.* Hoc calidè pes affectus illinebatur manè, meridie atq; vesperi. Ex quo illitu dolor quievit, tumor paulatim recessit, & quæ antea prostrata jacebat ac ægrè movebatur, mox surgere, pedi insistere atq; inambulare cœpit. *II. 13.* *Vngu. anodynum.*

CASUS: CONTUSIO.

V. 12. 1. Virgo 22 annorum, ex altiore loco delapsa, diu jacuit semimortua: tandem quum ad se rediisset, ei ante omnia exhibui contra sanguinem coagulatum, hunc potũ.
Potus. *R. Succi Cancri vivi contusi ℥ß. Vini albi ℥ iiij. M.* Hæc potio expulit sanguinem coagulatũ.
Venæsect. Postero die *venam Medianam* secuit. Quarta
Balneum. à Venæsectione die *Balneo Aquæ dulcis chalybeatæ usa* fuit. Atq; his paucis mox rectè valere cœpit.

VI. 74. 2. Mulier quinquagenaria, ab equo sternace sub bigas lapsa, ejusq; caput, pectus, totumq; corpus miserè à rotis contusa fuerunt, ita ut deplorata videretur. Ego vocatus, Deumq; implorans, omnibus posthabitis, primò *Saphenam* secari suasi.
Venæsect. 2. Dein
Sudorifer. manè sudoriferum dedi. *R. Vini rubri styptici ℔ x. Rosar. rub. siccar. Rorismar. summit. Myrti an. M ij. Fiat decoct. in cacabo ad ignem:* in hanc posteà sindonem seu linteum immersum, & digitorum extremitatibus leviter expressum, Ægrę undiq; aq; calidum circumdabã, illaq; sic in lecto arctè contecta diu multũq; sudavit: & continuavit hoc donec revaluit.
Victus. In prandio & Cœna potus erat *Decoct Cerefolij cum Sacchar.*

IX. 85. 3. Vir ab equo graviter calcatus fuit, in dextro latere sub costis nothis, ad hepatis regionem: tertio die eo loci dolorem sensit, spirandi & ambulandi difficultatem pas-
sus

sus est. *R.Vngu. Dialth.* ℥ ij. *Ol. Amygd. dulc.* ℥ ß. *M.* Hoc Unguento ter in die, manè videlic. meridie & vesperi, ungebatur calidè latus affectum, ac posteà linteum butyro perlitum applicabatur, cum præsentanea sensus doloris mitigatione. 2. *R. Aq. Ceresol.* ℥ v. *pulv. Card. Bened.* ℥ ß. *rad. Asari* ℈ j. *M. pro haustu*: quo in lecto manè sumpto vomuit sanguinis grumos & sudavit, & actutum rectiùs sensit. *Vnguent.* *Sudorifer.*

USTIO.

1. Otho Heinricus filiolus meus, annum natus, adussit lumine pedem, exinde vesicula & pellicula suborta est, quâ apertâ ichor mordax effluebat, & ulcus evasit cum ingenti dolore. Verùm *Oleo Sulph. nostro*, manè & vesperi illito, ac desuper applicato *Emplastro Diasulph.* dolor statim remisit, & ulcus Deo auspice mox sanatum est. *IV. 1.* *Ol. Sulph.* *Empl. Dias.*

2. Quidam in domus suæ incendio, faciem totam, caput manusq; exussit adeò, ut hæ partes intumefactæ, & exulceratæ fuerint, cum vesiculis, bullis & vehementi dolore. Manè & vesperi curabam inungi partes adductas *Oleo nostro Sulph.* Quo solo, in 7 diebus, sanus redditus est. *VIII. 40.* *Ol. Sulph.*

REFRIGERATA MEMBRA.

Agricola 62 annorum, manus, pedes & omnia membra valdè refrigerata habebat, *IX. 42.*

ex

ex aqua frigida, cui linum macerandum imposuerat: & metus erat ut omnino rigida & gelata fierent. Hunc ad salutem reduximus sic. 1. *R. Bened. laxat.* ℥ *vj. Vini* ℥ *iij. M. pro haustu:* qui salubriter operatus est. 2. *R. Chamom. Origan. Absynth. nostratis an. M x. gran. Iuniper. M vij. Coq. in s. q. aquæ pro balneo:* quo aliquot diebus usus fuit, usq; ad sanitatis recuperationem. Cibi dabantur *calefacientes, tenues, facilesq; coctu.* Jejunus *Vinum sublimatum cum pauxillo pane imbuto* sumebat: aliâs bibit *Decoctum gran. Iuniperi.*

Purgat.

Balneum.

Victus.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX.

A.

Dd

Convul-

Icte-


Tym-

FINIS.

Errata sic emendentur.

Pag.	Lin.		
12.	18.	In margine	*Victus.*
16.	29.	In marg.	*Purgatio.*
17.	3.	In marg.	*Purgatio.*
18.	5.	Navans.	
24.	16.	In marg.	*Victus.*
26.	10.	In marg.	*Aqu. Bened.*
29.	3.	et.	
30.	25.	In marg.	*Ven. sect.*
31.	25.	*Rhabarb.*	ℨjß.
35.	25.	In marg.	*Potus.*
36.	10.	In marg.	*Vin. subl.*
39.	19.	In Marg.	*Aqu. Vitæ.*
46.	20.	In marg.	*Potus.*
51.	12.	Constantibus præterea viribus, extraxi satis copiosum sanguinem *é vena mediana.* Cibus præbebatur *εὔχυμος & paucus.* Potus *Aqua destillata Lavendulæ, saccharata cum conserva Pæoniæ.*	
	V. S.		
	Victus.		
66.	11.	In marg. 17.	
87.	13.	*Aquæ* Ibid. lin. 19. sequentis. Ibid. lin. 20. *Aquæ.*	
98.	21.	asperrimam.	
125.	24.	intemperies.	
128.	15.	aereæ & igneæ.	
157.	21.	sudorem.	
158.	29.	evacuationes.	
159.	4.	prohibenda.	
247.	14.	convaluerit.	
273.	25.	subrubente.	
280.	16.	annos natus.	
366.	22.	pollice.	
373.	15.	septimanis.	
308.	ult.	nucis juglandis.	

Reliqua quæ occurrent. L. B. corrigere poterit.



MARTINI RVLANDI P.

Tractatus tres.

I. De Phlebotomia.

II. De Scarificatione & Ventosatione.

III. Oratio de ortu Animæ.

PRAEFIXA EST HISCE PRAEFATIO, MARTINI RVLANDI F. ubi quæstio illa;

Vtrùm in omni Pleuritide vena dextri cubiti sit secanda? excutitur.



1627.

Basileæ, apud Henricpetrinos.

AVTORES AC TESTES, *quibus sumus usi, in ratione curandi per phlebotomiam & scarificationem.*

Avicenna.
Arnoldus de Nova villa.
Aëtius.
Amatus Lusitanus.
Bayrus.
Cornelius Celsus.
Damascenus.
Donatus ab Altomari.
Galenus.
Gordonius.
Hippocrates.
Ioan. Fernelius.
Leonardus Fuchsius.
Montagnana.
Rhazes.
Savanorola.
Schola Salernitana.
Trallianus.
Valescus.



ILLVSTRISSIMIS ATQVE GENEROSISSIMIS Principibus, D. VVOLFGANGO VVilhelmo & D. AVGVSTO, Comitibus Palatinis Rheni, ac Bojariæ Ducibus, Comitib. Veldentianis & Sponheimensibus, Fratrib. germanis,

ILLVSTRISSIMI ATQVE *Præstantiss. Principis* D. PHILIPPI *Ludouici Filijs pientiss.*

Dominis suis clementissimis,
τὸ εὐδιάγειν.

OPus aliquod, Principes serenissimi, sub magni cujusdã clariq́ue viri nomine lucẽ aspicere volentes, diuersis τȣ̃ προσφωνεῖν generib. uti sunt soliti. Nam sunt, qui προσφωνήσει scriptorum ἀφήγησιν atque expositionem recensent. Sunt deinde, qui certæ cujusdam personæ προσφώνησιν & compellationem, aliaq́ue habent, quæ in nuncupationibus atque dedicationibus adhibenda sunt. Plerisque verbo-

rum tantùm lenocinio utili materia inope ludere placet. Ego cum recentioribus quibusdam malo materiam quampiam præfando tractare: reliquam nuncupandi rationem nec improbaturus, nec probaturus. Cogitanti itaq; mihi atq; ἄνω καὶ κάτω deliberanti, quid potissimùm in medium adferrem, quod à professione mea non planè alienum, & Centurijs patrijs dignum existimari posset, tandem in mentem venit de quæstione: Vtrùm in omni pleuritide vena dextri cubiti sit secanda? sermonem instituere: cùm animadverterem præsertim, malè etiam Parentē apud Medicos affirmantem defendentes partem audire, quòd passim in pleuritidis curâ venam affecti lateris incidendam curaverit. Olim etiam acerrimè in controversia de secanda vena in pleuritide altercatum est, & doctiores quiq; Medici plurimùm sunt commoti, ita ut ad magistratum ea res delata fuerit; quò Principis autoritate, quasi gladio, tumultuosæ illæ disceptationes sedarentur. Quoniam itaq; tanta huius ἀπορήματος controversia, nunc quoq; est inter viros eruditos: visum est in hoc argumento, cujus in factitanda medicina maximus usus, vires ingenioli nostri experiri.

riri, & quid veri falsiq; subsit dispicere. Maxima Medicorum pars affirmatè hîc respondet: non minima negatè: utraq; rationibus suffulta; sed posterior probabilioribus. Prior his utitur fundamentis. In omni reuulsione & derivatione evacuationeq; simplici oportet eam secare venam, quæ cum ea, quæ partem affectam adit, coniuncta sit. Non coniunguntur autem, nisi rectis fibris & staminibus, quorum beneficio sanguis ab una parte in aliam celeriter & copiosè trahatur, si fibrarum connexione conveniant, vena quæ secatur, & quæ membrum affectum alit. Quam quidem ob causam in omni pleuritide internam cubiti secandam jubent, quoniam locum affectum magis è directo respicit, quàm sinistra, tametsi inflammatio sinistrum invaserit latus. Cùm enim costæ ipsæ ab ea vena, quæ pari caret, nutriantur, & illa ex dextro magnæ venæ latere exoriatur, dubium non est, dextram axillarem cum illa fibris suis communicare multò magis quàm sinistram. At hos sic sentientes διανοίᾳ *laborare, ex sequentibus patebit rationibus. Primùm, quia* τὸ κατ' ἴξιν *Hip. & Gal. non de fibrarum, quæ in venis sunt, sed de partium rectitudine*

& ὁδυωρία, qua dextra dextris, ſiniſtra ſiniſtris reſpondent, rectaq́ʒ ſunt, intellexerint; illamq́ʒ paſſim in venarum ſectione obſervandam docuerint. Ad hujus confirmationem infinita Galeni & Hippocrat. loca allegare poſſemus: ſed ne in immenſum creſcat hæc noſtra diſſertatio, adamantinum argumentum addemus, quo luculentiſſimè oſtenditur, Gal. rectitudinem partium totius corporis obſervaſſe. Ipſe aliquot in locis,præcipuè verò lib 3. de criſib. cap.3. ſanguinis eruptionem ex ſiniſtrâ nare laborantem lienem juvare tradit,cùm ait: Oportet autem per directum fluere ſanguinem, ex dextrâ quidem nare, hepate patiente, vel locis ſub dextris Hypochondrijs poſitis; ex ſiniſtrâ autem, liene vel locis vicinis. Hæc Gal. ſcribit de ſanguinis eruptione, quæ naturâ gubernante & operante fit. Cùm autem naturam imitari in ijs,quæ rectè agit, nos oporteat,ut li.1.aphoriſ.com.2.habetur:ſuadet, ut,laborante liene,ſanguinem ex ſiniſtro cubito detrahamus, li.2.ad Glauc. cap.2. quoniam hoc pacto rectitudo ſervatur,ſiquidem Lien ſub ſiniſtro Hypochondrio collocatus eſt, vel propemodum ſub ſiniſtro. Verùm cùm ad Lienem nullus venæ

cavæ

cavæ ramus perveniat (neq; enim opus habet, quia alimentum suum per venam portam attrahit) quam quæso fibrarum rectitudinem sinistri brachij venæ cum venis splenis habebunt? Herclè nullam. Deinde mirum est, sanguinem ab uno venæ pariete ad alterum non fluere refluereq;, sed dextrum dextri, sinistrum sinistri parietis ac fibrarum seriem sequi. An non rectæ fibræ per totum venarum corpus dispersæ sunt, & non sinistro & dextro parieti duntaxat appositæ? Num paries sinister & dexter limitibus distincti sunt? Tertiò, si fibrarum rectitudo in phlebotomia consideranda venit, nec sanguis ab uno venarum pariete ad alterum devolvitur, quur quæso humerarias in affectib. cephalicis tundere solent? cùm tam exquisita fibrarum ἐϑυωρία non sit.. Etenim venæ cavæ truncus sub ipsis claviculis in tres magnos ramos divisus, venas axillares inter claviculas & primam thoracis costam utrinq; ad brachia infrà excurrentes, nec non humerarias eodem modo suprà exporrectas, tum etiam jugulares internas & externas sursum ferentes constituit. Sectâ itaq; humerariâ alterutrâ non revocatur sanguis ex jugularibus: sed ex communi venæ

trunco (nam sanguis naturali motu semper copiosiùs & magis ἀθρόως à vasorum radicibus effuso flumine stagnantibus fluere attrahiq; solet, quàm alijs & angustioribus venulis ramisq;) prædictas venas ex se producente, propter fibrarum consortium, quod cum venis jugularibus non respondet. Nam constat ex αὐτοψίᾳ, humerariarum villos ad inferiora respicientes descendere per venæ rectitudinem ad cavæ venæ truncum amplum & communem. Quartò, si natura, quam Medicus imitari sedulò studebit, negligit fibras, quid de fibrarum rectitudine diu contendimus? Negligere autem eas patet exinde: quòd nullus πόρος χοληδόχος rectà in vesicam fellis, sed recto tramite in duodenum saltem intestinum fertur: ita ut ratione fibrarum rectarum nulla εἰσδοχὴ τῆς χολῆς fieri poßit in vesicula fellea: nihilo tamen minus vesica fellis bilem attrahit, aut eò à natura tanquam superuacaneum demandatur. Verùm quid diu ineptam horum de fibrarum rectitudine opinionem refellere laboramus: quippe, quibusdam præstãtißimis. Anatomicis nullæ in venis fibræ sunt. Et Fallopius li.3.cap.1. *fibrarum na-*

turales

turales ἐνεργείας, quas ipsi attrahent. retinent. & expellent. falsò ascribunt, dudum refutavit. Postremò, fibræ istæ venis intertextæ ita sanè latent, ut teste Fallop. loco citato, in potentia potius sint quàm actu. Quòd si sic, qua fronte rei potentia existenti actum ascribere possunt? quandoquidem id tum demum actu dicitur operari, quando actu est.

Nec est, ut ad argutum κρησφύγετον hoc confugiant: rectas fibras attractioni inservire, non quòd ipsæ per se attrahant; sed ea ratione, quòd nimirum per longitudinem organi protensæ promptum & expeditum iter præbeant & concedant ipsi humori sponte decurrenti & mobili, si ab externa causa locale motus principium accipiat, ut vid. ad certam partem attrahatur & affluat. Nam hoc tum demum verum esset, si fibræ actu & solæ per longitudinem protensæ forent. Sed hæ ita occultæ sunt, nec non fibris obliquis & transversis intertextæ & confusæ, ut ne sic effectus accidentalis verè ascribi queat. Nos rectiùs statuere putamus, si in omni pleuritide axillarem seu internam cubiti lateris affecti tundendam censeamus. Manifesta

est Hip. autoritas, 4. de rationib. vict. in morbis acutis: Si dolor sursum penetraverit, ad claviculam, mammam, brachium, venam brachij internam secare oportet, quâ dolor affluit parte. In lib. de curandi ratione per sanguinis miss. cap. 6. sic scribitur. καὶ μέν γε κἀπὶ τῶν πλευριτικῶν ἡ κατ' εὐθὺ τοῦ πάσχοντος πλευροῦ φλεβοτομία τὴν ὠφέλειαν εὐεργετάτην ἐπεδείξατο πολλάκις, ἡ δὲ ἐκ τῆς ἀντικειμένης χειρὸς ἢ πάντως ἀμυδρὰν, ἢ μετὰ χρόνον. *hoc est: Sed & pleuriticis quæ è directo labarantis lateris adhibita fuit venæsectio clarissimam sanè utilitatem attulit, quæ verò ex brachio opposito, aut omninò obscuram, aut tardam. Ac nimiùm venâ cubiti lateris affecti apertâ affluentem materiam intercipi & præterlapsam reuocari, & Anatome demonstrat, & probat maximè experientia. Etenim Anatomicis observatum est, sæpenumerò ab axillari vena, quæ defertur ad brachium, ramum propagari, cui ramuli minimi conjunguntur cum ramis transversis venæ sine pari. Quin & illi Axillaris rami, qui tres superiores costas alunt, transversis ramis venæ* ἀζύγου *junguntur. Fallop. in observat. Et hinc in missione sanguinis*

guinis

guinis pleuriticor. quandoque pus & corruptus sanguis, nec non graueolens manifestissimè cernitur: quod argumento est, sanguinem eum ex parte ipsa affecta demanasse: quòd si non constituamus nimirum κοινωνίαν quandam venæ axillaris, quæ in brachio tunditur, cum ramulis venæ ἀζύγου, fieri vix posset, tantillo tempore ex parte affecta sanguinem purulẽtum emanare. Accedit tandem dextra inuecta pleurisis ob sectionem dextræ axillaris, sinistrum latus phlegmone obsidente. Thadæus Dunus, lib. 2. de constitut. venæsect. in pleurit. cap. 4. Mirari, inquit, verò vehementer cogor, quòd & Fernelius, & multi alij Medici dicunt, de sinistra inuecta pleuritide ob sectionem axillaris sinistræ, dextro laborante latere: aut de facta dextra pleuritide ob sectionem dextræ axillaris, sinistrum latus phlegmone obsidente. Siquidem quocunque in latere sit inflammatio, & quocunque ex cubito sanguinis missio fiat, non ab uno thoracis latere ad aliud trahitur; sed à thorace ad cubitum, ab interiorib. ad exteriora. Addit experientiæ fidem. Miratur Thadæus, Fernelium & alios sic sentire. Miretur seipsum,

quòd malis fundamentis innisus contra veteres & recentiores, adeoq; veritatem ipsam, ut in his, sic in omnibus penè alijs tam pueriliter fuerit hallucinatus. Etenim dextri cubiti internâ pertusâ, phlegmone sinistrum obsidente latus, sanguis secto loco vicinior primus exilit, deinde qui illi junctus continuatusq; est, deinceps verò qui in venis minoribus dextri lateris costas nutrientibus existit. Hoc dextri lateris venarum sanguine bono & salutari exhausto, necessariò vitiosus sinistri lateris phlegmone affecti (qui antequam dextri lateris venæ sanguine suo exinaniantur, profundi nequit) subsequitur, nec effunditur viribus jam sanguine dextri lateris effuso labefactatis.

Relinquitur itaq; in dextro latere, ratione vacui eò delati, atq; pleurisin dextram, loco jam sanguinis evacuatione immodicâ ad concipiendum hoc malum accõmodato, præsentibusq; ijs, quæ pleurisin inducere possunt, progenerat. De sinistra invecta pleuritide ob sectionem axillaris sinistræ dextro laborante latere, audiat Fuchsium optimè de arte medica meritũ, lib. 2. Sect. 5. Institut. med. *Sic enim eo* loci

loci differit: Secta autem in sinistro brachio vena, dextram pleuritidem non adimit, sed cùm illi nulla sit cum ægra particula rectitudo & societas, bonum duntaxat sanguinem educit, noxio in laborante particula relicto: aut puro sanguini venarum permiscet, &, quod frequentissimè accidit, sinistram pleuritidem invehit. Quomodo autem à dextro latere in sinistrum transferatur sanguis noxius, quum illis inter se nulla sit societas ac rectitudo, respondet idem duabus id fieri de causis. Vna, quòd vacui ratio hoc ipsum requirat. Necesse enim est, in vacuati sanguinis locum, vicinis præsertim venis vehementer inanitis, alium succedere. Trahentibus itaque propter inopiam venis in adversa & sinistra parte, ægræ partes promptè concedent, utpote quibus sanguis jam non tantùm sua copia, sed & vitiosa qualitate molestus est. Quòd si tamen sua sponte partes ægræ non concederent, aut à se propellerent, tamen ut trahentibus partibus, utpote fortioribus se & adhuc integris, aliquid concedant necesse est. Trahit enim perpetuò ab imbecilliore pars robustior. Altera, quia expultrix facultas, quæ suum munus per trans-

transversas fibras, ut dictum est, obit, à noxio & redundante in afflicta parte sanguine irritata ocyssimè in oppositum latus jam vacuatum, atq; adeò tum vacui ratione, tum quia validior est ad se trahens, transfert. Experientiæ Thadæi particulari oppono Patris experientiam universalem, quâ reverâ cõstat, in plerisq; perperam ita administratâ phlebotomiâ pleurisin dicto modo subsecutam. Quòd autem non omnibus duplex usu veniat pleuritis; ratio in promptu est, partim ex natura validiore adventanti tum iniuriæ reluctari valẽte, partim ex alijs causis, ipsi Thadæo ut Medico aliâs industrio perspectis, desumenda. Sed de hac quæstione satis, quam ego V. C. acumini ingenij dijudicandam eâ quâ par est humilitate atq; observantiâ offero. Quòd si sententiam meam C.V. alijsq; viris doctis probari intellexero: dabo operam sedulò, ut & reliquas quæstiones omnes inter Physicos & Medicos cõtroversas breviter elaborem, atq; suo tempore divulgem. Intereà Opusculum hoc θεραπευτικὸν, à Parẽte meo C.V. medico ritè comprobatum, à me verò concinnatum, in certum debitæ observantiæ atq; gratitudinis testimonium

nium

nium V. ego Illustriss. inscriptum dicatumq́; nomini apparere, inq́; hominum venire manus volui. Non sanè, quòd dignum id, quod lucem aspiciat, esse existimarem: neq; lucem aspicere quoq; passus fuissem, nisi multi eruditione & autoritate clari viri à Patre istud petijssent meo; nisi etiam officium patris, quo per annos 40. penè, forsan non sine magna Reipub. tum literariæ tum politicæ utilitate, V. C. familiæ splendidiss. pro virili servire & prodesse satagebat, flagitasset idipsum. Fateor & illud, satis leve, tenue, & exiguum munus literarium, quod C.V. offero, esse: longeq́; præstantiora tam Illustriss. natis loco inscribenda. Veruntamen C.V. venustum illud Plutarchi acroama adhortabitur, qui tenuia quædam xenia Imperatori suo oblaturus ait: Magnatum esse, ut magna in suos beneficia cõferre: ita & parva eorundem hilari serenâq́; fronte munuscula excipere: atq; hoc etiam levidense, & V.C. pro sua animi magnitudine suscipere nec Ipsæ dedignabuntur.

CHRISTVS OPT. MAX. lucis hujus diuturnâ Vos usurâ donet, ita quoque porrò studia vestra spiritu gubernet suo: ut

egregium

egregium aliquando homines paratum auxilium habeant. Valete, Principes Illustriſs. & me, meos, meaq́ſ ſtudia quàm commendatiſs. habete. Datæ ex noſtro ἀσκηληρίῳ, *menſe Ianuar. Anno* τῆς θεογονίας CIↃ IↃ XCIII.

C. V. ſubmiſsè & humiliter colens

Mart. Rulandus F. M.



DE PHLEBOTOMIA:

MORBISQVE PER EAM curandis.

PHLEBOTOMIA QVID?



EST evacuatio universalis, quæ evacuat plethoram, seu multitudinem.

Est autem multitudo, seu plethora, augmentũ humorum, super ęqualitatem ipsorum, in venis. *Plethora quid.*

VERSICULI QUIBUS COMPLEXIONUM SIGNA COMPREHENDUNTUR.

Sanguinei pingues sunt Naturâ atq; jocantes, *Signa 20. Sanguineæ complexionis.*
Semper rumores cupiunt audire frequentes.
Hos Venus & Bacchus delectant, fercula, risûs,
Et facit hos hilares & dulcia verba loquentes.
Omnibus hi studiis habiles sunt & magis apti.
Qualibet ex causâ non hos facilè excitat ira.
Largus, amans, hilaris, ridens, rubriq; coloris.
Cantans, carnosus, satis audax atq; benignus.
Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus, *Signa 11. plethoræ.*
Inflanturq; genæ, corpus nimiumq; gravatur,
Est pulsusq; frequens, plenus, mollis, dolor ingens,
In primis frontis, fit constipatio ventris,

Siccaq; lingua, sitis; sunt somnia plena rubore.
Dulcor adest sputi, sunt acria dulcia quæq;.

Cholericæ cõplexionis signa.

Est humor choleræ, qui competit impetuosis.
Hoc genus est hominum, cupiens præcellere cunctos.
Hi leviter discunt, multum comedũt, citò crescunt.
Indè & magnanimi sunt, largi, summa petentes.
Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax,
Astutus, gracilis, siccus, croceiq; coloris.
Arguit & choleram dextræ dolor, aspera lingua,
Tinnitus, vomitusq; frequens, vigilantia multa,
Multa sitis, pinguisq; egestio, torsio ventris.
Nausea fit, morsus cordis, languescit orexis.
Pulsus adest gracilis, durus veloxq;, calescens.
Aret, amarescitq;, incendia, somnia fingit.

Phlegmaticæ complexionis signa.

Phlegma dabit vires modicas, latosq; brevesq;.
Phlegma facit pingues, sanguis reddit mediocres.
Otia non studio tradunt, sed corpora somno.
Sensus hebes, tardus motus, pigritia, somnus.
Omnibus in rebus ex phlegmate fit color albus.

Superabundantis phlegmatis signa.

Os facit insipidum, fastidia crebra, salivas
Castorum, stomachi simul occipitisq; dolores.
Pulsus adest rarus, tardus, mollis, quoq; inanis.
Præcedit fallax phantasmata somnus aquosa.

Melancholicæ complexionis signa.

Efficiet Cholera atra malos, tristesq;, loquentes
Pauca, hi sectantur Musas, fugiuntq; soporem.
Servant propositum, sibi nil reputant fore tutum.
Invidus & tristis, cupidus, dextræq; tenacis.
Non expers fraudis, timidus, luteiq; coloris.
Nigra cutis, durus pulsus, tenuisq; urina.
Somnia torva vident omnes, captant & eremum,
Crescit rugitus, sapor & sputaminis idem.

Lævaq; præcipuè tinnit vel sibilat auris.
Denus septenus vix phlebotomum petit annus. *Aetas phlebotomiæ.*
Aetatis mediæ multum de sanguine tolle.
Sed puer atq; senex tollet uterq; parum.

ADDITIO.

Denus sep.) id est: Ante 14. annum non secetur vena. Verùm hodie apud nostrates, ob summam necessitatem, præsertim in pleuritide & gravioribus morbis, utiliter secatur etiam quarto, quinto, &c. anno ætatis, ad uncias duas, tres aut quatuor, sanguinis.

Aetas media incipit ab anno 30, usq; ad 45 vel 50 annum.

QUAE IMPEDIANT PHLEBOTOMIAM.

Frigida natura, & frigens regio, dolor ingens. *Impedimenta 12. phlebotomiæ.*
Balnea, post coitum, minor ætas atq; senilis.
Morbus prolixus, potus repletio, & esca.
Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit,
Et fastiditi tibi non sunt phlebotomandi.

ADDE

His, quibus prohibetur sectio, & hæc.
Principium morbi.
Crisis, id est, dies motus ægritudinis.
Paroxysmus.
Corpus habens fæces in intestinis.
Fluxus naturalis menstruorum.
Fluxus hæmorrhoidum.
Post cholericas ægritudines.
Et alia, de quibus infrà in Aphorismis.

QUIBUS UTILIS SIT PHLEBOTOmia temporibus.

Tempus. *Sit senium atq; juventa licet, si sanguis abundet:*
Omni mense probè confert incisio venæ.
Hi sunt tres menses, Majus, September, Aprilis.
Ver tollat duplum, reliquum tempus tibi simplum.
Ver, æstas dextras, autumnus, hyemsq; sinistras:
Quatuor hæc membra, epar, pes, cepha, cor evacuanda:
Aestas epar habet, ver cor, sicq; ordo sequetur.

ADDITIO.

Tribus illis mensibus hac ratione secanda vena, ut in Aprili & Majo hepatica, in Septemb. vena lienis secetur.

Sicque) id est: caput hyeme, pedes autumno.

QUAE CONSIDERANDA CIRCA phlebotomiam.

Quæ considiranda. *Hæc facienda tibi, quando vis phlebotomari.*
Vnctio siue lauacrum, & potus, fascia, motus.
Quantitas. *Fac plagam largam mediocriter, ut citò fumus*
Exeat uberius, liberiusq; cruor.
Somnus. *Sanguine subtracto sex horis est vigilandum.*
Plaga. *Ne nervum lædas, non sit tibi plaga profunda.*
Cibus. *Sanguine purgatus, ne carpas protinus escas.*

ADDITIO.

Vnctio nimirum phlebotomi, & vulneris nonnunquam.

Lavacrum, id est, balneum per duos vel tres dies ante sectionem, & per tres aut quatuor dies post phlebotomiam.

Potus,

Potus, scilicet vini, & in ipsa phlebotomia, si timenda est Syncope, & post phlebotomiam.

Ligatura est cum linteis pannis, ante & post sectionem.

Motus, hoc est, inambulatio ante & post sectionem.

QUAE SINT VITANDA POST phlebotomiam.

Quæ vitãda.

Omnia de lacte vitabit ritè minutus. *Lacticinia.*
Et vitet potum phlebotomatus homo. *Potus.*
Frigida vitabis, quia sunt inimica minutis.
Interdictus eritq; minutis nubibus aer. *Frigida.*
Spiritus exultatq; minutis luce per auras. *Nebulæ.*
Omnibus apta quies, & motus sæpe nocivus. *Quies.*

QUAE SINT COMMODA ET EFFEctus phlebotomiæ.

Exhilarat tristes, iratos placat, amantes *Vtilitas quæ.*
Ne sint dementes, phlebotomia facit.
Lumina clarificat, syncerat phlebotomia:
Mentesq; & cerebrum calidas facit esse medullas.
Viscera purgabit, stomachum ventremq; coërcet.
Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit.
Auditus, vocem, vires producit & auget.

QUAE VENAE SECANDAE TUTÒ & utiliter, quæq; ex sectione ipsarum commoda.

Quæ venæ præcipuè secandæ.

1. Antiquas infirmitates
Vlcera turpia

Frontis vena. Stirnader.

Vena in medio frontis inter duo supercilia, vulgò recta siue preparata dicta, aperitur contra

- Lepram, Scabiem, Morpheam, Impetiginem — Faciei.
- Oculorum morbos.
- Capitis antiquum & perseverantem dolorem.
- Capitis gravitatem & dolorem posteriorem.
- Cerebri affectus.
- Maniam, seu Insaniam.

Temborum. Schlaff adern.

2. Venæ duæ temporum flexuosè incedentes, secantur, alterutra ad

- Hemicraniam.
- Capitis magnum dolorem & diuturnam ægritudinem.
- Ophthalmiam antiquam.
- Lippitudinem.
- Oculorum caliginem.
- Oculorum maculas, nebulas,
- Lachrymas.
- Pannum.
- Palpebrarum scabiem.
- Nyctilopem.
- Sterilitatem inducendam.

Anguli parvi oculi. Adern in kleinen Augeckt.

3. Venæ juxta

- Oculorum passiones, cephalica prius minuta.
- Capitis dolorem.

parvum

parvum angulum oculi, qui secatur paulò super extuberantia ossis jugalis, contra
- Hemicraneam.
- Pannum,
- Lachrymas.
- Ophthalmiam antiquam.
- Nyctilopa.
- Palpebrarum scabiem, & vitia præcedentia.

4.
Venę circa vel post aures, exsistétes in loco concavo post aures, & apparent cùm gula stringitur, & sunt in loco, ubi apposito digito sentitur pulsus, quæ aperiũtur propter
- Hemicraneam.
- Catarrhum antiquum.
- Tineam.
- Memoriam reparandam & acuendam.
- Aurium ulcera.
- Colli ulcera.
- Faciem mundificandam.
- Dentium dolores ex fluxu.
- Capitis exituram, ulcera, & omnem dolorem.

Post aures. Adern hinder den ohren.

5.
Vena in imo naso inter duas cartilagines incidi-
- Phrenesin.
- Febres acutas.
- Capitis dolorem antiquum.
- Faciei rubedinem antiquam.
- Oculorum turbationem.
- Lippitudinem.
- Capitis ulcera.
- Gravędinem capitis.

Nasi. Nasenader.

tur contra | Hæmorrhoidas. Narium pruritum. Narium apostema. Bothar.

Sub lingua. Zungē adern

6. Venæ duæ sub lingua conspicuæ secari possunt, ad | Gulæ apostemata. Oris apostemata & vitia. Squinantiam, cephalica priùs secta. Amygdalarum duarum apostemata. Linguæ gravitatem. Apoplexian. Dentium omnem dolorem. Gingivæ dolorem & vitia. Capitis Catarrhum & defluxiones, & alia. Pannum. Tussim. Maxillarum passiones.

Menti & labij.

7. Vena inter mentum & labium inferius inciditur, ad | Oris fœtorem. Gingivarum corrosionem & rupturã, ac earum fissuras. Nasi mala ulcera. Faciei mala. Mammillarum dolores. Capitis dolorem.

8.

Labiorum. Lefftzen adern

Venæ in labijs sunt, quæ secantur contra apostemata oris & gingivarum: Cephalica priùs minuta.

Venæ

9.
Venæ duæ in collo, quarum una eſt in parte dextra, & alia in ſiniſtra, Gindegi dictæ, & in cantantibus ac anhelitum retinentibus ingroſſantur. Collum ſtringatur cum mantili, ut meliùs appareant: ſi ſecantur, valent ad

- Anhelitus conſtrictionem.
- Lepram incipientem.
- Impetiginem.
- Serpiginem.
- Noli me tangere.
- Cancrum corroſivum.
- Gingivarum tumorem.
- Maxillarum tumoré.
- Squinantiam.
- Anginam fortem.
- Aſthma acutum.
- Raucedinem vocis.
- Pulmonis apoſtema.
- Dyſpnœam.
- Splenis paſsiones.
- Laterum dolores.

Colli Gindegi
Hals adern.

10.
Cephalica, quę & humeraria & cubiti vena dicitur, inter pollicem & digitum ei proximũ ſine ullo periculo, inciditur etiã in ſuperiore parte curuaturę brachij, contra

- Capitis paſsiones calidas omnes.
- Hemicraniam.
- Maniam.
- Oculorum fluxum.
- Epilepſiam.
- Aurium omnia vitia.
- Capitis omnem tumorem.
- Linguæ omnia vitia.
- Stomachi infirmitatem.
- Febres, in utraque manu ſecta.

Cephalica, humeraria Cubiti.
Haupt adern

Mediana.
Communis.
Cordis. Nigra.
Median ader

11.
Mediana, in media curvatura brachij, inter cephalicam & basilicam, dicitur communis, Nigra, & vena cordis, secetur contra

- Humorum omnium evacuationem.
- Totius corporis evacuationem.
- Aegritudines cal. totius corporis.
- Cordis morbos omnes.
- Appetitum amissum.
- Costarum, Stomachi, Splenis, Hepatis, Laterum, Pulmonis, Pectoris, Totius corporis — Passiones omnes.

Basilica.
Maior.
Hepatica.
Interna.
Königsche Leber ader.

12.
Basilica, quæ dicitur etiam Maior, Iecoraria, Hepatica, Interna, prodest ad

- Hepatis, Pectoris, Pulmonis, Stomachi, Splenis — evacuationem & omnẽ morbum.
- Pleuritida.
- Choleræ abundantiam ex hepatis calore.
- Dentium, Dorsi, Costarum, Laterum & omnium membrorum — dolorem.

Nasi

Nasi fluorem.
Pruritum cutis.
Febres.

13.
Salvatella seu Sceiles, splenetica, vena est inter auricularem & annularem digitum, magis tamé inclinans ad annularem: hęc aperitur securè in dextra manu, in oppilatione & affectibus hepatis; & in sinistra manu, in oppilatione splenis. Valet igitur ad

Splenis, Hepatis, Pectoris Evacuationem & morbum.

Salvatella. Splenetica. Miltzader.

Vocis nocumenta.
Orificij stomachi nocumenta.
Cordis dolorem innaturalem.
Ictericiam.
Febres omnes.
Pectoris obstructionem.
Inappetentiam.
Faciei, Oculorumq; pallorem & colorem ictericum.

14.
Vena poplitica, quæ & curvaturæ vena dicitur, sub genu poplitis utilior secatur,

Poplitica. Curvaturæ. Knieader.

Menstruorum provocationem.
Ani dolores.
Lumborum affectus.
Hæmorrhoidum provocationem.
Vesicæ dolores.
Testiculorum pasʃiones.

quàm

quàm ſaphena, ad — Pedum infirmitates. Arthritica omnia mala.

15.

Iſchiadica. Sciatica. Hufft ader.

Iſchiadica ſub exteriore malleolo utriuſq; pedis, aut circa ipſum malleolum inciditur ſæpiſsimè, adverſus

- Iſchiadicum dolorem.
- Podagram.
- Elephantiam.
- Varices.
- Veſicæ dolores.
- Dyſuriam, ſeu Vrinæ difficultatem.
- Teſticulorum ulcera, atque tumorem, & alia.
- Renum tumorem, ulcera, & alia mala.

16.

Saphena. Roſen ader.

Saphena ſub interiore malleolo utriuſq; pedis, aliquādo iuxta ipſum malleolum, vel ad ipſius latera, ſæpe inciditur ad

- Matricis omnes paſsiones.
- Teſticulorum affectus omnes.
- Scabiem antiquam & phlegma ſalſum Coxarum & Tibiarum.
- Menſtruorum vehementē provocationem.
- Hæmorrhoidum apertionem.
- Vteri purgationem poſt partum.

Sterili-

Sterilitatem tollendam.
Virgæ affectus.
Testiculorũ ægritudines.
Sanguinis derivationem à matrice, virga, & testiculis.

17. Vena in tarso pedis utriusq; super pollice aperitur propter
- Vesicæ vitia.
- Faciei maculas.
- Ophthalmiam.
- Oculorum ruborem.
- Lippitudinem.
- Cancrum.
- Varices tibiarum.
- Et saphenæ prioris morbos.

Vena in tarso Ruck ader.

18. Venæ in minimo digito pedis utriusque propter
- Renum vitia.
- Gravitatem & lassitudinem membrorum.
- Apoplexiam.
- Paralysin.
- Epilepsiam.

Minimi digiti. Gicht ader.

CATALOGVS ALPHABETICUS Morborum, qui per phlebotomiam curari possunt, & debent, omnium.

Qui Morbi curandi per phlebotomiã.

A.

Ad ABORSVM vitandum, secetur Media *Aborsus.*
in

in primis mensibus.

Alcola. Contra ALCOLAM, id est, apostemata oris, incidantur venæ labiorum.

Anchæ. Ab ANCHIS evacuat, Ischiadica vena.

Anhelitus. Contra ANHELITUS coangustationem, Gindegi venæ, vel duæ venæ ex utraque parte gutturis versus collum.

Anhelitus mala curant venæ sectæ sub lingua.

Anhelitus fœtor pellitur vena secta sub mento.

Angina. Ad ANGINAM. Cephalica primùm, & venæ sub lingua posteà secentur, aut Gindegi venæ in collo.

Contra AMYGDALARUM apostemata. Vena sub lingua super occultum menti; aut venæ duæ sub lingua.

Animi deliquium. ANIMI deliquium, vena in medio frontis.

Anus. Ani {
VITIA, venæ quatuor, quæ sunt supra inguina utriusque lateris.
Dolores, Saphena.
Inflammationem, venæ superiores cubiti.
Apostema calidum, Basilica.
Apostema frigidum, cephalica super manum.
Exitum, vena quæ est sub talo pedis, & Salvatella.
}

APPETI-

APPETITUM Caninum, salvatella sinistræ manus. *Appetitus.*

APOPLEXIAM, vena poplitis, vel malleoli, aut humeraria in flexu cubiti, vel vena inter pollicem & indicē: aut sanguis ex naribus. Aut primò Saphena, deinde vena quæ est in extremitate nasi, mirè curant. Item duæ cephalicæ, vel etiam duæ venę, quę sunt in minimo digito utriusq; pedis. Item venæ sub lingua. *Apoplexia.*

APOSTEMATA interna, mediana. *Apostema.*

Apostema Iecoris. vide Iecur, vel Hepar.

Apostemata & dolores renum, lumborum, crurum, coxarum, vesicæ: venę sub utroque genu.

ARTHRITICOS ET ARTICULARES dolores, primò basilica, deinde arthritica & saphena: & basilica quidem dextra, si dolor est in pede dextro; sinistra verò, si est in sinistro. *Arthritis.* *Articulus.*

Si fuerit in manu dolor, secetur vena pedis ejusdem lateris Ischiadica. Aut vena poplitica.

ASTHMA, mediana lateris dextri si est ex sanguine: si à vaporibus, in sinistro latere. Item duæ venæ ex utraque parte gutturis versus collum. Idem possunt venæ sub lingua, Vel Basilica, aut interna brachij. *Asthma.*

AUDITUM exacuit, vena pulsatilis, vel quæ est ex utroq; latere nasi. *Auditus.*

Aures. AVRIVM dolores & affectus, venæ temporum, aut cephalica primò ex parte contraria, deinde ex eadem parte.

AVRIVM, { Sanguinem manantem, cephalica ex parte contraria.
Vlcera, vena pulsatilis, aut quę circa aurem.
Inflammationem & parotida, vena sub aure.
Tinnitum & surditatem incipientem, venæ circa aurem.

Axilla. AXILLARVM tumorem, interior vena sinistri brachij, si tumor non pertingit flexum brachij.

B.

Bilis. BILIOSOS humores evacuat interior vena cubiti dextri.

BILIS atræ plenitudinem, interior vena cubiti sinistri.

C.

Calculus. In CALCVLO Renum secatur Ischiadica, aut saphena malleolaris utriusque pedis.

In Calculo vesicæ, saphena malleolaris pedis utriusque.

Calor. In CALORE naturali exuperanti, vena sub pollice manus.

In Capitis

In Capitis

Affectibus omnib. & doloribus, tàm interioribus quàm exterioribus, vena humeraria in flexu cubiti, dextri affectus dextra: sinistri sinistra. vel vena, quæ est directa inter pollicem manus & indicem: aut Sanguis ex naribus. vel vena sub mento. Item venæ sub lingua, Cephalica eiúsve rami, jugularis externa, vena puppis. Cephalica manus sinistræ, venæ temporum, quæ flexuosè incedunt: vena inter auricularem & annularem. *Caput.*

Doloribus ac morbis anterioris, vena in medio frontis.

Dolore per febres, vena medij cubiti.

Dolore magno & antiquo, vena frontis, quæ est inter duo supercilia, vel duæ arteriæ post aures. Item venæ temporum retrò aures. Vel vena puppis.

Catarrhis, fluxibus, venę sub lingua, vena nasi, venæ circa aurem. Iugularis externa, venæ ex utroque nasi latere, venæ quatuor palati.

Gravitate, & propriè quæ in po-

ſteriore parte capitis eſt, vena frontis, quæ eſt inter duo ſupercilia. Item vena in utraque nare interna.

Vlceribus, ſcabie, &c. Vena naſi, vena ſyncipitis, venæ temporum, vena circa aurem.

Tremore, vertigine & dolore, vena in aurium concavitate.

Melancholia, vena inter pollicem & indicem manus dextræ.

Caros. In CARO, primò cephalica, deinde nigra.

Caſus. In Apoſtemate ex CASU, baſilica ex oppoſito latere, vel ejuſdem lateris.

Cephalæa. In CEPHALAEA inveterata, vena in medio frontis; Arteriæ penès aures.

Cerebrum. In CEREBRI paſsionibus omnibus, venę in cervice, vena in auriculari digito utriuſq; manus, vel ſplenetica; Vena naſi, vena in medio frontis.

Cogitatio. In COGITATIONIBUS phantaſticis, vena in medio frontis.

Cholera. In CHOLERICO ſanguine, venæ duæ in minimo digito utriusque pedis.

In Cholerę fervore, vena inter pollicem & indicem manus dextræ, ſive utriusque.

Colica. In COLICA, baſilica dextra.

Collum. In COLLI ulceribus, vena circa aurem.

In COLLI tumore, ſynanche, vena inter pollicem & indicem utriusque manus.

In Cor-

In Cordis
- Passionibus omnibus, Mediana, Salvatella, Arteria.
- Tremore, palpitatione, vena interior cubiti sinistri, & saphena, deinde basilica: tertiò ventosæ apud sinistram spatulam ponendæ: & in repletione basilica dextra, in vaporosa autem, basilica sinistra. *Cor.*
- Pressura; vena cubiti, & Media.
- Apostemate, basilica, vel arteria.

In COSTARUM omnibus doloribus & affectibus, vena Media. *Costæ.*

In Costæ brevis punctione & dolore, salvatella.

In COXENDICUM dolore & affectibus, saphena, Ischiadica. *Coxendix.*

In CRUDITATE humorum, interior vena utriusque cubiti. *Cruditas.*

In Crurum
- Malis & aggravatione, popletica, ischiadica, saphena.
- Dolore & apostemate, vena in maximo digito utriusq; pedis, Popletica, Saphena. *Crura.*
- Tumore, Saphena.
- Inflammatione, venę superiores cubiti.

D.

Delirium. In DELIRIIS, humeraria in flexu cubiti, vel vena inter pollicem & indicem, vel ſanguis ex naribus.

Dentes. In Dentium
- Dolore, cephalica ex parte contraria, venæ palati. Et primò humeraria, deinde quæ ſub labijs ſunt. Venæ poſt aures, venæ ſub lingua.
- Inferiorum dolore, vena ſub mento.
- Dolore & putrefactione, vena inter mentum & infimum labium.

Diarrhœa. In DIARRHOEA, baſilica ſiniſtra.

Diaphragma. In DIAPHRAGMATIS
- inflammatione & ulceribus, interior vena ſiniſtri brachij.
- Omnibus morbis, qui ſunt in membris ſubtus diaphragma, baſilica.
- Omnibus paſsionibus mẽbrorum, quæ ſunt ſupra Diaphragma, cephalica.

Dolor. In Dolore
- Renum, lumborum, pedum, crurum, veſicæ, popletica.
- Dorſi, baſilica primò, poſteà arthritica, ſi adeſt plethora. Iſchiadica.

Iunctu-

Iuncturarum pedum, popletica vena. vide Articulorum dolor.

In DYSENTERIA. Iecoraria in parte dextra, si adest repletio. *Dysenteria.*

In DYSPNOEA, gindegi. *Dyspnœa.*

E.

In ELEPHANTIASI, Salvatella manus partis oppositæ, & iterum popletica, vel Sciatica. *Elephātiasis.*

In EMPYEMATE, vena nigra ex eadem parte. *Empyema.*

In E-patis { Morbis, basilica, vel salvatella dextræ manus.
Apostemate sanguineo, basilica, si non potest nigra, vel cephalica, aut denique saphena eiusdem lateris, vel iterum secetur basilica dextra. vide plura infrà, in titulo IECUR. } *Epar.*

In EPILEPSIA, saphena primò, deinde cephalica, tertiò venæ sub lingua. Item vena poplitis, vel malleoli: aut cephalica sinistræ manus. *Epilepsia.*

In ERYSIPELATE, vena inter pollicem & indicem manus dextræ. *Erysipelas.*

F.

Fluxu atque passionibus alijs, vena in med o frontis.

Tumore, nodo, rubore, vena palati: cephalica utriusque manus.

Lepra, rubore, pustulis: vena sub mento, vena in medio frontis, vena post utramque aurem, venæ duæ in primo articulo magni pedum digiti, venæ palati.

Facies. IN FACIEI Rubore, pustulis, maculis & colore malo: vena in medio frontis.

Deformitate, sorditie, maculis, scabie, pustulis, &c. Vena alterutra, quæ est prope minimum digitum pedum, venæ post aurem, vena utraque utriusque lateris temporum, vena sub mento, venæ sub lingua.

Febris omnis. In FEBRIBUS omnibus, salvatella sinistræ manus, vel utraque salvatella. Item cephalica utriusq; manus.

F. Synochus. IN FEBRE Synocho omni, vena interior cubiti dextri.

Puerperarum, saphena & curvatura.

Feb. ardens, pestilens. Tertiana. Quotidiana. Ardenti, pestilenti, tertiana, quotidiana, assidua vel intermittente, & semitertiana: vena

na: vena interior cubiti dextri.
Quartana omni, interior vena sinistri cubiti. *Quartana.*

In FISTULIS, venæ labiorum. *Fistula.*

IN FLUXU
Et plethora, cephalica manus dextræ, & vena cubiti primò, deinde si non succedit, popletica, vel Ischiadica. Item, vena nigra.
Capitis, venæ sub lingua,
Et humiditatibus pedum, Ischiadica, aut vena sub minimo pedum digito.
Sanguinis ex naribus, saphena ejusdem lateris, deinde cephalica eiusdem partis leviùs secetur. *Fluxus.*
Ventris sanguineo non excoriativo, nigra aut basilica: si fluxus sanguinis est venarum intestinorum superiorum, tum aperiatur basilica aut salvatella dextræ partis, aut sinistræ pro loco aperturæ venarum, vel axillares epigastrij.

In FLATU ventris omni, cephalica. *Flatus.*

In FOETORE putrefactionis dentium & gingivæ, vena inter mentum & inferius labrum. *Fœtor.*

G.

Genitalia. In GENITALIUM morbis, ſciatica, popletica, vel ſaphena.

Gingivæ. In GINGIVARUM
- Affectibus omnibus, venæ humerariæ primùm, deinde quæ ſunt ſub labijs, venæ ſub lingua.
- Apoſtemate, primò cephalica, deinde venæ labiorum.
- Doloribus & apoſtemate ac ulceribus, venæ labiorum, aut colli.
- Putrefactione, fœtore, ulcere, inflammatione, vena inter inferius labrum & mentum, vena alterutra in angulo utriusque labij.

Gibboſitas. In GIBBOSITATE, baſilica.

Gonorrhœa. In GONORRHOEA, baſilica.

Guttur. In GUTTURIS affectibus, tumore, etc. Venæ palati, venæ duæ ſub lingua, venæ jugulares.

Gurgulio. In paſsionibus GURGULIONIS, venæ duæ ſub lingua.

H.

Hæmorrhoides. Ad HAEMORRHOIDAS aperiendas, ſaphena, popletica, Iſchiadica, vel vena in malleolo.

Contra

Contra nimium fluxum Hæmorrhoidum, vena cubiti, basilica dextra aut sinistra, salvatella sinistræ manus utilior, venę labiorum, vel in lepore nasi.

In HEMICRANIA, cephalica, venæ in temporibus retrò aures, vena in medio frontis, venæ syncipitis. *Hemicrania.*

In HUMERORUM morbis, vena summitatis brachij seu humeraria. *Humeri.*

In Humerorum tumore, interior vena sinistri brachij, nisi tumor brachij flexum pertingat.

In HUMORIBUS crudis, interna vena utriusque cubiti. *Humores.*

In HYDROPE, popleticæ duæ. *Hydrops.*

In Hydrope & omni tumore totius corporis, vena sub præputio.

In Hydrope, tumore & omni flatu corporis, cephalica ocularis.

In HYPOCHONDRIORUM affectu, salvatella dextræ manus. *Hypochonuria.*

I.

Contra ICTERICIAM citrinam, salvatella manus dextræ, sive adfuerit febris, vel non. Item basilica. *Icterus.*

Contra ICTERICIAM nigram, basilica sinistra, & salvatella post eam.

Passiones, salvatella sinistræ manus: Basilica dextri brachij. *Ie ur.*

Apostema. vide Apostema.

Contra Iecoris
- Apostema ex casu, vel percussione, basilica ex opposito latere, vel ejusdem lateris.
- Apostema cholericum, basilica dextra.
- Apostema phlegmaticum, basilica dextra, sive ejusdem lateris.
- Oppilationem, Nigra primò, deinde basilica. Et salvatella manus dextræ.
- Inflammationem, vena interna dextri brachij.

Impetigo. In IMPETIGINE, vena in medio frontis.

Inflammatio. In INFLAMMATIONIBUS, vena cubiti primùm; tùm si non respondet, ex crure vel pede, si levior sit inflammatio, ex venis inferis sectio fiat, & è directo.

In Inflammatione
- Subter renes, interior vena cubiti directa, deinde inferiores venæ.
- Podicis, pudendorum, vesicæ, inguinis, crurum: venæ superiores cubiti.

Inguen. In INGUINIS inflammatione, venæ superiores cubiti.

Insania. In INSANIA, vena humeraria in flexu cubiti: Cephalica, vel sanguis ex naribus, & vena puppis, venæ in concavitate aurium, vena in vertice capitis, vena in medio frontis.

In IUNCTURARUM doloribus & affectibus, quære suprà in tit. ARTHRITIS. *Iuncturæ.*
In ISCHIADE, Ischiadica. *Ischias.*

L.

In LACHRYMIS & fluxu oculorum, venæ temporum : Humeraria ejusdem lateris, vel vena, quæ fertur in majorem angulum oculi, aut vena per quam materia fluit. vide tit. OCULUS. *Lachrymæ.*

In LACTIS abundantia, saphena primùm, deinde scarificentur crura, & posteà aperiatur basilica. *Lac.*

In LASSITUDINE membrorum, popleticæ. *Lassitudo.*

In LATERUM dolore, Gindegi, Mediana. *Latus.*

In LENTIGINE, vena summatis nasi, vel quæ est in labijs, vel quæ sub mento. *Lentigo.*

In LEPRA incipiente, vena in medio frontis, Gindegi. *Lepra.*

In LEPRA, venæ duæ maximi digiti pedum, vena in medio frontis.

Ad LEVAMENTUM corporis & animi, vena præputij. *Levamen.*

Ad LEVATIONEM pedum & crurum, popletica.

Apostemate, tumore: cephalica dextra primò, deinde venæ labiorum, vel venæ sub lingua.

In Lin-

Lingua. In Linguæ | Gravitate & impedimento loquelæ, venę ſub lingua & ſuper linguam.
Magnitudine, venæ ſub lingua.
Ranula, cephalica, vel venæ ſub lingua.

Lipothymia. In LIPOTHYMIA, vena in medio frontis.

Lippitudo. In LIPPITUDINE, & oculorum rubore &c. Vena inter pollicem & indicem utriuſque manus, vel cephalica ſiniſtræ manus, vena in acumine naſi, venæ in utroq; latere temporum, venæ in utroque angulo oculorum interiores prope naſum.

Lumbi. In LUMBORUM dolore & affectibus omnibus: Poplerica utraque, Mediana, Saphena, vena utraque maximi pedum digiti, Iſchiadica.

M.

Mamillæ. In MAMILLARUM dolore & affectu, vena ſub mento.

In Mamillarum apoſtemate & magnitudine, ſaphena.

Mania. In MANIA, baſilica, & poſtea vena nigra: Item ſaphena, vel vena in pollice pedis, cephalica, vena humeraria in flexu cubiti. Sanguis ex naribus. vide tit. INSANIA.

In Matri-

In Matricis
- Affectibus, salvatella sinistræ manus, sciatica, saphena.
- Vlcere & apostemate, basilica primò, deinde saphena.
- Rhagadijs, basilica sinistræ manus, aut saphena sinistri pedis.
- Cancro, basilica, & postea saphena. *Matrix.*
- Inflammatione, popletica vel malleoli.
- Pruritu & Priapismo, nigra primò, deinde basilica.
- Prœcipitatione, saphena ex latere opposito, si declinat ad superius: si ad inferius declinat, basilica.
- Suffocatione, saphena, vel popletica.

Matricem purgat & vacuat, saphena.

In MAXILLARUM affectibus, primò humerariæ venæ, deinde quæ sunt sub labijs, venæ palati. *Maxilla.*

In Maxillæ inferioris malis & mandibulæ, vena sub mento.

In tumore Maxillarum, Gindegi, & quę circa aurem.

In MELANCHOLIA, cephalica dextra, *Melancholia.*

aut

aut vena dorsalis sinistra, Basilica sinistra, vel primò nigra, posteà basilica. Aut venæ pedis.

Memoria. In MEMORIA reparanda & conservanda: venę post aures aut vena nasi.

Menstruum. MENSTRUA vehementer provocat: Saphena, & quæ est post claviculam, & vena geniculi. Item popletica, vel primò basilica, deinde utraq; saphena, vel altera hodie, altera postridie secta ad Vnc.iiij. Item vena in pollice pedis, vena in minimo digito pedis, sciatica.

Menstrua, sistit: basilica.

Mictur. In MICTU sanguinis, basilica & saphenæ: Item cephalica, si est ex vesica, hepate & splene. Si verò à renibus, lumbis, vel spina dorsi, saphena.

Mola. In MOLA: Saphena iterata.

Morphea. In MORPHEA: vena in medio frontis, vena nasi. Labiorum, & vena quæ sub mento est.

N.

Nares. In Narium
- Fluxu sanguineo: Saphena eiusdem lateris, deinde cephalica ejusdem partis.
- Bethore & pruritu: vena nasi.
- Vlcere: Saphena, si est ex menstruorum & hæmorrhoidum initio: sin minus, cephalica & vena extremitatis nasi. Item vena sub mento.

In Fœ-

In Fœtore: Cephalica, deinde vena nasi. *Fœtor.*
In NERVORUM contritione, poplerica. *Nervi.*
In NYCTILOPE: Cephalica, vel venę lachrymales nasi, venæ temporum. Arteriæ duæ post aures. *Nyctilops.*

O.

In OCCIPITII passionibus: venæ sub lingua, vena puppis, seu cervicis. *Occipitium.*

IN OCULORUM *Oculus.*
- Morbis, vena summitatis brachij, vena temporum, vena in medio frontis, vena sub pollice, vel primò cephalica, deinde vena in medio frontis, aut quæ sunt in angulis oculorum.
- Dolore, cephalica utriusq; manus.
- Dolore, obscuritate & offuscatione, venæ supra pollicem pedis, venæ in angulis oculorum ad nasum.
- Maculis & turbatione, vena in lepore nasi.
- Lippitudine, catarractis, nebulis, hebetudine, obscuritate, humiditate &c. venæ temporum utriusque lateris, cephalica dextra, venæ in utroque angulo

IN OCULORUM

gulo interiori propè nasum.
Gravitate: vena frontis.
Rubore: vena nasi.
Ardore, punctura: venæ in angulis oculorum.
Lachrymis, fluxu, humiditate: humeraria ejusdem lateris, vel quæ fertur in majorem angulum. Cephalica utraque, venæ temporum in utroq; latere, vena nasi.
Lippitudine, vena inter pollicẽ & indicẽ utriusque manus, vena nasi, venæ temporum in utroq; latere, venę in utroq; angulo interiores prope nasum, cephalica sinistrę manus.
Tumore, ulcere: vena inter pollicem & indicem utriusque manus, vena in utroq; pede pollicis, vena in medio frontis.
Inflãmatiooe & acribus lachrymis: humeraria ejusdem lateris, vel quæ fertur in majorem angulum oculi.

Ad

Ad OMNIUM humorum evacuationem, & omnium morborum curationem, Mediana, si peccat sanguis. *Omnis morbus.*

Ad omnia nutritivorum membrorum mala: sciatica vel saphena.

Ad omnes morbos, qui causantur ex membris quæ supra diaphragma: cephalica.

Ad omnes morbos, qui sunt in membris subtus diaphragma: basilica.

In OPHTHALMIA: Cephalica manus ex latere cõtrario, si adest plethora; primò ex basilica partis oppositæ, deindè ex cephalica, vel primò ex saphena eiusdem lateris: si materia est pauca & fluxus, cephalica ejusdem lateris. Item venæ temporum, venæ in pede pollicis, venæ inter pollicẽ & indicem utriusq; manus. Item duæ arteriæ post aures. *Ophthalmia.*

In ORIFICII ventriculi dolore: arteria. *Orificium Ventriculi.*

In Oris { Passionibus: venæ linguæ.
Dolore: venæ palati.
Fœtore: vena sub mento, vel quæ est inter mentum & labium inferius, venæ in concavitate aurium.
Apostemate, & ulcere: primò cephalica, deindè venæ labiorum, venæ item sub lingua. } *Os, Oris.*

P.

Palpebræ. In PALPEBRARUM { Scabie: Cephalica, & venæ lachrymales, venæ item temporum.
Craſsitie: cephalica. }

Palpitatio. In PALPITATIONE cordis: interior vena cubiti ſiniſtri.

Pannus. In PANNO: venæ temporum, Arteriæ duæ poſt aures.

Paralyſis. In PARALYSI: venæ duæ in minimo digito utriuſque pedis, vena ſub lingua.

Parotis. In PAROTIDE: vena ſub aure.

Pectus. In PECTORIS paſsionibus: baſilica ſiniſtri brachij, vena colli, venæ duæ ſub lingua.
Ad pectus mundificandum: ſalvatella.

Pedes. In PEDUM { Doloribus omnibus: poplitica, vena in minimo digito utriuſque pedis.
Tumore, rubore: vena poplitica, Sciatica.
Scabie, pruritu: venæ duæ ſupra pollicem pedis. }

Peripneumonia. In PERIPNEUMONIA: baſilica partis oppoſitæ. Si dolor extenditur ad jugulum, mamillam, brachium: interna ejuſdem lateris, ubi dolor eſt, ſecanda.

In

In Apostemate ex PERCUSSIONE: basilica ex opposito latere, vel ejusdem lateris. *Percussio.*

IN PESTILENTI Febre: interior vena cubiti dextri. *Pestilens febris.*

Pestis.

Si Pestis est in		
	Collo, Post aures, Cervice,	Cephalica in brachio, vel manus pollice.
	Mento, Fronte,	Venæ sub lingua.
	Capite, Humero, Pectore,	Mediana.
	Brachio, Costis, Mamillis, Axillis,	Basilica, media, salvatella.
	Femore, saphena.	
	Genu utroque, Tibiis, Suris,	Ischiadica.
	Lumbis, Pedibus.	Paralytica vena, prope minimum digitum pedis.

In PHRENITIDE: primò cephalica manus, juxta quosdam; sed meliùs ex sa- *Phrenitis.*

phenis: deindè, si opus est, vena frontis: sed cavendum, ne æger agitetur in, vel post phlebotomiam. Valet item humeraria vena, in flexu cubiti; vel vena directa inter pollicem & indicem. Aut sanguis ex naribus.

Phthisis. In PHTHISI: primò ex basilicâ sinistrâ; deindè ex salvatellâ.

Pleuritis. In PLEURITIDE: basilica lateris oppositi, idq; in principio & materiæ affluxu, & si magna est plenitudo & materia: vel primò saphena, & posteà basilica. si pleurisis est in latere dextro, aperiatur saphena dextri lateris; quando scilicet pauca plenitudo est, aut fuerit materia jam fluxa: tùm enim eadem in parte secanda. Idem possunt, Gindegi, & Mediana. Si dolor extenditur ad jugulum, mamillam, brachium; interna ejusdem lateris secanda.

Plethora. In PLETHORA & plenitudine, cui nullus affectus partis adest: Vena quævis secta juvat.

In Plethorâ, irritante morbos ex causis ignotis: hepatica in flexu dextri cubiti.

In Plethorâ crudorum humorum: interior vena utriusq; cubiti.

In Plethorâ ex suppresis menstruis: saphena.

In Plethorâ ingenti, & fluxionis vi: vena cubiti

cubiti primùm: deindè si non respondet, venæ cruris, pedisve.

In Plethorâ Melancholiç; interior vena cubiti sinistri.

In Plethorâ Bilis: interior vena cubiti dextri.

In PODAGRA: primò ex basilicâ, deindè ex arthriticâ, vel saphenâ. & basilicâ dextrâ, si dolor est in pede dextro; sinistrâ verò, si est in sinistro dolor. Item popletica, Ischiadica. Vide ARTHRITIS. *Podagra.*

In PODICIS inflammatione; venæ superiores cubiti secentur. *Podex.*

In PRIAPISMO: primò vena nigra, deindè basilica. *Priapismus.*

In PUDENDORUM passionibus: saphena, vena genitalis, ischiadica, popletica, venæ quæ sunt supra pectinem. *Pudenda.*

In Pudendorum ulcere ac tumore: venæ in pollice pedum. Quære VIRGA.

In PUERPERARUM febribus: saphena & curvaturæ. *Puerpera.*

In PULMONIS affectibus: mediana, venæ sub linguâ, interior vena cubiti sinistri, salvatella. *Pulmo.*

In Pulmonis apostemate: gindegi.

In PUNCTIONE sub costis spurijs: salvatella. *Punctio.*

In PUPILLAE dilatatione: cephalica, &, si opus est, venæ lachrymales, & temporum. *Pupilla.*

Q.

Quartana. In QUARTANA: interior vena ſiniſtri cubiti.

Quotidiana. In QUOTIDIANA vel aſsidua, vel intermittente, & ſemitertiana: interior vena cubiti dextri.

R.

Rhagadiæ. In RHAGADIIS uteri: baſilica ſiniſtrę manus, aut ſaphena ſiniſtri pedis.

Raucedo. In RAUCEDINE vocis: Gindegi, venæ duæ ex utraque parte gutturis verſus collum.

Renes. In Renum
- Morbis omnibus: ſalvatella ſiniſtra, venæ in genibus, vena glandis virgæ.
- Dolore præſente & futuro: baſilica dextra, deinde ſaphena exterior ejuſdem lateris.
- Plenitudine: popletica vel malleoli.
- Oppilatione: baſilica reiteretur, deinde ſaphena.
- Evacuatione & mundificatione: iſchiadica.
- Confortatione: venæ inter lumbos & nates exiſtentes.
- Inflammatione: vena interior; dextri quidem brachij, ſi dexter ren afficitur; ſiniſtri, ſi ſiniſter.
- Scabie: baſilica.

Apoſte-

Apostemate, & ulceribus: vena communis, si adest repletio: vel basilica ejusdem partis, si peccant humores; aut cephalica, si materia est ex superioribus. Item saphena exterior ejusdem lateris, & popletica.

Calculo: venę quatuor supra pectinem, vel Ischiadica.

In REUMATE: venæ palati. *Reuma.*

In REUMATE acuto, descendente ad oculos: arteria temporum.

S.

In Sanguinis
- Abundantia & impuritate: basilica, vel salvatella dextra. Item venæ in minimo pedum digito. *Sanguis.*
- Fervore & cholera: venæ duæ in minimo digito pedum.
- Melancholia: venę inter lumbos & nates.

In SCABIE & pruritu: venę duæ supra minimum digitum pedis utriusque. *Scabies.*

In SCIATICA passione: sciatica, vena manus ejusdem lateris, vel saphena, aut popletica. *Sciatica.*

In SERMONIS impedimento: venæ duæ sub linguâ. *Sermo.*

In SOMNI profunditate; cephalica priùs; deinde nigra. *Somnium.*

Spatulæ. In SPATULARUM morbis: Vena ſummitatis brachij.

Spiratio. In SPIRANDI difficultate & vitijs alijs: venæ ſub linguâ, mediana, ſalvatella.

In Spirandi partibus dolentibus ex febribus: interior vena cubiti.

Splen. In SPLENIS affectibus omnibus: interior vena ſiniſtri brachij, gindegi: baſilica ſiniſtra primò, deindè ſalvatella; vel ſingulæ per ſe, item ſciatica, ſaphena.

Spondilia. In SPONDILIORUM morbis: vena ſummitatis brachij.

Sputum. In SPUTO ſanguinis, ſaphena interior: in ſputo ſang. ex ulceribus, interior vena ſiniſtri brachij.

In ſputo ſang. ex Menſtruorum retentione: baſilica bis vel ter ſecetur; aut ſemel ſaphena.

In ſputo purulento: vena nigra ejuſdem partis.

Sterilitas. In STERILITATE ex humiditate, &c. ſaphena utraque.

Stomachus. In STOMACHI omnibus paſsionibus: mediana baſilica, vena inferioris labij.

In Stomachi apoſtemate, baſilica dextræ manus: ſi adeſt plethora, primò de ſaphenâ, deindè de baſilicâ vel mediâ.

In Stomachi malâ complexione cum materiâ: vena nigra, ſi adeſt plethora.

In Stomachi orificij nocumentis: ſalvatella.

In

In STRANGURIA: venæ duę in latere pectinis. *Stranguria.*

In STUPORE: primò basilica, deindè cephalica, tertiò vena familiaris membro stupore affecto. *Stupor.*

In SUBET à sanguine: primò cephalica, deindè nigra. *Subet.*

In SYNANCHE & Angina: primò humerarię venæ, deindè quæ sub linguâ; vel cephalica utraque, & posteà venæ sub linguâ; item gindegi venæ. *Synanche.*

In SYNCOPE: vena in medio frontis. *Syncope.*

In SYNOCHO febre, tàm simplici, quàm putridâ: vena interior cubiti dextri. *Synochus.*

T.

In TABE: interior vena cubiti sinistri. Vide tit. PHTHISIS. *Tabes.*

In TENASMO: basilica dextra, vel sinistra, si est ex repletione sanguinis. *Tenasmus.*

In TERTIANA ardente, pestilenti, quotidianâ, asiduâ vel intermittente, & semitertianâ: interior vena cubiti dextri. *Tertiana.*

Evacuatione: saphena.
Morbis: venæ duę in utroq; latere pectinis, vena in genibus.
Dolore: saphena.

Testiculi. In Testiculorum

- Tumore & inflatione: saphena utraque, Ischiadica, vena inguinis, venæ duæ in utroq; pedum pollice.
- Apostemate: venę manus dextræ, si apostema & dolor est in latere dextro, vel post hanc saphena ejusdem lateris: si fuerit apostema in utroque simul latere, ex utrisq; simul manibus.
- Vulnere: basilica, si adest præsertim repletio.

Thorax. In THORACIS vitijs: cephalica interna sinistri brachij. Quære PECTUS.

Tibiæ. In TIBIARUM dolore: popletica & ischiadica.

Tremor. In TREMORE cordis: saphena, deinde basilica, tertiò ventosæ apud sinistram spatulam ponendę. In repletione, basilica dextra: in vaporosa verò, basilica sinistra.

Tristitia. In TRISTITIA: cephalica.

Tumor. In omni TUMORE: vena inguinis, cephalica.

In Tumore axillarum vel humerorum: interior vena sinistri brachij.

In Tumore linguæ & faucium: cephalica dextra.

Tussis. In TUSSI: cephalica, si materia descendit; aut nigra, si ęst materia in his locis: aut

aut basilica, si epatis caliditas in causa est; aut saphena, si retenta sunt menstrua.

In Tusiente sanguinem: interior vena cubiti sinistri.

V.

In VARICIBUS: Ischiadica, saphena, popletica. *Varices.*

In omnibus VENTRIS inferioris morbis: basilica. *Venter.*

In ventris fluxu: vide DIARRHOEA, vel Fluxus.

In VERTIGINE: cephalica, popletica, vel malleoli; & venæ vel arteriæ post aurem. *Vertigo.*

In VESICAE passionibus: venæ ad latus utrumq; pudendorum, saphena. *Vesica.*

In Vesicæ Apostemate: basilica sinistra, aut salvatella sinistra.

In Vesicæ inflammatione: venæ superiores cubiti.

In Vesicæ calculo: vide tit. CALCULUS.

In Virgę { Affectibus: sciatica, saphena, popletica, venæ quatuor supra pectinem ad latus utrumque.
Apostemate: basilica ejusdem lateris.
Inflammatione: venæ superiores cubiti.
Tumore, ulcere: venæ duæ in pollice pedis utriusque. } *Virga.*

In visus

Visus. In VISUS debilitate ex multis spiritibus: primò basilica, deindè cephalica. Si fuerit magna repletio, primò à saphena incipiendum. Si ex splene, cephalica sinistra. Vide suprà tit. OCULUS.

Vomicæ. In VOMICIS: venæ duæ supra minimum digitum utriusque pedis.

Vomitus. In VOMITU: cephalica, vel nigra, vel basilica, ubi adest cholera. Si repletio sanguinis adest, basilica sinistri lateris, aut saphenæ; vel etiam basilica dextri lateris, si hepar in causa sit.

Vox. In VOCIS nocumentis: salvatella; venæ sub lingua duæ.

Vrina. Iu URINAE difficultate: basilica; deindè, si videtur, saphena, venæ ex utroque latere pudendorum. Vide MICTUS.

Vterus. In UTERI malis: salvatella sinistræ manus, sciatica, saphena.

In Uteri inflammatione: popletica vel malleolaris.

Vva. In UVAE casu: cephalica dextra; vel basilica, si adest repletio.

APHO-

APHORISMI IN PHLEBOTOMIA observandi.

APHORISMI Hippocratis de venæ sectione.



VAsorum inanitio, si talis fiat, qualis fieri debet, confert; & benè tolerant: sin minus, contrà. Inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conveniat, aut non. *Finis phlebotomiæ.*

Quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat evacuatio. Venæ sectio solvit quæ larga, violenta, multa ex naribus fluxerit. *Repletio.* *Narium fluxus.*

Si repentè quis obmutuerit, huic dextri brachij venam secare oportet. Venâ sectâ, mulier, uterum gerens, abortit; & magis, si major fuerit fœtus. *Obmutescẽs.* *Mulier.*

In acutis affectibus venam secabis, si vehemens appareat morbus, & infirmus ætate floreat viribusque abundet. *Acuti morbi.*

Venæ secundùm aures incisæ, infœcundos reddunt. Venæ sectio, propter sanguinis collectionem & repentinam mutationem, quàm longissimè à locis dolentibus fiat. Venarum ad inguina, femora, tibias & malleolos infra sectio, faciunt hominem fœcundum. *Auriũ venæ.* *Locus.*

Homini

Tempus. Homini venę sectio perutilis est:& tempus,quo ipsâ utendum,à Februario incipit: & rursus à Septembre principium sumendo,ad septimum ejusdem perdurat.

Galeni aphorismi.

Sanguinis mittendi scopi tres, in unam summam redacti;morbi vehementia, æger ætate florens,facultatis robur. *Scopi.*

Aetas. Sanguinis detractionem, neq; puer neq; senex sustinent.

Qui. Sanguinis detractione non egent, qui insitam naturalemque habent vacuationem.

Sanguinis detractione, multi sunt, ex longis morbis,qui indigent, cùm & hi prædictis tribus scopis subjaceant.

Quando. Venam secamus, ubi etiam non adest plenitudo;cùm dolor vehemens hominem prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum fuerit, vel alius quispiam articulus contractus & reductus sit.

Sanguis misśio, semper valentes vires postulat;quę modo vacuationis ejus respondeant.

Venam sæpiùs incidere in anno, non expedit.

Vbi. Secantibus venam, quàm longisśimè recedendum ab arterijs.

Sangui-

Sanguinis detractio, & frigidæ potio, maxima remedia sunt continentium febrium. *Vsus. Febris.*

In obstructionibus curandis, ante omnia secare oportet venam, etiamsi plenitudo non adsit.

Quovis tempore & horâ mittere sanguinem, necessitas concedit & iubet. *Quando.*

Sanguinis missio ad animi deliquium, si vires robustæ sint, maximum remedium continuæ febris. *Quantitas.*

Duabus horis à misso sanguine, cibari potest æger. *Diæta.*

Non dierum numerus, sed unicum viriũ robur considerandum, in sectione venæ, febrium continuarum. *Robur.*

Si tempore mittendi sanguinis menses moveri contigerit, sive etiam hæmorrhois fluat, si inspecto fluentis impetu, ipsi satis fore videbitur, qui solus, quod requiris, vacuet, naturæ rem omnem permittes: sin minùs, tantum ipse detrahes, quò, ex conjunctis ambobus, perficiatur quod postulas. *Menses.*

Immodicè missi sanguinis incommoda hęc sunt: virium resolutio, habitus corporis deterior, temperamentum frigidius redditum, decoloratio totius corporis, & lapsus in morbos diuturnos & exitiales. *Incommoda.*

Sanguinem ab initio mittes omnibus qui febricitant; si valentes viribus sint. *Febres.*

Sanguinis

Sanguinis miſsione, exuperantiam vacuare, ſi jam febricitat æger, licet.

Sanguis, qui ad jecur fluit, in ipſius phlegmone, educendus eſt, internâ, in dextro cubito, ſectâ venâ.

Phlegmone. Vena, quæ è directo eſt, in internis inflammationibus, ſemper ſecanda.

Incidenda vena ſtatim ab initio, in phrenitide & lethargo.

Carbo. Sanguinis miſsio facienda ad animi deliquium, in carbone.

Sanguinis miſsio facienda ſemper in magnis morbis: conſideratis tamen ætate & viribus ægri.

Sanguinis miſsio, in laſsitudiue phlegmonoſâ, copioſiſsimè facienda; & interdum usq; ad animi deliquium.

Quando. A Sanguinis miſsione, non feſtinanter reficiendum.

A ſanguinis miſsione abſtinendum eſt, ubi ſanguis bonus exiguus eſt, reliquus verò ſuccus plurimus.

At ubi contrà evenit, detrahendus eſt.

Sanguinis miſsionem, ſi quis vel ob ætatem, vel timiditatem, detrectet, huic deijcienda largiùs eſt alvus.

Cùm ſanguinis miſsione tantundem valet, vel hęmorrhoidas reſerare, vel menſtrua evocare, vel malleolos ſcalpello incidere; poſt hæc alvum deijcere.

Sanguinem mitti non ſtatim neceſſe eſt: ubi

ubi quis in sanguinis redundantis concursu est positus: imò alij satis facit inedia, alij cibi parcitas, alij soluta alvus, vel purgatio, vel frequẽtius balneum: alij sola exercitatio, vel multa frictio abũdè fit.

Sanguinis detractione omissâ, alia vacuandi ratio quæcunque periculosa; in quibus vel cerebro, vel in spiritus instrumentis excrementum subsistit.

Venæ sectio, circa initia morborum adhiberi debet: nonnunquam verò & purgatio.

Venæ sectio, commune auxilium earũ, quæ ex plenitudine fiunt, dispositionum. *Vsus.*

Venæ sectio quæcunque & quovis modo facta, æqualiter totum corpus evacuat.

Aphorismi Cor. Celsi, ex lib. 2. cap. 9.

Nullus penè morbus est, in quo non mittatur sanguis. *Morbi.*

Sanguinem mitti junioribus, & fœminis uterum non gerentibus, vetus est. *Prægnans.*

In pueris verò idem experiri, & in senioribus, & in gravidis quoque mulieribus, vetus non est: siquidem antiqui, primã ultimamq; ætatem sustinere non posse hoc genus auxilij judicabant; persuaseruntq; sibi, mulierem gravidam, quæ ita curata esset, abortum esse facturam. *Senex.*

Postea verò usus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, aliasq; potiùs observatio-

nes adhibendas esse, ad quas dirigi curantis consilium debeat. Interest enim, non quæ ætas sit, neque quid in corpore intus geratur, sed quæ vires sint.

Ergo, si juvenis imbecillis est; aut si mulier (quæ gravida non est) parum valet, malè sanguis emittitur.

Emoritur enim vis, si quæ his supererat, & hoc modo erepta est.

At firmus puer, & robustus senex, & gravida mulier valens, tutò curâtur venæ sectione: ait Cor. Celsus.

Maximè tamen in his Medicus falli potest imperitus; quia ferè minus roboris illis ætatibus subest.

Mulieri prægnanti, post curationem quoque, viribus opus est; nō tantùm ad se, sed etiam ad partum sustinendum.

Non quicquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciendum est: cùm præcipua in hoc ars sit, quæ non annos numeret, neque conceptionem solam videat: sed vires æstimet, & ex eo colligat, possit néc ne superesse, quod vel puerum, vel senem, vel in una muliere duo corpora simul sustineat.

Quibus. Interest enim inter valens corpus & obesum, inter tenue & infirmum.

Tenuioribus magis sanguis, plenioribus magis caro abundat.

Faciliùs igitur illi detractionem ejusmodi susti-

sustinent, celeriusque eâ si nimium est pinguis aliquis affligitur.

Ideoq; vis corporis meliùs ex venis, quàm ex ipsa specie æstimatur.

Neque enim solùm hęc consideranda sunt: sed etiam morbi genus, quod sit: utrùm superans aut deficiens materia læserit, corruptum corpus sit an integrum.

Nam si materia vel deest, vel integra est, illud alienum est. At si vel copiâ sui malè habet, vel corrupta est, nullo modo meliùs succurritur.

Ergo vehemens febris, ubi rubet corpus, plenæq; venæ tument, sanguinis detractionem requirit.

Quòd si vehemens febris urget, in ipso impetu ejus sanguinem mittere, est hominem jugulare.

Expectanda ergo remissio est, si non decrescit, sed crescere desijt, neq; speratur remissio tunc quoque, quamvis pejor, sola tamen occasio non omittenda est.

Ferè etiam ista medicina, ubi necessaria est, in biduum dividenda est.

Satius est enim, primò levare ægrum, deinde perpurgare, quàm simul omni vi effusâ, fortasse præcipitare.

Mitti verò is debet, si totius corporis causâ fit, ex brachio: si partis alicujus, ex ea parte ipsâ, aut certè quàm proximâ;

Vbi. quia non ubiq; mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachijs, juxta talos.

Dicunt quidã, ſanguinem quàm longiſsimè inde, ubi lædit, eſſe mittendum: Sic enim averti materiæ curſum, ac illo modo, id ipſum quod gravat, evocari. Sed idipſum falſum eſt. Proximum enim locum primò exhaurit. Ex ulterioribus autem ſanguis eatenus ſequitur, quatenus emittitur: ubi is ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, ne venit quidem. Videtur tamẽ uſus ipſe docuiſſe, ſi caput fractũ eſt, ex brachio potiùs ſanguinem mittendum eſſe.

Si quod in humero vitium eſt, ex altero brachio credo: quia ſi quid parum ceſſerit, opportuniores hę partes injurię ſunt, quæ jam malè habent. Avertitur quoque interdũ ſanguis, ubi aliâ parte prorumpens, aliâ emittitur. Deſinit enim fluere, quâ volumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere.

Cautelæ. Mittere autem ſanguinem, cùm ſit expeditiſsimum uſum habenti, tum ignaro difficilimum eſt. Juncta eſt enim vena arterijs, his nervi. Ita ſi nervum ſcapellum attigit, ſequitur nervorum diſtentio ea, quæ crudeliter conſumit.

At arteriâ inciſâ, neq; coit, neq; ſaneſcit: interdum etiam, ut ſanguis vehementer erumpat, efficit. Ipſius quoque venæ (ſi forte

forte præcisa est) capita comprimuntur, neque sanguinem emittunt.

Atsi timidè scapellus demittitur, summam cutem lacerat, neq; venam incidit.

Incidenda ad medium vena est, ex qua cũ sanguis erumpit, colorem ejus, habitumque oportet attendere. Nam si is crassus est & niger, vitiosus est, ideoque utiliter effunditur.

Si rubet, pellucet, integer est. Eaque missio sanguinis adeò non prodest, ut etiam noceat: protinusque is supprimendus est. *Color.*

Sed id evenire non potest sub eo Medico, qui scit, ex quali corpore sanguis mittendus sit.

Illud magis fieri solet, ut æquè niger assiduè, ac primo die, profluat. Quod quamvis ita est: tamen si jam satis fluxit, supprimendus est. *Quantitas.*

Semper antè finis faciendus est, quã anima deficiat, deligandumque brachium, superimposito expresso ex aqua frigida panicillo: & postero die, adverso medio digito, vena feriẽda, ut recens coitus ejus resolvatur, iterumq; sanguinẽ fundat.

Sive autem primo, sive secundo die sanguis, qui crassus & niger initiò fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, satis materiæ detractum est. Ideoque protinus brachium deligandum est, habendumque

ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur. Hęc Celsus.

Aphorismi Arnoldi de Villa Nova, ex libro de Regimine sanitatis.

Tempus. Post balneum & coitum, aut forte exercitium, nullo modo phlebotometur.

Post longam ægritudinem cavendum à phlebotomia.

Servientes in balneis & stuphis, & artibus laboriosis, ac resolventibus corpus, non phlebotomentur.

Tempore calidiss. & frigidissimo, nullo modo fiat phlebotomia.

Tempus. Ver & Autumnus sunt tempora aptissima phlebotomiæ.

Aëre existente pestilentiali, nebuloso vel turbido, aut flante vento australi, non secetur vena.

In æstate octava hora, & hyeme meridie, eligantur phlebotomiæ.

In prima quadra Lunæ juvenes, in ultima quadra seniores minuant.

In prima quarta, phlebotomandi sunt sanguinei; in secunda, cholerici; in tertia, phlegmatici; & in quarta, melancholici.

Si Luna sit in signo habente aspectum malum, vel ad aliquod membrum, non fiat phlebotomia de illo membro.

In

In Ariete igitur caput; in Geminis, cubitus; in Cancro, mediana; in Sagittario, crus; in Aquario, tibia & sura; in Piscibus, pedes vitentur. Cætera membra tutò secantur.

Si Luna fuerit in Tauro, Virgine, Capricorno, mala phlebotomia: in Cancro, Scorpio, Piscibus, mediocris: in Ariete, Libra, Sagittario & Aquario, bona est.

Ebrius, crapulatus, & nauseativè satiatus, abstineat à phlebotomia.

Si quis indigeat venæ sectione, ac negligit, accident apostemata intus & extra, parva & magna scabies; & impetigo, serpigo, Synochus, variolæ, apoplexia & paralysis: Morbilli & sputum sanguinis, Synanche, pestilentia, mors subita & lepra: & universaliter omnes ægritudines sanguineæ, vel de sanguinis corruptione, vel ipsius multitudine, vel intẽsione, cõtingere possunt in corporibus, etiam paratis ad tales ęgritudines: nõ negligatur phlebotomia. *Incommoda.*

Phlebotomiæ etiam sunt plurima nocumenta, quando indebitè exercetur. Ex frequenti enim sang. minutione, accidit malignitas oppilationis, hydropisis, festina senectus, destructio appetitus stomachi, cordis & hepatis debilitas, tremor & paralysis, & postremò omnium virtutum, tàm naturalium, quàm ani-

malium, debilitas & imbecillitas per phlebotomiæ frequentiam, in quibus, & quando, & quoties non oportet, solet sępius evenire.

Qui. Qui est accidentaliter musculosus & carnosus maximè, & extenuatus minimè, & similiter utentes regimine multiplicante sanguinem, sicut viventes in ocio & gaudio, & habitantes in regione ubi pauca fit resolutio; & multas carnes comedentes & assaturas, & dulcia bibentes bona viva; & balneo utentes, & carentes coitu, nec multùm exercitantes: tales enim plùs, sunt phlebotomandi alijs. Et per oppositum, jejunantes, & comedentes cibaria melancholica, minimè sunt phlebotomandi.

Quando phlebotomia fit ad evacuandum, & ex loco propinquo morbo, puta ex ea parte, tunc primus sanguis debet esse deterior secundo, & secundus tertio: & si oppositum continget, adhuc est phlebomiæ aut pharmaciæ necessitas. Sed in corporibus sanis, quæ minùs indigent phlebotomiâ, sæpe contingit, quòd primus erit melior secundo, & tunc est iteranda phlebotomia satis citò.

Præparatio. Ante phlebotomiam bonum est aliquantulùm exercitari, moveri, evigilare: ut sanguis sit mobilior.

Membrum phlebotomandum est fricandũ & ca-

& claefaciendum, cum aqua calida lavandum, ut vena sit apertior, & sanguis fluxibilior.

Eligendus est flammator juvenis, expertus, & boni visus; non tremulus, nec ebriosus.

Si phlebotomandus est pusillaminis, vel valde debilis, comedat priùs panem, & bibat vinum stipticum.

Quorum sanguis est grossus, immobilis, & venę occultę, per aliquot dies ante phlebotomiam balneandi sunt; nisi corpus sit valde plethoricum.

Ante phlebotomiam alvus & vesica exoneranda sunt.

In patientibus apostema extrahatur tantus, donec ejus mutetur color, & virtus sufficiat. Sed quando est simplex plenitudo sine apostemate, non oportet expectare sanguinis mutationem: quia fortè totus sanguis esset bonus & uniformis. *Quantitas.*

Si sanguis fuerit subalbicans, tenuis atque subtilis, parum admodum mittatur.

In Ætate & Vere fiat phlebotomia in parte dextrą: Autumno & Hyeme, parte sinistra.

In materia venenosa, debet fieri phlebotomia ex eadem parte.

Eadem die, aperienda vena eadem bis, ubi adest necessitas magna, aut non satis sanguinis extractum.

Si venâ apertâ ſanguis nõ exit, tum bonum eſt tuſsire, ſcreare, & ſuper ſcapulas percutere phlebotomandum.

Sanguinis judicium. Sanguis egrediens tangendus eſt, qui ſi frigidus eſt, ſtatim eſt reſtringendus: & ſimiliter ſi calidus & ſubtilis valde. Nam in utroque caſu dubitandũ de Syncope.

Similiter ponatur una gutta ſanguinis ſuper unguem: tunc ſi fluat, & non conſiſtat, aquoſus multũ eſt, & ſtatim reſtringendus.

Aut projiciatur una gutta ſanguinis in aqua, & ſi ad fundum deſcendat, ſignificatur groſsities nimia: & ſi totaliter diffunditur, & ſupernatat, eſt nimis aquoſus: & ſi medio modo ſe habet, bonus.

In die phlebotomiæ nullo modo exerceatur: ſed remaneat in domo cũ ſocijs, & in gaudio; etiã illa die nõ balneetur, neq; coëat, niſi quartâ die; nec de die dormiat.

Subſtantiä. Sanguinis ſubſtantia etiam conſideranda eſt, quæ melancholica eſt, phlegmatica, ſanguinea, pura, cholerica, & aquoſa.

Melancholicus ſanguis. Melancholia eſt fex ſang. quæ eſt coloris nigri, & eſt in fundo ſcutellæ: & quando eſt nimia quantitas hujus feculentiæ, nõ eſt bonum ſignum: tunc enim poſſumus judicare (ex complexione melancholica) talem hominem triſtem eſſe, invidum & curioſum, avarum & timidum, & puſillanimem. Et talis debet uti mundifi-

dificantibus ſanguinem, & multiplicantibus bonum ſanguinem.

Phlegma quidem eſt album, mucilaginoſum, inſipidum: quod eſt quaſi ſimile albugini ovi, & debet eſſe in ſanguine in loco poſt melancholiam; & hujus nō debet eſt nimia quantitas. Et ſi ſit talis humoris multa quantitas, judicare poſſumus talem phlegmaticū naturaliter vel accidentaliter: & eſſe ſomnolentum, rudem & pigrum ad actiones, & multi ſputi. De iſto tamen humore plus debet eſſe, quàm de melancholia. *Phlegmaticus.*

Et deinde ſequitur ſanguis purus, cujus color debet eſſe purpureus vel ſubrufus, aut rufus: & hujus humoris debet eſſe major quantitas. Cujus humoris ſi ſit magna quantitas, poſſumus judicare talem hominem eſſe ſanguineum, & liberalem, & amabilem, & hilarem, & ridentem, & coloris rubei, ſatis audacem atq; benignum. *Sanguineus.*

Deinde ſequitur cholera, quæ eſt ſpuma ſanguinis crocei coloris, trahentis ad ſcintillantē rubedinem, & hujus humoris debet eſſe minor quātitas, quàm ſanguinis & phlegmatis, & major quā melancholiæ. Si igitur ſit magna quantitas humoris hujus, poſſumus judicare talem eſſe cholericū, & per conſequens verſutum, fallacem, iracundum & audacem, *Cholericus.*

dacem, prodigum, & ad actiones promptum, vigilem & subtilem.

Aquosus. Ampliùs consideranda est substãtia aquosa, quæ supernatat in sanguine coagulato, sicut serum in lacte cùm coagulatum est, & apparet aquositas similis urinæ, si ponatur in urinali. Et quãdo talis aquositas est similis urinæ sani hominis, cujus est sanguis, est bonum signum: aliâs verò non.

Et quando illa aquositas à sanguine perfectiùs separatur, tantò melius, & melior digestio & decoctio in hepate signatur: & econtrá.

Hæc enim aquositas debet esse in sanguine, ad subtiliandum substantiam ipsius sanguinis, ut liberiùs & faciliùs per venas magnas & parvas ad membra valeat pervenire.

Unde non est bonum, sanguinem totaliter esse privatum tali aquositate urinali.

Nam ex hoc signatur siccitas & grossicies sanguinis, & paucus potus permixtus delativusque. Et talis aquositatis privatio, solet esse in multùm jejunantibus & vigilantibus, & in his, qui utuntur cibis siccis & calidis, & in his, qui multùm exercitantur & student, & similiter in convalescentibus.

Ampliùs nõ est bonum, quòd nimia hujus aquo-

aquositatis quātitas sit in sanguine. Nam ex hoc sentitur defectus digestionis, vel ratione ciborum & potuum, vel ratione membrorum cibum in sanguinem convertere nō potentium. Et signatur etiam nimia frigiditas & humiditas sanguinis, & corporis debilitas.

Unde habētes stomachum frigidum, & hepar frigidum, & similiter venas, & similiter utentes cibis frigidis & humidis, & multùm comedentes, & bibentes specialiter, & parùm exercitantes, & non jejunantes, nec cōsueti vigilare, talem habent sanguinem sæpissimé.

Item in sanguine est quædā substantia carnosa, declinans ad albedinem. Nam sanguis incipit in venis dealbari: quia digestio ulterior, ut convertatur in membra, dealbando procedit. Et hæc digestio incipit in magnis venis, & per venas parvas terminatur finaliter ad membra digestionis tertiæ; scilicet ad membra exteriora solida totius corporis. *Carnosus.*

Nam hujusmodi substantia, quasi carnea & manifestè apparet in sanguine, post ejus ablutionem: & quantò sanguis est pinguior, vel humidior aut aquosior, tātò minus est in eo de hujusmodi substantia: & quantò est grossior, nisi temperamentum excedat, & minùs pinguis, & inaquosus, tantò plus percipitur

pitur de tali ſubſtantia.

Ex multa igitur quantitate talis ſubſtantiæ albæ, bonitas digeſtionis venarum ſignificatur, & ſanguinis obedientis ad converſionem in membrum: & ſpecialiter, ſi talis ſubſtantia inveniatur tractabilis manibus, nec in ea appareant contenta magna, nec ad tactum dura, & quæ digis fricata quaſi pulverizentur. Ex hoc enim ſignificatur diſpoſitio propinqua ad lepram.

Iudicium. Ampliùs, ſi de totius ſanguinis ſubſtantiæ ſubtilitate certificari volueris, tunc, poſt ſanguinis coagulationem, incide cum cultello aut ſubtili ligno ſanguinem. Si enim non reſiſtat, ſed faciliter inciſioni obediat, ſubtilitas ſanguinis ſignificatur. Si autem difficulter dividatur & incidatur, tunc viſcoſitas & groſsities ſignatur ſanguinis.

Si autem ſanguis nullo modo ſuſtineat inciſionem, quamvis faciliter dividatur, ſicut apparet in aqua & oleo, & cæteris liquoribus, qui faciliter dividuntur, ſed non inciđũtur: talis enim ſanguis nimis eſt ſubtilis, & talis ſubtilitas arguit indigeſtionem.

Et quando ſanguis de facili perforatur ſatis convenienter, ſed non inciditur: tunc arguitur ſanguinis viſcoſitas: & talis ſanguis ut plurimùm eſt phlegmaticus.

Et

Et quando ſanguis inciditur, ſed cum quadam reſiſtentiâ, tunc utique ſanguis eſt groſſus, non viſcoſus.

Item conſiderãdum eſt circa colorem ſanguinis. Si enim ſecũdùm alium & alium ſitũ ſcutellæ ſanguis appareat alterius & alterius coloris, ſicut apparet in collo columbæ, ſignatur ex hoc malorum humorum diverſitas. *Color.*

Ideò demum debemus conſiderare verum colorem & fixum ſanguinis, qui color ſit rubeus, purpureus, non obſcurus; qui arguit bonum ſanguinem.

Et ſi ſit color ſcintillaris rubedinis, arguit dominium choleræ, & ſi ſit croceus.

Si autem ſit ſpumoſus, arguit ventoſitatem.

Et ſi ſit albus vel lividus, arguitur frigiditas, & phlegmatis dominiũ; & ſpecialiter, ſi cũ hoc ſanguis ſit viſcoſus, & cætera particularia, arguentia dominium phlegmatis, concurrunt.

Iſti etiam colores poſſunt provenire ex aduſtione, ſicut patet in extenuatis, & diſpoſitis ad lepram.

Color viridis atteſtatur aduſtioni, & ſpecialiter choleræ.

Color verò niger, & valde lividus, melancholiæ atteſtatur naturali, vel ex vitio aduſtionis.

Item Sapor conſiderandus, ſi placet. quia *Sapor.*
ſanguis

ſanguis debet eſſe dulcis: ſi verò inſipidus, arguit dominium phlegmatis. Si amarus, choleræ. Si ponticus vel acetoſus, melancholiæ aut phlegmatis aceto: & ſi ſalſus, phlegmatis ſalſi, & aduſtionem in humoribus arguit.

Odor. Ampliùs conſiderandus eſt Odor: quia ſi ſit boni odoris & delectabilis, arguit bonitatem ſanguinis: & ſi fœdus, arguit magnam putredinem in humoribus.

Coagulatio. Ampliùs, ſi ſanguis extractus citò coaguletur, nimia tunc groſsities ſanguinis ſignificatur: Et ſi tardè, nimia ſubtilitas & indigeſtio. Et ſi mediocriter, mediocritas ſubſtantiæ deſignatur.

Aliorum Aphoriſmi: Avicennæ, Rhazis, Aëtij, Montag. Savanorolæ, Damaſceni, &c.

Incommoda. Qui in juvẽtute plurimum ſanguinem per phlebotomiam ejicere ſunt conſueti, eorum natura poſt ſexaginta annos in frigus reſolvitur, & ſuffocatur in eis naturalis calor: maximè verò ſi frigidæ fuerint complexiones.

Climata. Habitantes in quarto aut ſexto climate, plùs minuere ſanguinem expedit, quàm in ſeptimo, aut primo, ſecũdo vel tertio.

Qui. Qui ventriculum debilem ac frigidũ, cor, imbecille, jecur infirmum & frigidum habent,

habent, & frigidis morbis afifliguntur, non ſecent venas.
Nec melancholici, niſi venis inflatis.
Nec pallidi, extenuati, famelici & veſcentes cibis melancholicis.
Nec multùm exercentes venerem.
Nec luctantes dyſenteriâ, Iliaci, vel magnâ conſtipatione laborantes.
Nec, qui corpus nondum præpararint & purgarint.
Nec qui attigerunt 70. annum; niſi vires ſufficiant, venæ latæ & plenæ ſint, conſuetudo repoſcat, & neceſsitas incũbat. *Aetas.*
Qui annos 60. habent, cephalicam non aperiant.
Qui 50. annorum ſunt, venam nigram non ſecent.
Qui item 70. ſunt annorum, caveant minuere nigram.
Phlegmaticis utile eſt ſecare venam, ſi Luna eſt in Ariete & Sagittario. *Tempus.*
Melancholicis, ſi eſt in Libra & Aquario.
Cholericis, ſi in Cancro & Piſcibus.
In novilunio & plenilunio vitanda phlebotomia.
In prima quarta Lunę, minuãt adoleſcentes ab anno 14. aut infrà, uſq; ad annum 25. *Aetas.*
In quarta ſecunda, juvenes ab anno 25. uſq; ad annum 35.
In quarta tertia, ab anno 35. ad annum uſq; 56, vel ampliùs, phlebotomia cõceditur. *Tempus.*

Manè perficiatur venæ ſectio, exorto ſole, poſt unam, alteram, vel plures horas ſomni.

Venæ capitis, manuum & pedum, incidantur à meridie: cubiti venæ tempore matutino.

Qui ſenes ſunt & ægroti, edant, juſcula, & bibant vinum bonum, unâ vel alterâ horâ, ante ſectionem.

Qui facilè ac ſępè ſudant, indigent venæ ſectione.

Sectio conſueta, non ſine periculo prætermittitur.

Victus. A' ſectione cibo utere bono ac tenui, & vino ſubtili: vita aquam mulſam, cereviſiam, piſces, & quæ generant malum ſanguinem.

Sectio venarum, non urgente neceſsitate, obeſt potiùs, quàm proſit.

A' venæ ſectione aër malus vitabitur: cibus eſto panis albus, & bene coctus, caro vitulina, gallinarum, pullorum, agnina, ova ſorbilia, & quæ generant bonos humores ac ſanguinem. Bibatur vinum purum, clarum & tenue: vitabitur caſeus, lac, olera, piſces, cereviſia, & aqua mulſa: ira, triſtitia, & coitus.

FINIS.

MARTI-

MARTINI RVLANDI P. TRACTATUS SECUNDUS,

NIMIRUM

De

SCARIFICATIONE ET VENTOSATIONE, MORBISQVE per eam curandis.

Tempus & ætas Scarificationis.



NTE quartum annum ætatis, non ſcarificandum eſt.

Nec poſt annos ſexaginta.

Scarificatio & ventoſatio, in novilunio & plenilunio vitanda eſt.

Luna ſi fuerit in Cancro, Librâ, Scorpione, Sagittario, Aquario, & Piſcibus, commoda & ſalutifera eſt ſcarificatio; reliqua verò ſigna fugienda ſunt.

Scarificatio commodè fit, horâ ſecundâ vel tertiâ diei; & poſt horam unam, præberi poteſt cibus & potus.

Corpus, & locus præſertim, qui eſt ſcarificandus, aquâ priùs, per unam vel dimidiã horam, calidâ lavandus eſt atq; fricandus.

Cucurbitulis rectè utimur, cùm antè corpus evacuatum eſt.

Nam plethoræ non conveniunt.

Neque ullâ in parte phlegmone affectâ,

Vsus & utilitas ventosarum, in genere.

Ventosę sine scarificatione, prosunt.


- Avertendo Apostemati de nobili membro ad ignobile.
- Ad Calorem attrahendū ad mēbrum, quod ex frigiditate debilitatur.
- Cholicæ appositæ sub umbilico, vel suprá.
- Dolori sedando.
- Dislocationi.
- Ad extrahendum quod in profundo est ad summam cutem.
- Flatibus evacuandis, &
- Humoribus.
- Hæmorrhoidum fluxui sistendo.
- Ad Membrum calefaciendum; caloremque & sanguinem ad ipsum trahendum.
- Membro reducendo ad suum locum.
- Matricis dolori; affixæ sub umbilico, & mulier calidæ insideat cum eis.
- Menstruorū fluxui nimio: appositæ sub utraque mamilla, ad horam vel ampliús.
- In Narium fluxu; p ositæ supra jecur,

Ventosę sine scarificatione prosunt;
- jecur, si dextra naris afficitur; si sinistra, supra splenem.
- Ad Pestiferum apostema attrahendum à parte interiori.
- Rupturæ inguinis.
- Ad divertẽdum sanguinem immoderatè fluentem ab aliquo loco.
- Stomachi fluxionibus sistendis.
- Sanguini sistendo, oppositis partibus applicatæ.
- Sanguini attrahendo.
- Veneno extrahendo.
- Ventriculo frigido, si affigantur ad ipsum.
- Ad Ventositates removendas.

Ventosarum sine, aut cum scarificatione, usus per locos & partes.

Capitis.

Commodant
- Amentiæ.
- Scotomiæ.
- Canitiei.
- Oculorum scabiei, bothori, egressioni nuchæ; & alijs ęgritudinibus.



- Ventosæ supra caput positæ
  - Incommodant
    - Intellectui.
    - Memoriæ: quia stuporem faciunt, & siccis caniciem accelerant.

Frontis. In Fronte ventosæ

- Commodant
  - Capitis posterioris dolori.
  - Capitis gravitati, & tumori.
  - Cerebri affectibus.
  - Maniæ.
  - Insanię.
  - Faciei
    - Infirmitatib. antiquis.
    - Impetigini.
    - Ulceribus.
    - Lepræ,
    - Scabiei.
    - Morpheæ.
  - Oculorum morbis omnibus.
  - Vertigini.
- Incommodant
  - Rationi.
  - Intellectui.

Menti. Sub Mẽto affixæ vẽtosę cõmodãt

- Oris pustulis & tumori.
- Dentium morbis, & Gingivarum. (alijs.
- Faciei maculis & vitijs

Capitis

Capitis cuti.
Gutturi.
Maxillarum malis.

Inter Collum & Scapulas admotæ Spinæ,
Commodant
Capitis, Faciei, Colli, Dentium, Narium, Oculorum ægritudinibus.
Oris fœtori & malis.
Gravedini.
Impetigini.
Squinantiæ.
Cephalicæ & Medianæ secandæ vicem præstant.
Incommodant Memoriæ: Caput enim faciunt tremulum.

Colli,

Inter utrasque scapulas, recto loco,
Commodant
Pectoris affectibus.
Colli morbis.
Asthmati.
Humeris.
Spasmo.
Tremori cordis sanguineo.
Gulæ.
Basilicę vicem tenent.

Scapularũ,

- *Scapularū.* opposito cordi & stomacho, Incommodāt
  - Stomacho.
  - Cordi; quia tremorem nō sanguineum excitant.
- *Pectoris.* Sub pectore; prosunt
  - Pectoris vitijs.
  - Asthmati.
- *Iecoris.* In Iecoris loco; si
  - Exarescit.
  - Inflammatur.
- *Dorsi.* In Dorso; contra
  - Dorsi dolores.
- *Stomachi.* Supra stomachum; valent adversus
  - Stomachi tumorem.
  - Ejus frigiditatem.
  - Humores ejus vitiosos,
- *Manus* Supra manus positę; cōtra,
  - Capitis omnia vitia, &
  - Oculorum
  - Auriumque.
- *Renum.* Ad renes applicatæ, ꝓsunt
  - Coxarū apostematibus & scabiei.
  - Hæmorrhoidibus.
  - Podagræ.
  - Elephantiæ.
  - Dorsi pruritui & scabiei.
  - Matricis ventositatibus, & frigidis vitijs.

Vesicæ

Vesicæ ventositatibus.
Crurum affectibus.
Infernis, in summâ, partibus omnibus.

Sub vmbilico; Malis matricis. Colicæ, Torminibus. Punctionibus ventris, *Vmbilici.*

Hypochondrijs affixæ: Sanguinis impetum ex naribus revocant: Sanguinis itẽ immodicum effluxum ex utero. *Hypochondriorum.*

In Lumbis; Hæmorrhoidas evocant. Dorsi dolorem sedant; Item Matricis, & Lumborum, Crurum scabiem, apostema, tumoremque curant. Venerem, seu libidinem reprimunt. *Lumborum.*

In Natibus; Corporis totius sanguinem mundificant. Menstrua alba curant, Lateribus, Lumbis & Thoraci prosunt. Venerem & libidinem compescunt. *Natium.*

Coxarũ anteriorum.

In anteriori parte coxarum:
- Testiculorũ apostematibus prosunt;
- Costarum &
- Coxarum exituris.

Coxarũ posteriorum.

In posteriori parte coxarum:
- Apostematibus &
- Exituris in natibus exortis conferunt.

Poplitis.

Sub poplite:
- Poplitis pulsationi, ex calidis humoribus, conferunt.
- Cruris &
- Pedis exituris & ulceribus.

Crurum.

Ventosæ in cruribus, cõmodant
- Toti corpori.
- Natibus tumidis & apostematicis.
- Renum doloribus.
- Vesicæ doloribus.
- Oculorum fluxionibus.
- Capitis affectibus.
- Genuum apostematibus calidis & pulsatilibus.
- Thoracis malis.
- Dorso affecto.
- Testiculorũ apostematibus, appositæ in parte anteriori domestica & sylvestri.
- Coxarum vulneribus, eodem in loco appressæ.
- Crurũ vulneribus; ibidẽ affixæ.

Vento-

Matricis doloribus antiquis: eidem loco appositæ.
Matricem purgant à superfluitatibus.
Manuum apostematibus & exituris, infixæ in parte posteriori.
Hæmorrhoidas provocant, eodem in loco.
Menstrua ibidem provocant.
Sanguinem mundificant.
Plethoram diminuunt.
Phlebotomiæ cujusque vicem præstant.

In Cavillis pedũ (ben dẽ knodẽ) conferunt
- Menstruis provocandis.
- Sciaticæ.
- Podagræ.
- Vertigini.
- Phlebotomiam istavum venarum cõplent.

Cavillar

CATALOGVS MORBOrum, *quibus scarificatio confert.*

A.

ANCHIS duabus: prosunt ventosæ inter duas anchas positæ. *Ancha.*

Contra ANGINAM i valent ventosę in spatulis, cum reiteratione & scarificatione; & ventosationes crurium. *Angina.*

ANI

Anus. Ani Apostema calidum: ventosatio super lumbos, super partem superiorem natium.

Ani exitum: ventosæ super musculos dorsi.

Apoplexia. Apoplexiam: scarificatio cervicis & humerorum, item ventosatio & scarificatio crurum.

Apostema. Apostemata & exituras in Natibus: ventosæ in posteiori parte coxarum.

Asthma. Asthma: scarificatio inter duas spatulas, ubi collum conjungitur dorso.

Aures. Aurium mala & dolores: ventosæ in carpo mannum: sub occipite, in utroque latere colli.

Aurium manantem sanguinem: ventosæ super spatulas.

B.

Basilica. Basilicae venæ vicem tenent: ventosæ super locum inter duas spatulas, sub collo, ubi conjungitur collum dorso.

Bothor. Contra Bothor: ventosæ supra partem posteriorem capitis, quæ obvia est terræ, cum homo jacet supinus. Item ventosæ supra anteriorem partem capitis, circa verticem ejus, vel supra summam frontem.

C.

Canicies. Contra Caniciem: ventosæ supra partem

tem posteriorem capitis, quæ obviat terræ, cùm homo jacet supinus. Et ventosæ supra anteriorem partem capitis, circa verticem ejus: vel supra summam frontem.

CEPHALICAE venæ vicem tenent: ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis, situatis in latere colli, ascendentibus ad caput. *Cephalica.*

Contra CAPITIS morbos, cucurbitulæ in cervice & humeris cum scarificatur: & ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis, situatis in latere colli, ascendentibus ad collum. Item in carpo manus scarificatio. *Caput*

Caput mundificant: ventosæ sub mento.

A capite trahunt: ventosæ super anum positæ.

Contra capitis tremorem: ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis, situatis in latere colli, ascédentibus ad caput.

Contra Capitis dolorem in posteriori parte: scarificatio frontis.

Contra COLICUM vehementem doloré: ventosæ superpositæ umbilico. *Colica.*

Contra CORDIS tremorem: scarificatio inter scapulas. *Cor.*

CORPUS allevant: ventosæ super anum positæ. *Corpus.*

Contra

Coxa. Contra Coxarum apostemata, scabiem, & exituras: ventosæ in anteriori parte coxarum, ventosæ in lumbis, vel in parte continente spondylos quinque.

Coxarum duabus partibus interioribus prosunt, ventosæ inter duas anchas.

Crura. Contra Crurum scabiem, ulcera, & exituras, ventosę in anteriore parte coxarũ: Scarificatio sub utroque genu.

D.

Delirium. In Delirio: scarifica cervicem ac humeros.

Dentes. Dentium doloribus: ventosæ sub mento. Et supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis situatis in latere colli, ascendentibus ad collum.

Diarrhœa. In Diarrhoea: ventosæ super locum splenis.

Dyspnœa. Dyspnoea: ventosæ inter scapulas.

Dolor. Dolorem sedant ventosæ superpositæ super locum doloris.

Dorsum. Contra Dorsi omnes dolores: ventosæ supra lumbos, & dorsum.

Dolores Humerorum, ventosæ super locũ inter duas spatulas, sub collo, ubi cõjungitur collum dorso.

Dolores Gulæ: ventosæ in eodem loco.

Dolores colicos: ventosę superpositæ umbilico.

E.

In ELEPHANTIASI: ventosæ in lumbis, vel in parte continente spondylos quinque. Item scarificatio cruris & pedis. *Elephātiasis.*

EMPYEMATE: ventosatio naticis. *Empyema.*

EPILEPSIA: ventosationes crurũ primò, deinde loci, ubi collum jungitur cranio, vel spatularum. *Epilepsia.*

F.

Contra FACIEI mala: ventosæ sub mento, & supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis, situatis in latere colli, ascendentibus ad caput. *Facies.*

Contra FLUXUM sanguineum excoriativum per inferiora: ventosæ cum scarificatione super nates, circa finem lumborum. Item, ventosæ sine scarificatione & circa hypochondrium dextrum aut sinistrum. *Fluxus.*

G.

In GINGIVAE malis, scarifica sub mento. *Gingiva.*

Contra GIBBOSITATEM: ventosę super naticas, vel pulpas crurum. *Gibbositas.*

GULAE vitia & dolores: ventosæ super locum inter duas spatulas sub collo, ubi conjungitur collum dorso. *Gula.*

GUTTU-

Guttur. GUTTURI prosunt: ventosæ sub mento.

H.

Hemorrhoides. HAEMORRHOIDAS concitant: vẽtosæ in lumbis.

Contra Hæmorrhoidas, & earum nimium fluxum: ventosæ inter spatulas sine ne scarificatione, vel cum scarificatione. Item circa lumbos & renes; ubi sunt meliores.

Humeri. Contra HUMERORUM dolores: ventosæ super locum inter duas spatulas sub collo, ubi collum conjungitur dorso.

I.

Ictericia. Contra ICTERICIAM citrinam: ventosatio super locum hepatis: sub spaula dextra, aut sub eo in spacio, quod est sub costis.

Iecur. Contra JECORIS morbos: scarifica loco jecoris.

Jecoris inflammationem & alia mala: scarificetur hypochondrium dextrum.

Iliaca. ILIACAM: ventosa circa ventrem superiorem valet.

Insania. INSANIAM: scarifica cervicem & humeros. Item, ventosæ supra anteriorẽ partem capitis circa verticem ejus, vel supra summam frontem.

Incontinentia. INCONTINENTIAM: scarifica nates & lumbos.

Intestina. INTESTINORUM mala: ventosæ super anum positæ.

Osis

Ossis à JUNCTURA exitum: ventosæ super ancham. *Iunctura.*

L.

Contra LACTIS abundantiam: scarifica crura. *Lac.*

LIBIDINEM: scarifica lumbos & nates. *Libido.*

LINGVAE magnitudinem: ventosatio & scarificatio super spatulas in collo. *Lingua.*

Linguæ apostemata: scarificatio extremitatum aurium, vel ventosæ sub mento & collo.

LIPPITUDINES: scarificentur cervix & humeri. *Lippitudo.*

LUMBORUM morbos: scarifica summas nates, & finem lumborum. *Lumbi.*

M.

MANDIBULAS mundificant, ventosæ sub mento. *Mandibulæ.*

Contra MANIAM: scarifica cervicem & humeros. Item ventosæ supra summam frontem. *Mania.*

MATRICIS mala: scarifica crura inferiùs. Item ventosæ super umbilicum positæ. Item scarificatio eâ parte, quæ est ex opposito genuum. *Matrix.*

Matricis ventositates: ventosæ in lumbis; vel in parte continente spondylos quinque immediatos inter 12.

Matricis præcipitationem, & suffocatio-

nem: ventosæ in inguinibus, coxis & pectine.

Menstrua. MENSTRUA provocant: ventosæ super crura, & super calcaneum, & super musculos cruris positæ; & propriè in pinguibus. Item super curvaturam poplitis, vel femur, vel inter coxas & crura, vel inter utrumque crus, ad locum pubis.

Menstruorum nimium fluxum sistunt: ventosæ positæ sub mãmillis, & cum scarificatione & sine scarificatione. Ventosæ autem sunto magnæ. Item positæ super utrasque anchas.

Contra menstruorum alborum fluxum: scarifica nates: valet etiam ad menstruorum corruptionem.

Mictus. Contra MICTUM sanguinis: ventosæ circa renes, ilia, pectinem & anchas, & præcipuè in eo loco, ubi est vesica.

N.

Nasus. Contra NASI & NARIUM mala: ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis, situatis in latere colli ascendentibus ad caput.

Nasi ulcus: ventosatio in nucha, & cum scarificatione.

Nares. NARIUM sanguinis fluxui prosunt: ventosæ super spatulas, & super natices, cum levi scarificatione. Item super hepar, sine scarificatione, si fuerit ex nare dextrâ: & super

& super splenē, si fuerit ex sinistrâ: & super utrumq; si ex utrâq; procedat: etiam super sumen, & est optimum. Item super crura, in parte domesticâ. Item super cervicem, & super spatulas, cum levi scarificatione.

Si fuerit fluxus arterialis, ponantur ventosæ super regionem cordis, & super cervicem.

In NATIBUS, si apostemata sunt & exituræ: ponantur ventosæ in posteriori parte coxarum. *Nates.*

O.

Contra OCULORUM ægritudines omnes: scarifica in summâ fronte, vertice vel cervice, & carpo manûs utriusque. *Oculus.*

Oculorum scabiem, hebetudinem, inflammationem, lachrymas, & alia vitia: scarifica cervicem & humeros; vel inter duas spatulas.

OMNIA vitia corporis: ventosæ cum scarificatione positæ ad nates & super anum. *Omnia.*

OPHTHALMIAM: ponantur ventosæ ad humeros. *Ophthalmia.*

Contra ORIS apostemata, ulcera, pustulas, tumorem: scarifica extremitates aurium. Item ventosæ sub mento & collo. *Os.*

Oris fœtorem: ventosæ inter duas spatulas.

P.

Palpebræ. In PALPEBRARUM gravitate, crassitie & scabie: ventosæ inter duas spatulas, & supra crura, & in spatulis atque nucha.

Pannus. PANNO: scarifica cervicem.

Pectus. Contra PECTORIS vitia & dolores, apostema, & mala sanguinea: scarifica sub pectore; vel inter duas spatulas, ubi collum conjungitur dorso.

Pedes. Contra PEDUM scabiem & tumorem: ventosatio, sive scarificatio sub utroque poplite.

Pedum dolorem interiorem: scarificatio in lumbis.

Pro pedum phebotomia: scarifica sub utroque malleolo pedum.

Peripneumonia. Contra PERIPNEUMONIAM: ventosæ naticis cum scarificatione.

Phrenesis. PHRENESIN: scarifica cervicem & humeros. Et ventosæ naticis & spatulis appositæ.

Pleurisis. PLEURISIN: ventosæ inter spatulas, & in cruribus ac naticis, & sub loco doloris positæ, cum & sine scarificatione.

Poples. Contra POPLITIS pulsationem ex calidis humoribus: ventosæ sub poplite.

Podagra. PODAGRAM: ventosæ inter duas anchas, vel sub utroque poplite, vel in lumbis, vel in parte continente spondylos quinque immediatos; vel super duo alchab.

Pupilla. PUPILLAE dilatationem: ventosæ super

collum

collum & ſpatulas, vel aurium ſcarificatio.

PURGANT totum corpus & allevant: ſcarificatio in natibus ac ano. *Purgatio generalis.*

R.

Contra RATIONIS permixtionem: ventoſæ ſupra partem poſteriorem capitis, quæ obviat terræ, cùm homo jacet ſupinus. Et, ventoſæ ſupra anteriorem partem capitis circa verticem, vel ſupra ſummam frontem. *Ratio.*

RENUM ſcabiem & apoſtemata: ventoſatio loci renum, & in natibus ac circa ſpatulas ſcarificatio. *Renes.*

RUPTURAM inguinis: ventoſæ inter duas anchas. *Ruptura.*

S.

SANGUINEM mundificant: ventoſæ ſuper crura. *Sanguis.*

SAPHENAE venæ vicem tenent: ventoſæ in cruribus, versùs pudenda, interioribus. *Saphena.*

Contra SCABIEM: ſcarificatio in lumbis ac natibus. *Scabies.*

Scabiem crurum & pedum: ſcarificatio ſub utroque poplite.

SCIATICAM: ventoſæ ſuper duo alchab, & ſupra ancham. *Sciatica.*

SPASMUM ſanguineum: ventoſæ ſupra locum inter duas ſpatulas, ubi collum con-

jungitur dorso.

Splen. Splenis mala: scarifica hypochondrium sinistrum, vel locum splenis.

Spirandi difficultas. Spirandi difficultatem: scarificatio & ventosatio inter scapulas.

Sputum. Sputum sanguinis, puris: ventosæ super naticas & circa renes; vel supra locum, inter duas spatulas sub collo, ubi collum conjungitur dorso.

Stomachus. Stomachi affectus & imbecillitatem ventosæ applicatæ parti posteriori in spatulis, si est multus dolor: si materia est grossa, scarificentur nates: Item ventosa magna, ori stomachi utiliter apponitur. Item inter spatulas.

Stomachi malam complexionem, cum materiâ: ventosatio crurum, natium, cum scarificatione.

Stomachi apostema: applicentur ventosæ cum scarificatione, trahendo ad partem contrariam fluxus materiæ.

Supercilia. Superciliorum gravitatem: ventosæ supra nucham, vel inter duas spatulas.

T.

Testiculus. Contra Testiculorum apostemata: ventosæ in anteriori parte coxarum.

Trahens. Trahunt à toto corpore: ventosæ super anum positæ.

Tremor. Contra Tremorem capitis: ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam

nam duabus venis, situatis in latere colli, ascendentibus ad caput.

Tremorem cordis: ventosæ apud sinistram spatulam. *Tumor.*

TUMOREM gingivæ & oris: ventosatio supra mentum. *Tussis.*

TUSSIM: ventosæ supra locum inter duas spatulas, ubi conjungitur collum dorso.

V.

Contra VARICES: ventosæ super natices. *Varices.*

VENAE communis seu medianæ vicem obtinet: ventosa inter duas spatulas ad caput. *Venæsectio.*

Venæ cephalicæ vicem præstant: ventosæ supra eminentiam posterioris capitis, vicinam duabus venis situatis in latere colli, ascendentibus ad collum.

Venæ Basilicæ: ventosæ inter duas spatulas sub collo, ubi dorso conjungitur collum.

Contra VENEREM: scarifica lumbos & nates. *Venus.*

VENTOSITATES ventris: ventosæ super positæ super umbilicum. *Ventositas.*

VENTRICULI affectus: scarificatio inter spatulas. *Ventriculus.*

VERTIGINEM: ventosæ super spatulas, vel supra partem posteriorem capitis, quæ obviat terræ, cùm homo jacet supinus. *Vertigo.*

Et ventosæ circa verticem, supra anteriorem partem capitis, vel supra summam frontem.

Vesica. VESICAE apostemata: scarificatio ani.

Vesicæ flatus & ventositates: ventosæ in lumbis, vel parte, quæ continet spondylos quinque immediatos. Item sub utroque poplite.

Visus. VISUS debilitatem: scarificatio in cervice.

Vlcus. ULCERA: in lumbis & natibus.

Ulcera crurum & pedum: ventosæ sub poplite.

Vomitus. VOMITUM: ventosæ super humeros cum scarificatione.

FINIS.

MARTINI

MARTINI RVLANDI P. TRACTATUS TERTIUS,

videlicet Problema,

AN SIT ANIMA EX TRADUCE, VEL SECÚS?

Recitatum à perdocto Adolescente, *GEORGIO ECCARDO AVGVSTANO, in progressionibus solennibus celeberrimæ & illustris Scholæ Laugingane.*



VEtus & laudabilis consuetudo est, Generosi Comites, Magnificique Viri, vos Adolescentes nobiles ac studiosi, ut in progressionibus annuis, de rebus variis, deque Philosophiæ & artium studiis, quæstiones in utramque partem disceptandæ proponantur. Inter res verò totius naturæ, præstantiorem nullam invenio, quàm animam hominis. Hæc enim DEI imago & similitudo est, hæc vicina substantiæ DEI, hęc est immortalis: hæc virtutes in nobis, adjuvante divinâ gratiâ, excitat: hæc facit ut in terrâ obambulātes, quasi in cœlo vivamus, cœlestiaque agamus: hæc regina est humani corporis, quę non modò regit corpus, sed idem reddit pellucidum, amabile, jucun-

Anima hominis quid, eiusq; facultates.

dum, ſpecioſum, & ad bona opera facienda, accommodum: quæ membra movet, vitamque tribuit, quæ ciet omnes operationes, motum localem, intellectionem, electionem, memoriam: quæ dirigit omnes ſenſus, cogitationes pręparat, imagines rerum infinitarum capit, actiones erigit; quæ ſunt: ἑρμηνευτική, πρακτική, θεωρητική, πολιτική, καθαρτική, νοητική, θεουργική, &, ut paucis dicam, naturæ dignitate omnem excellit creaturam corpoream. Propter maximam itaque animæ

Origo animæ. nobilitatem, inprimis origo eius inveſtigāda eſt.

Hieronymus. Beatus Hieronymus ad Marcellinum & Anapſichiam ſcribens, quinq; pręcipuas opiniones enumerat de origine animæ:

Opiniones de animæ ortu.

Super animę ſtatu, inquit, memini veſtræ quæſtiunculæ, imò maximè Eccleſiaſticæ quæſtionis: Utrùm lapſa ſit de cœlo (ut Pythagoras philoſophus, omnes Platonici & Origines putant) anima? An à propriâ Dei ſubſtantiâ, ut Stoici, Manichæus, & Hiſpaniæ Priſcilliani hæreſes ſuſpicantur? An in theſauro habeantur Dei, olim conditæ? ut quidam Eccleſiaſtici ſtultâ perſuaſione confidunt? An quotidie à DEO fiant & mittantur in corpora? ſecundùm id quod in Euangelio ſcriptum eſt: Pater meus uſque modò operatur, & ego operor? An certè ex traduce? ut Tertullianus, Apollinaris, & maxima pars Occidentalium autumant: ut quomodo corpus ex corpore, ſic ani

anima naſcatur ex animâ; & ſimili cū brutis animantibus conditione ſubſiſtat. Hæ ſunt præcipuæ opiniones de Animæ ortu: quarùm tres priores, jam olim à divo Auguſtino, Chryſoſtomo, Hierony. alijsq; Patribus, ſatis explicatæ, improbatæ & refutatæ ſunt: de poſterioribus verò duabus ſententiis, tanquam probabilioribus, quæſitum eſt, & apud veteres, & recentiores, tam Philoſophos, quàm Theologos, utrum dogma rectius ac verius amplecti liceat, an illorum, qui ſentiunt: *Animas quotidiè à DEO creari, & in naſcentium corpora mitti:* an verò eorum, qui dicunt: *Animas oriri ex traduce.* Ego certè quid retinendum aut affirmandum in utrâq; opinione ſit, planè dubius ſum: & ne in aliquã ex his ſententiã temerè inclinem, D. Auguſtinus monet, qui inquit: Quia de animâ humanâ non parva quæſtio eſt, ad hunc eam librum differendam putavimus, neſcientes, quantum nos Dominus adjuturus eſſet, rectè loqui cupidos, illud tamen ſcientes, niſi quantùm ipſe adjuvaret, rectè non eſſe locuturos. Rectè eſt autem veraciter atque congruenter: nihil audacter refellendo, nihil temerè affirmando, dum adhuc dubium eſt, verum falsúmve ſit, ſive fidei, ſive ſcientiæ Chriſtianæ, quod aut doceri poteſt, vel rerū ratione apertiſsimâ, vel Scripturarum authoritate certiſsimâ, ſine cunctatione aſſerendo.

Auguſtinus lib. 7. de Geneſi, cap. 1. An & quomodo diſputandum de animæ ortu.

Sedulò

Sedulò hîc S. Augustinus monet & hortatur, de duabus rebus: nempè quòd nemo rectè de animâ loqui possit, nisi divinitùs adjutus: deinde, ne quicquam in quæstionibus de animâ temerè vel negemus, vel affirmemus, nisi per Scripturarum authoritatem. Ego igitur, qui quidem ex philosophiâ & scripturis Canonicis, in tali quæstione nondum pleniora hausi, originẽ animę ex traduce esse cõperio. Id enim physica argumenta, sacro-sanctæ Scripturæ authoritas, & quorundam antiquorum Patrum Ecclesiasticorum scripta confirmare nonnihil videntur. Quando verò dicitur anima ex traduce esse, id nihil aliud est, quàm animam fieri, oriri, generari corporaliter & physicè ex parentibus; vel, ut D. Augustinus loquitur, ex corpulentis seminibus; vel denique ex naturâ & naturali potentiâ seminis: quemadmodum animæ vegetativæ & sensitivæ in brutis, ortum corporalem & physicum habent ex traduce. Corporalis autem origo animæ propterea est, & esse debet: quia anima per se non spiritus, sed corpus & corporeum quiddam est.

Ortum animæ esse ex traduce.

Ex traduce esse quid sit.

Augustinus.

Hujus assertionis primus testis est, beatus Martyr Macarius, is qui *de ratione promovendi in vitâ Christianâ*, in hunc modum loquitur de Animæ substantiâ: Unumquodque horum, pro naturâ suâ corpus est, sive sit angelus, aut anima, seu dæmon. Licet enim

Macar. hom. 4.

Anima an corpus & quale.

enim hęc corpora tenuia ſint, nihilominùs in ſubſtantiâ, charactere & repræſentatione, pro ſubtilitate naturæ ſuæ corpora ſunt ſubtilia: quemadmodum & corpus iſtud ſecundùm ſuam ſubſtantiam craſſum eſt.

Alter teſtis Fauſtus eſt Epiſcopus Regienſis in Gallia, qui eandem ſententiam approbavit in libro *de creaturis*, ſic ſcribens: Licet enim pronunciemus nonnullas eſſe ſpirituales naturas, ut ſunt Angeli, archangeli, cæterę que virtutes, ipſa quoque anima noſtra, vel certè aer iſte ſubtilis: tamen incorporeæ nullatenus exiſtimandæ ſunt. Habent enim, ſecundùm Apoſtoli ſententiam, corpora quibus ſubſiſtant, licet multò & incomparabiliter tenuia, quàm noſtra ſunt corpora, dicentis, & corpora Cœleſtia, & corpora Terreſtria. Quibus pro manifeſto colligitur, nihil eſſe incorporeum, niſi DEUM ſolum. *Fauſtus.*

Plures ſunt inter veteres Theologos, quos brevitatis causâ ſilentio prætereo, qui firmiter aſſeverant, animas corpora tenuia eſſe, non ſpiritus. Atteſtantur inſuper crebra exempla & hiſtoriæ, animas eſſe corporeas, quia videtur ſæpenumero quorundam defunctorum animæ reverti, attrectari, corporaliter oberrare in domibus, campis, agris, ſylvis, cœmiteriis, deſertis locis, juxta patibula ac flumina: quæ clamant, ſe defunctorum animas eſſe, & expetere per ſacrificia, *Ab exemplis.* *Animæ defunctorum quales.*

missas,

missas, peregrinationes, aliaque officia, criminum expiationem suiq́ liberationem, ex pœnis igneq́ purgatorio. Huius rei testis est
Gregorius 4. Dialog. c. 55. B. Gregorius qui sic dicit: Si culpę post mortem insolubiles non sunt, multorum solet animas, etiam post mortem, sacra oblatio hostiæ salutaris adjuvare, ita ut hanc nonnunquam ipsæ Defunctorum animæ expetere videantur. Et narrat de monacho quodam, qui tres aureos possederat, & licèt in agone vehementer ingemuisset de hoc suo peccato, tamē in sterquilinio sepultus, post mortem diu in igne cruciatus fuit. Cogitavit autem Gregorius, ut ipsū eriperet: mandavit igitur, ut triginta continuis diebus, pro absolutione illius sacrificium offerretur. Tricesimâ autem die, mortuus ille, fratri suo apparuit, dicens: Hucusq; malè fui, sed jam modò benè sum: quia hodie communionem recepi.

Dist. 9 exēp. 183. In *Speculo exemplorum* legimus: Quòd Monachus absente Abbate, sine absolutione, & sine injunctâ pœnitentiâ, mortuus fuerat. Orante autem postea Abbate, defunctus apparuit, petens absolutionem. Abbas verò nesciens, quæ pœnitentia injungenda esset defuncto, dixit, ut pro pœnitentiâ saltē tamdiu staret in purgatorio, donec corpus ejus esset sepultū. Ibi Defunctus horribiliter exclamavit, quòd tamdiu in purgatorio morari deberet. Bernhardinus scribit, quòd mor-
In Rosario.

tuus

tuus quidam apparuit & dixit, ut curaretur fieri anniversarium pro animâ, quæ eo indigeret. Item, cùm spectrum quoddam valdè tumultuaretur dixerũt præsentes, noli amplius huc reverti, & cras curabimus fieri Missas pro te, & eleemosynas dari, ut à pœnis eruaris. Et tunc spectrũ illud ampliùs nõ redijt. Item alius quidam mortuus, surgens ex sepulchro, pulsavit ad januã sacerdotis, dicens: ô Domine, surgite & præparate vos, ad faciendũ meum Trigesimũ, & dicite uxori meæ, ut faciat eleemosynas pro animâ meâ. Prȩter probationes istas, quib. planum fit, quòd animæ corpora sint, & corporaliter obversentur & contrectentur, accedunt S. S. authoritates: quæ fidẽ faciunt ei, quòd animæ nascantur ex traduce. Moyses sic ait: Vixit Adam 130 an. & genuit filiũ ad imaginem & similitudinem suã, vocavitq; nomen ejus Seth. Non potuit n. Eva gignere meliùs quiddam, quàm ipsa esset. Intelligere videtur hîc Moyses, per imaginẽ & similitudinẽ, ipsam animam: quæ ex Adamo & Evâ primis parentib. propagatur in universum genus hominum. Consimile dictum in Genesi legitur. Cunctæ animæ, ait Moyses, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius, absq; uxoribus filiorum eius, sexaginta sex sunt. His verbis multi sententiã roborant, quòd à parentibus animæ cũ corporibus propagẽtur.

Genes. 5.

Cap. 46.

Et

Et huic authoritatem ac firmamentum adjungit postremò id quoque, quòd, post completam creationem, Deus cessaverit ab omni opere suo. Unde sequitur, Deum postea non alias novas creaturas fecisse, sed per propagationem omnia fieri decrevisse.

Sed ne longiùs disceptando progrediar, sufficient hæc argumenta atque testimonia, quibus communiri videtur opinio, de ortu animæ ex traduce. Et quoniam hæc quæstio, olim & hoc tempore, apud multos in contentione ponitur: nolo, ut mihi, tanquam adolescenti, quisquam fidem habeat, sine indubitata verbi Dei authoritate. Sed tales difficiles quæstiones, præceptoribus meis omni observantiâ colendis, discutiendas defero.

Cùm itaque tractatus de anima Aristotelicus, pro lectione ordinaria, commissus sit clarissimo & doctissimo viro, D. Doctori Martino Rulando: ab eo, supplici voce peto, ut quid de animę origine, quid de mea opinione, quid denique de contraria, sentiat, judicet & statuat, me erudiat.

Dixi.

RESPONSIO MARTINI RVLANDI, Medici Palatini & Laugingani, ad Quæstionem,

An sit Anima ex Traduce; vel ex creatione de nihilo?

STudiose mi adolescens, D. Irænæus, S. Apostolorum successor, de difficilibus Quæstionibus rectè dijudicandis, tale statuit documentum: Ecclesia, inquit, est vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt & latrones: propter quod oportet devitare quidem illos; quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim, & si cui de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certū est & re liquidū? Vides, mi adolescens, modū & viam à Beato viro Irenæo præscribi, juxta quam, de rebus arduis Quęstiones obscurę facilè, rectè & tutò solvi & discuti posint: ea est Ecclesia Apostolica, Ecclesia antiquissima, Ecclesięq; Patres Orthodoxi. Hîc pręsens & perdifficilis quæstio, de Animæ or-

B. Irenæi regula & ratio solvēdi quastiones.

Ecclesiarum antiquarum autoritas.

tu, exponitur: hîc, quæ opinio vera, quæq; falsa sit, ostenditur: hîc, an hominis anima ex Traduce, an verò ex creatione sit docetur. Cùm itaq;, non philosophis, ut B. Ireneus & Gregorius Nyssenus monent, sed sacræ Scripturæ, & post hanc, Orthodoxis S. Patribus credēdum sit, quantū spectat ad Animæ rationē, cognitionē ac originē nos ea solùm de Animę origine recipiamus & retineamus, q̄ manifestè extant in S. Literis, & approbata sunt ab Ecclesiasticis scriptoribus. De opinione autē tua, quòd Animæ ortus sit ex Traduce, nondū aliquid certi (ut D. Augustinus quoq; fatetur) compertū est in Scripturis canonicis, neq; in antiquis Patribus. Præterea ꝓbationes tuæ, quibus Dogma tuū tueri conaris, infirmę ac dubiæ sunt, & longè aliter interpretandæ, quàm tu accipis: sicut, in altera parte Sermonis hujus, sum tibi ad singula responsurus.

Animæ origo ubi investiganda.

An ex Traduce sit anima.

Animam esse ex creatione & quomodo.

Communiti ergo autoritate S. Scripturę, testimonijsq; veterū S. Patrū, pronūciamus animā nō esse, ut tu asseverabas, ex ꝓpagine, sed ex creatione de nihilo: hoc est: singulas animas, singulis corporibus à Deo quotidie creari, & circiter sextum mensem post conceptū, infundi: ab initio autē conceptionis, Embryon animâ vegetativâ, usq; ad septuagesimū aut summū centesimū, ꝓ crasi ipsius fœtus, vegetari, inde sentire incipere, per animā sensitivam, in sextū usq; mensem,

mẽſem, quo anima rationalis, formato jam perfectè corpori, à DEO infunditur. Hæc vera eſſe, quę propono, intelliges ex S. Literarũ teſtimonijs, & S. Patrũ ſcriptis. In Exodo inquit vir DEI Moyſes: Si autem pugnaverint duo viri, & percuſſerint mulierẽ in vẽtre habentẽ, & egreſſus fuerit infans ejus nõ figuratus, damno damnatus erit, ſecundum quod impoſuerit vir mulieris, & dabit cum poſtulatione. Si autem figuratus fuerit, dabit animam pro anima.

Ab autoritate S. Scripturæ. Moyſes.

Cap. 21.

Audis, mi adoleſcens, ex Moyſe, quòd figurato corpore anima datur, & non in conceptu corporis naſcitur cũ ſemine derivata, hoc eſt, ex Traduce. Nam ſi anima in ſemine eſſet, id eſt, ex Traduce, ut tu ꝓponebas, Deus pręcepiſſet, ut percuſſor mulieris prę gnãtis, nõ pecuniâ multaretur, propter nõdum formatũ ex ſemine fœtum, ſed morte, id eſt, anima pro anima. Cùm autẽ, ante fœtus formationẽ, nondũ anima inſit in ſemine, pecuniâ multari talem voluit DEUS, ꝓpter abortũ, quẽ fecit in anima vegetativa vel ſenſitiva. Eſaias propheta de animæ ortu ſic loquitur: Hæc dicit Dominus DEUS, creans cœlos & extendẽs eos: firmãs terrã, & quę germinãt ex ea: dans Flatũ populo, qui eſt ſuper eam, & Spiritum calcantibus eam. Animas hîc intelligit Propheta ꝑ flatus: ac docet, omniũ animarũ DEUM creatorẽ eſſe ſolũ. Similiter alibi loquitur idem

Cap. 42.

Efficiens cauſa animæ.

Cap. 57. Esaias: Omnem Flatum ego feci. Et rur-
Cap.44. sus : Hæc dicit Dominus , faciens &
formans te ab utero.Similia legũtur in Za-
Zacharias. Cap. 12. charia : Dicit Dominus extendens cœlũ,&
fundás terram,& fingés Spiritum hominis
in eo.De causa formali & finali animę in li-
Cap. 15. bro Sapientiæ sic legimus: Cinis est enim
cor ejus , & terra supervacua spes illius,&
Formalis causa. luto vilior vita ejus:quoniam ignoravit qui
se finxit,& qui inspiravit illi animam , quæ
Finalis causa animæ. operatur,& qui insufflavit ei Spiritum vi-
talem.

En habes hîc, optime adolescens , manifestissimum & firmissimum testimonium contra opinionem tuam,de Animę origine ex Traduce. Clarè enim ostendit Salomon: Animas non generari ex propagine, aut cũ vel in semine,nec etiam cum carne;sed extrinsecus,inspirando & insufflando,hominibus à DEO dari.

Nostram hanc opinionem David quoq;
Psal.104. probat,ubi dicit: Auferes spiritum eorum,
& deficient , & in pulverem suum revertẽ-
tur.Emittes spiritum tuum , & creabuntur.
Cap.12. Sic Ecclesiastes loquitur: Revertatur, in-
quiens,pulvis in terram suam, unde erat, &
spiritus redeat ad DEUM, qui dedit illum.
Ezec.37.Et dixit (Dominus) ad me, Vatici-
nare de ossibus istis,& dices eis; Ossa arida,
audite verbum Domini : Hæc dicit Domi-
nus Deus ossibus his , Ecce ego intromit-

ṭam in vos ſpiritum , & vivetis. Audis hîc etiam unde oriantur & exiſtāt animę, non propagando in ſemine, ſed creando, emittente ſcilicet, danteq; Deo ſuum ſpiritum. Lege pręter hęc Pſalmum: De cœlo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominū, &c. Qui finxit ſigillatim corda eorum. Satis innuit Propheta hoc in loco, ut ſuprà, Deum non facere animam ex anima, vel ex Traduce, ſed ſigillatim animas ex nihilo creare. Nam dum corda ſigillatim fingit, fingit ſigillatim quoq; animas: quarum domicilia corda ſunt. Conſentit nobiſcum mater apud Machabæos: quæ filios ab Antiocho trucidatos ſic adhortata eſt & conſolata: Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis: neque enim ego Spiritum & animam donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi: ſed enim Mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & Spiritum vocis, iterum cum miſericordia reddet & vitam. Planè teſtatur locus hic, Animam non eſſe ex Traduce, hoc eſt, non propagari à parentibus per ſemina, ſed creari à Deo. Ait enim mater: Non ego parens donavi vobis, per generationem vel propagationem, ſed Muudi creator donavit vobis animam.

Pſal. 33.

2. *Mach.* Cap. 7.

Audiviſti hactenus, optime mi adoleſcens, ex verbo Dei multa, perſpicua & e-

videntia testimonia, quibus confirmatur opinio in Ecclesia recepta, quòd videlicet Animæ ortus, non ex Traduce, sed ex creatione DEI sit. Audivisti etiam, quæ animæ causæ sint. Materialis nulla est: quia ex nihilo Deus creat. Efficiens causa, non parentes sunt, non caro, non propagatio primæ animę, sed Deus est creans, formans & fingens. Formalis causa, modus est, quo Deus creat, scilicet Emittendo, Inspirando, & Insufflando Spiritum suum. Finalis causa est, ut hominis corpus, jam perfectum in utero, & vivat, & operetur.

Causæ animæ.

Transeo nunc ad Antiquæ Ecclesiæ, ejusque Doctorum testimonia. Sunt autem paucissimi inter veteres Ecclesiasticos scriptores, qui de animę origine scriptis suis aliquid mandassent posteris. Solus B. Augustinus copiosiùs de animæ ortu disputat. Nam, in libro *Quæstionum veteris & novi Testamenti*, animas sentit non esse ex Traduce, sicut corpora: Inhonestum puto, inquit, si dicantur animę cum corporibus generari, ut anima nascatur ex anima, quod nec animę ipsi competit: aut si certæ singulæ cœlestes potestates factæ sunt, & ex ipsis cæteræ natæ sunt, potest ex una Adæ anima credibile videri cæteras nasci. Sed non cōvenit. Quia soli DEO hoc possibile fuit, ut simplex generaret, nec cæteris concederetur. Quod tam mysticum est in causa Salvatoris,

Ab autoritate S. Patrum Augustinus. Quæst. 23.

ctoris, ut non solùm à solis gentibus vel Iudæis, verum etiam ab ipsis, qui Christianos se dicunt, incredibile reputetur.

Fotiniani enim & Arriani, hanc fidem spernunt, nec credunt DEUM generasse. Nam si eo tẽpore, quo seminatur corpus, etiam anima generatur ex anima, de Adam costam sublatam legimus, non tamen animam natam ex anima. Sed si costa secũ habuit animã, jam nõ est nata, sed detracta in partem. Sed nec hoc scriptũ est. Propheta enim Zacharias inter cætera: Qui plasmavit (inquit) animam hominis in eum. Nec Esaias ab his dissentiens ait: Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, & finxit te in utero. Si ergo in utero fingitur, jam formato corpori tribuitur. In libro *de Anima & ejus immortalitate*, epistolâ ad Optatum, idem Augustinus ita disserit, de ortu animæ: Quis autem negat, non unius tantùm, sed omnis animę creatorem Deum atq; factorem? nisi qui ejus eloquijs apertissimè refragatur? Sine ulla quippe ambiguitate, per Prophetam dicit: Omnem flatum ego feci, animas videlicet intelligi volẽs: quod verba consequentia manifestant. Non itaq; unum, quem facto ex terra homini primo inspiravit, sed omnem flatum ipse fecit, ipse adhuc facit. Idem Augustinus, alibi sic loquitur: Si jam formato corpori datur anima, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam si cum semine & ani-

Epistola 157.

Quæst. 32.

ma existit, ex anima multæ animæ quotidie pereunt, cùm semen fluxu quodam non perficit nativitatem. Argumentatur ab Absurdo Augustinus; utpote, si anima est ex Traduce, id est, existit in semine, sequitur, si semen perit, (ἐν γονοῤῥοίᾳ) si putrescit, si corrumpitur, quòd etiam anima pereat, anima putrescat, anima corrumpatur: quæ omnia pugnant cum veritate ac verbo DEI. *De Ecclesiasticis dogmatibus* idem S. Pater sic scribit: Anima humana non cum carne moritur, quia non cum carne, ut superiùs diximus, seminatur, sed formato in ventre matris corpore, Dei judicio, creatur & infunditur, ut vivat homo intus in utero, & sic procedat nativitate in Mundum. Et alio in loco ait: Animæ hominum, non sunt ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatę, sicut Origenes fingit: neq; cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani, Cyrillus, & aliqui Latinorum præsumptores affirmant, qui naturę consequētiam servāt: sed dicimus, creationem animæ solū Creatorem omnium nosse, & corpus tantùm per conjugij copulam seminari. Ad D. Hieronymū, de origine animæ, ita scribit: Hoc certè sentis, quòd singulas animas singulis nascentibus, etiam modò, Deus faciat: cui sententiæ ne objiciatur, quòd omnes creaturas consummaverit sexto die Deus, & septimo

Cap. 18.

Cap. 13. de Eccl. dogmat.

An animæ simul creatę.

ſeptimo die requieverit, adhibes teſtimonium ex Evangelio: Pater meus uſq; nunc operatur, & ego operor. His dictis B. Auguſtini addendum hoc quoq;: Si quæratur, inquit idem Doctor, unde accepit animam Chriſtus? mallem audire meliores & doctiores, tamen pro meo captu libentiùs reſpondeo; non de Adam, quàm de Adam. Si igitur Chriſti anima nō eſt ex Traduce, neque noſtræ animæ erūt ex propagine. Quia Chriſtus juxta Apoſtolum per omnia, excepto peccato, nobis ſimilis factus eſt ſecundùm hominē. Recitavi, mi Adoleſcens, hucuſq; p̄cipua ex B. Auguſtino teſtimonia, quibus tuum impugnatur dogma. Audi nunc aliorum quoq; Patrum ſententias. B. Chryſoſtomus, cum Auguſtino, ſimiliter negat animam ex Traduce eſſe: aſſerit verò ex creatione originem, cum dicit: Anima nec generat, nec generatur, & nullum cognoſcit Patrem, niſi eum, cujus voluntate creata eſt. Planè tibi contradicit D. Ambroſius quoq;, qui carnem quidem ex Traduce eſſe concedit, ſed non animam. Verba ejus hæc ſunt: Condelector enim legi Dei ſecūdùm interiorem hominē. Animam his oblectari dicit, quæ à lege traduntur. hic eſt interior homo: quia non in anima habitat peccatum, ſed in carne, quia eſt ex origine carnis peccati: & per Traducem fit omnis caro peccati. SI enim Anima de Traduce

Animæ Chriſti origo.

Chryſoſtomus in homil. ſuper Matth. cap. 19.

Ambroſius in commentarijs in epiſt. ad Rō. Cap. 7.

esset,& ipsa & in ipsa habitaret, &c. Consentit planè cum istis Patribus B.Hieronymus, qui confutat multis in locis eos, qui opinantur Animas oriri ex Traduce. Et, ut animo tuo tuam opinionem malè conceptam evellam, pauca ex hoc Scriptore testimonia adducā. *Ad Pammachium adversus errores Ioannis Hieroolymitani Episcopi* ita scribit: Si insufflatio DEI (quod non vis, & quod nūc relinquis ambiguum)humanæ animæ conditio est: Eva,in cujus faciem non insufflavit Deus,unde animam habuit? taceo de Eva,quæ in typo Ecclesiæ de costa viri ędificata, non debet,post tanta secula, nepotum calumnias, sustinere. Cain & Abel, primi ex primis hominibus,unde habuére animas? Omne deinceps humanum genus, quibus animarū censetur exordijs? Utrùm ex traduce, juxta bruta animalia: ut quomodo corpus ex corpore,sic anima generetur ex anima?an rationabilis creaturæ desiderio corporum,paulatim ad terram delapsæ, novissimè etiam humanis illigatæ corporibus sunt? An certè (quod Ecclesiasticum est, secundùm eloquia Salvatoris: Pater usque modò operatur, & ego operor. Et illud Esaiæ: Qui format spiritum hominis in ipso. Et in in Psalmis: Qui fingit per singulos corda eorum) quotidie Deus fabricatur animas, cujus velle fecisse est & conditor esse non cessat? *Adversus Ruffinum* ita

Hieronymus lib 2 contra Ruffinum.

Eva unde animam acceperit.

Lib.2.

ita disceptat idem Pater: Si dicis filium DEI humanæ naturæ carnem atque animam suscepisse, oro te, ut absque stomacho respondeas, Anima ista quam suscepit IESUS, erátne antequam nasceretur ex Maria? An in origine virginali, quæ de Spiritu Sancto nascebatur, cum corpore simul creata est? vel jam in utero corpore figurato, statim facta & missa est de cœlo? E tribus unum quid sentias, scire desidero. Si fuit antequam nasceretur ex Maria: necdum ergo erat anima IESU, & agebat aliquid: ac propter merita virtutum, posteâ facta est anima ejus. Si cœpit ex Traduce, humanarum igitur animarum, quas æternas fatemur, & brutorum animantium, quæ cum corpore dissolvuntur, una conditio est. Sin autem, figurato corpore, statim creatur & mittitur: fatere simpliciter, & nos scrupulo libera. Nihil horum loqueris, sed occupatus in alijs, simplicitate nostra abuteris. Præter hæc, dicta B. Hieronymi, addendum hoc quoq;, cũ dicit: Qui dicunt priùs animas fuisse, quàm natæ sunt, & non corpori, secundùm exemplum primi hominis, à DEO quotidie fieri, anathema sint. De Anima preterea opinionem suam recenset Aponius li. 2. in *Cantic. canticorum* sic scribens: Nec ignoret, similem quidem habere ordinem generationis cõceptus cum pecoribus, secundùm carnem.

Anima Christi origo.

In Dialogo de origine animarum.

Aponius.

Sed

Sed in anima porrò sublimiore sensu & ratione præcellere, & eam jam formato corpore in utero mitti: & non cũ semine, sicut animalium animæ, de pravo viscere infundi. Nec ignoret, se imaginem & similitudinem Creatoris non in corpore, sed in anima possidere.

Carolus Magnus. Carolus Magnus, lib. 3. *de Imaginibus* cap. 1. inquit: Animas à DEO dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animas, quasi partem DEI, divinæ dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas antè peccasse, vel in cœlis conversatas fuisse dicunt, quàm in corpora mitterentur.

Rabanus. Rabanus lib. 4. *de Sermonum proprietate*, cap. 10. ait: Credimus necessariò, animas hominum, non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit: neque cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani & Cyrillus, & aliqui Latinorum præsumptores affirmant, quasi naturæ consequentia serviente. Sed dicimus, corpus tantùm per conjugij copulam seminari; creationem verò animæ solum Creatorem nosse: DEI verò judicio coagulari, & compingi atque formari: ac formato jam corpore animam creari & infundi, ut vivat in utero homo cõstans ex anima & corpore, & egrediatur vivus ex utero, plenus humana substantia.

De

De Anima insuper hominis Giselbertus in lib. Altercat. cap. 4. sic inquit: Creavit Deus animam primi hominis de nihilo, & inspiravit eam corpori, de terræ materia sumpto & formato. &c. Et Lombardus lib. 2. distinct. 17. ait: Quicquid de anima primi hominis æstimetur, de alijs (animabus) certissimè sentiendum est, quòd in corpore (formato) creētur. Creando enim infundit Deus eas, & infundendo creat. *Giselbertus.* *Lombardus.*

Hugo Eterianus in lib. *de Regressu animæ ab Inferis*, cap. 2. inquit sic de anima: Omne animatum corpus corporeo alimento indiget: sed anima nutrimenti non indiget corporei: quare anima nullo modo suscipit rationem corporis animati. In quo manifestè ostenditur, falsam esse illorum sentētiam, qui ex traduce animam esse putaverunt, cùm à generatione sit aliena. *Hugo.*

Hildegardis lib. 3. visione 2. ait: Anima hominis nunquam deficit, quia in æternũ vivet, quoniam rationalis est. Unde etiam homo sentit, in consideratione boni & mali, quòd ipse opus sit reprobũ, vel electũ, per gratiam DEI formatus, & inspiratus rationali sensu, in ortu creationis suæ. *Hildegardis.*

Postremò B. Bernhardus, Ser. 1. in Natali Dom. Animam inseri affirmat his verbis: Nō ex deliberatione ꝓpria carni miscetur, sed creādo immittitur, immittēdo creatur. *Bernhardus.*

Habes, chare mi adolescens, multa, ampla &

pla & divina testimonia, cōtra propositam opinionē tuā, de Animę ortu ex Traduce. Testes enim adversus te, sunt Sacrę literæ: testes sunt Ecclesiæ antiquioris lumina, Ambrosius videlicet, Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, alijque Doctores veteres, quos hactenus citavi: & possem pro testimonio plures producere, si tempus ferret. Quòd si præter divinos istos testes, super animæ negotio, etiam Gentiles philosophos audire cupis: audi inter cæteros vel solum Aristotelem, reliquorum Principem, ita loquentem: Λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον, οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Hoc est: Mens sola extrinsecus accedit, & ea sola divina est. Nihil enim cum ejus actione cōmunicat corporalis actio. Innuit per hæc verba Philosophus, Mentem, id est animam nō intrinsecus, hoc est, per Traducem propagari & nasci, sed extrinsecus accedere, ac creari ex nihilo à Deo, in eo scilicet momento, quo Embryon fuerit perfectum, ut suprà dixi: Sed cum parùm aut nihil probent Ethnici philosophi, quod de animæ statu Christiani asseverant, maneat vetus & stabilis opinio, de ortu ex creatione, apertis Scripturæ sanctæ, sanctorumque Patrum testimonijs confirmata. Nunc reliquum est, ut paucis respondeam ad argumenta tua, quibus adversum Dogma probare tentabas

Aristoteli. lib. 2. de generat. cap. 3. de immortal. animæ.

Refutatio argumentorum, quibus confirmatur

rabas. Commemorabas autem, in expositione Quæstionis tuæ ſex, ſi rectè memini, probationes, Quod attinet ad primam, ex Macario allatã, duobus modis reſpondeo, primò, ſi rectè evolvis & revolvis Autorem, animadvertes, Corpus eum ſubſtantiam appellare, non corpus ex elementis conſtans intelligere. Deinde animam dicit corpus eſſe κτ̀ τὰ πρός τι quòd videlicet corpore regatur, & membris corporis, per quæ exerceat omnia vitæ opera, contineatur. Alteram probationem, ex Fauſto Epiſcopo Galliæ depromis: cujus errorem alij Epiſcopi, qui ſynceriores erant in fide coætanei, impugnarunt: inter quos præcipuè, Claudianus Epiſcopus Viennenſis ejuſdē Galliæ fuit: qui reſpondit ad Fauſti libellum, & docet, quòd omnis anima, ex nullo prorſus elemento, aut quolibet corpore ſit facta. Item, Quòd omnes animę incorporeę ſint: in quo cõſentiunt reliqui Patres, Sacræ quoq; literæ. Pſal. 33. In manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Domine DEUS veritatis. Et, Eccle. 12. Et revertatur pulvis in terrã ſuam, unde erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum Item Matth. 10. inquit Chriſtus: Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Item Act. 7. Et lapidabant Stephanum invocantem & dicentem: Domine IESU, ſuſcipe ſpiritum meum.

ortus ex Traduce.

I. Argumentum.

An corpus vel corporea ſit anima.

II. Argument.

Lib. 1. cap. 8. de ſtatu animæ.

Cap. 9. 26.

Et D.

Et D. Augustinus de cognitione veræ vitæ, cap. 5. Animam sic definit: Anima verò spiritus est, substantia incorporea, corporis sui vita, invisibilis, sensibilis, mutabilis, nec quantitatum mensuræ, nec qualitatum formæ vel coloris susceptibilis, memorialis, rationalis, intellectualis, immortalis. *Et statim*: Sed ratio docuit, Animam incorpoream esse, id est, nec corpus, nec aliquod membrum habere. Idem Aug. lib. 11. *de Genesi ad literam*, cap. 32. Spiritualem enim (animam) arbitror esse, non corporalem.

Anima quid.

Anima incorporea.

III. Argumentum.

An animæ corporeæ, & corporaliter obversentur.

Quod porrò ab exemplis & historijs arguis: Animas esse corporeas, & corporaliter obversari, modò nocturno, modò etiam diurno tempore, hominibus ante oculos, id facilè (si spectra putes) tibi credam. Nam talium spectrorū oculatus sum testis egomet. Vidi enim persępe tales sub silenti & atra nocte species. Sed quòd Animæ sint, quæ liberari ex purgatorio per sacrificia, eleemosynas, & alia opera cupiant, Dogma est commentitium. Nam licet Beatus Pater Gregorius ea, quæ tu recitasti, scripserit: tamen ipsemet ea nec vidit, nec audivit, sed ab alijs persuasus narrat. Et sunt Dialogi, è quibus producis testimonium, multis suspecti, quòd cum reliquis ipsius scriptis nec in rebus conveniant, neque in verbis. Planè etiam cōtradicunt opinioni

Gregorij opinio.

hui-

huic S. literæ canonicæ, Sanctique Patres reliqui. Psalm. 78. Ipse autem misericors & propitius erat peccatis eorum, & non disperdidit eos, & sæpe avertit iram suam, & non accendit omnem furorem suum. Et recordatus est, quia caro sunt, Spiritus vadens & non rediens. Ioan. 5. Amen, amen dico vobis, quòd qui verbum meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transit à morte ad vitã. Luc. 16. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cũ esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu ejus: & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordere, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neq; inde huc transmeare. Ioan. 17. Volo ut, ubi ego sum, ibi etiam illi sint mecũ, & videant gloriam meam, quam dedisti mihi. Philip. 1. Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Luc.

Animæ defunctorum non redeunt.

Animæ defunctorum transeunt ad vitam.

Animæ defunctorum deportantur aut in sinũ Abrahæ, aut in Infernum.

Animarum transitus nullus est.

Animæ beatorum cum Christo sunt.

23. Domine memento mei; cùm veneris in regnum tuum. Et dixit IESUS: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Eccl. 12. Spiritus autẽ revertatur ad Deum, qui dedit illum. Apocal. 6. Animæ interfectorum sub altari quiescunt. Sapi. 2. Iustorum autẽ animæ in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace.

Animæ sunt in pace, & extra pœnam.

B. Chrysostomus, de Animarũ tam piorum quàm impiorm statu post mortem, ita loquitur: Quia ipsos Dæmoniacos clamare nonnunquam audisti, Anima talis ego sum. Verùm quoque hæc oratio, à fraude atque deceptione Diabolica est. Non enim anima Defuncti est, quæ ista dicit, sed Dæmon, qui hæc, ut audientes decipiat, defingit. *Et paulò pòst inquit*: Nec enim potest anima à corpore separata in his regionibus errare. Iustorum enim animæ in manu DEI sunt. *Et statim addit*: Multis è locis Scripturæ comprobari potest, non errare hîc post mortem justorum hominum animas. Nam, ut Stephanus ait, Suscipe spiritum meum. Et Paulus resolvi ac esse cum Christo desiderabat. De Patriarcha quoque Scriptura dicit: Et appositus est ad Patres suos, mortuus est in senectute bona. Quòd verò nec

Chrysostomus hom. 29. in 8. cap. Matth.

Animæ post mortem locus & status.

ecpeccatorum animæ hîc cómorari poſ-
nt, divitem audias, quid dicat, perpen-
asque quid petit, & non impetrat. Quòd
poſſent animæ hominum hîc converſari,
eniſſet ipſe, ut cupiebat, & ſuos de tormẽ-
s inferni feciſſet certiores. Quo ex loco
cripturæ illud etiam apertè patet, quòd
oſt exitum à corpore in locum quendam
ertum animæ deducuntur, unde redire
ponte ſuâ non poſſunt, ſed terribilem Iu-
icij diem ibi expectant. *In concione de Laza-* *Concione 4.*
o ait idẽ Chryſoſtomus: Si noviſſet DEUS,
, mortui excitati viventibus eſſent pfu-
uri, nequaquã omiſiſſet. Adhęc, ſi aſsiduè
ſſent excitandi mortui, nobisq; quæ illic
eruntur renunciaturi, Diabolus facilè per-
erſa dogmata invexiſſet. Potuiſſet enim
requẽter oſtendere ſimulachra, & per illa,
uæcunque vellet, perſuadere deluſis. *Et*
nnumerabiles ſceleratus ille Dæmon do-
os texuiſſet, multamq; fraudẽ in vitã ho-
ninũ induxiſſet: eoq; DEUS occluſit fores,
ec permittit aliquem defunctorum huc
everſum narrare, quid illic fiat, ne illâ acce-
tâ occaſione technas ſuas omnes invehat.
dem: Deus Diabolo præcluſit viam ad has
nſidias, nobisque parcens non permiſit, ut
uiſquam unquam illinc huc reverſus, de
s quæ ibi ſunt, narraret viventibus homi-
ibus. Athanaſius ſimilia tradit: Quærit, *Athanaſius*
uare Deus non permiſerit animas Defun- *quæſt. 11.*

ctorum redire, & enarrare, quis status apud inferos, & qualis ibi necessitas? Respondet autem: Multi inde errores orirentur, Dæmones enim formas humanas induere possét, & dicere à mortuis se resurrexisse, & inde multas res ementitas, & falsa dogmata, de ijs q̃ ibi fiunt, spargere, idq́; ad seducẽ-
Quæst. 19. dũ nos & perdendum. *Item*: Animæ à nobis profectæ, ubi aut quomodo sint, aliena & horribilis q̃stio est, & hominibus abscõdita. Nõ enim pmisit Deus redire quemquã; inde, qui annũtiaret: tamẽ ex Scripturis discimus, quòd Peccatorum animæ, inferiùs omni terra & mari existunt, ubi non est videre, neque lumen, neq; vitam hominum. Animę autem justorum, post Christi adventum & mortem, in Paradiso sunt. Non enim propter solam latronis animam, Christus Deus noster Paradisum aperuit, sed etiam propter reliquas omnes Sanctorũ animas. Audis, ô mi adolescens, quid de opinione tua sentiant Canonicæ Scripturæ, quid S. Patres: non esse scilicet animas corporeas, nec corporaliter obversari: & animas impiorum post mortem, non Purgatorio, sed infernali igne torqueri. Ac Animas Piorum & Iustorum, post mortem statim recedere & venire in requiem atque Paradisum: Impiorum verò & Injustorum, ad gehennam.

IV. Argumentum. At redeo nunc ad tuum quartum argumẽtum, ex Genesi sumptum; ubi legimus, quòd

quòd Adam genuit filium, ad Imaginem & Similitudinem suam, &c. Hîc primò respondeo physicè, & dico; quòd Imago & Similitudo ibi accipitur, pro crasi & Temperamento corporis vel hominis. ἡ γὰρ κρᾶσις & temperamentum cujusque, & hominis & rei naturalis, imago est & similitudo: juxta quam, Simile gignit simile. Sic homo, sic animal juxta imaginem & similitudinem suam, hoc est, juxta temperamentum suum, gignit filium, gignit animal ejusdem similitudinis, ejusdemque temperamenti. Naturalissimũ enim est hoc Axioma: *Quale generans, tale generatum.* Imago ergo & Similitudo parentum elucet in filijs, ratione tẽperamenti: ut docet & testatur Siracides, cùm dicit: Ante mortem ne laudes hominem quempiam: quoniã in filijs suis agnoscitur vir. Sed cur & quomodo? quia filij sunt mortui Patris imago & similitudo: ex qua facilè cernitur, qualis fuerit parens. Secundò responderi sic potest, quòd Imago & Similitudo hîc appellatur peccatum, mortalitas, privatio originalis justitiæ. id quod textus innuit: non enim potuit Eva gignere melius quiddam, quàm ipsa esset. Qualis autẽ facta fuit Eva post lapsum? peccatrix, mortalis, terrena, destituta originali justitià. Juxta ista, tanquam juxta imaginem & similitudinem suam, genuit Eva, genuitque Adam filios, propagando scilicet hæc ma-

Imago & Similitudo quid.

Cap. 11.

la, propter amissam primam imaginem, in omnes posteros. Sed venio ad quintum Argumentum, nempe ad dictum Moysis, de animabus egressis de femore Iacob. hoc solvit D. Augustinus, ad hunc modum: Videndum est, inquit, quid respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmant, à parentibus animas cum corporibus propagari. Animas enim dictas pro hominibus, à parte totum, figuratâ locutione, nullus ambigit. Docet hîc D. Augustinus, Moysen Animam in hoc dicto accipere pro homine, vel pro persona: nō pro ipsa anima, quam Deus dat. Et ut finē orationis faciam, postremū tuum argumentum, videlicet, quòd Deus cessaverit septimo die creationis ab omni opere, diluitur paulò antè ab eodem Augustino & Hieronymo. Atque hactenus, optime adolescens, soluta est tua Quæstio cum productis rationibus: & ex opposito altera de ortu animæ ex creatione, sufficienter confirmata, autoritate tam sacræ Scripturę, quàm antiquitatis Ecclesiasticę.

V. Argumentum.

Animæ significatio.

VI. Argumentum.


Ne itaque verbosior fiat oratio, concludo cum B. Irenæo, Augustino atque Gregorio, quòd in hac alijsque obscuris Quæstionibus, id solum credendum sit & recipiendum, quod S. Scriptura, antiquæ Ecclesiæ, Orthodoxique Patres, unâ voce ac mente, comprobarunt. Quamobrem amplectamur ejus quæstionis veritatem, quæ

est

eſt autoritate Canonicarum Scripturarum, Patrumque ὀρθοδοξοτέρων teſtimonijs communita, approbata & laudata. Atque oremus Deum omnium animarũ Creatorem, qui, ut D. Auguſtinus ait, ſolus animæ noſtræ creationem novit, ac non ſolùm dat, ſed eas etiam à morte, à Diabolo, ab inferno, paſsione ſua per Fidem redemit: ut has per Spiritum S. mundas, caſtas, fideles, & ſanctas, in fragili noſtro corpore & corrupta natura, ſemper conſervet ac cuſtodiat, atque tandem emigrantes è terreſtri domicilio, per S. Angelos in Paradiſum & requiem æternam abducat.
Amen. Dixi.

FINIS.





4/19. 10 2tt